


XVII

10/1



RA-157

COMMEN-

TARI DE CENSIBVS QVA-

TUOR LIBRIS FERÉ OMNEM MATE-

riam de Censibus complectentes, Autore Feliciano de Solis Iurif-
consulto oriundo ex Mantua Carpentana, & publico
olim decreti nunc Primariæ Catedræ iu-
ris Pontificij moderatore in Com-
plutensi Academia.

*Ad Philippum Secundum, Hispaniarum, & Indiarum Regem
Christianissimum, & Potentissimum.*

Cum triplice indice rerum, & verborum,
atque capitulorum.

Cap. 1. de

Cadiz



CVM PRIVILEGIO.

Compluti. Ex Typographia Ludouici Martinez Grande. Anno M.DC.VI.

A costa de Bautista Lopez mercader de libros.

LVDOVICI TRIBALDI TO-
LETI TEVARENSIS AD SINGVLAREM
summumque iuris Doctorem Felicianum de Solis varia
Epigrammata.

21-224
Felicem appellat solymi sententia vatis,
Quem nequeunt prava hic flectere consilia.
Qui modo pulcra docet sublimi in sede locatus,
Assidueque refert dogmata vera Dei:
Ter cuius ita foelix, tu terque quaterque beatus,
Nunc tribus ecce micas integer eulogijs:
Improba vota hominum praescriptaque vana perosus,
Suggestu es folio fasque piique tonas.
Hinc praecpta Dei recolens noctesque, diesque
Felicem praetefersque, refersque virum.
Quaeque diu insignem nobis te secla dederunt
Foelix, & clarus nomine, reque beas.

A L I V D.

Edita Compluti post culta volumina CENSVS,
Admirata decus turbae disertatum,
INCENSV PRAETIVM NVNC EST, DAT CENSVS HONORES
Lata canens, priscum comprobatur augurium.

T A S S A.

YO Gonçalo de la Vega Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, é vno de los que en el su Consejo residen, doy fee, que por los señores del dicho Consejo fue tassado a tres maravedis y medio cada pliego del dicho libro, intitulado, Commentario de Censibus, compuesto por el Doctor Feliciano de Solis, Catedratico de Decreto, de la Vniuersidad de Alcalá, a quien por los dichos señores se dio licencia para le poder imprimir y vender, y al dicho precio, y no mas, mandaron se vendiese y que esta fee de Tassa se pusiese en cada cuerpo del dicho libro, para que se supiese el precio del. Y porque dello conste, de pedimiento de la parte del dicho Feliciano de Solis, di la presente. En Madrid a quatro dias del mes de Março, de mil y quinientos y nouenta y quatro años.

Gonçalo de la Vega.

A L I V D.

FELICIANVS DE SOLIS

Annagramata.

SONVS COELI FIDELIS
CELAS NIL ET FIDIVS EOS.

P Habus ut in medio solus praefulget Olympo
Illustrans flammis Astra minora suis:
Sacrarum interpres legum sic ipse coruscas
Inter Iuridicos nomina clara viros.

Mira canam, referam si, qua facis ante docendo,

Mira quidem, sed iam nomine digna tuo.

A te sempor abest lucri nam dira cupido,

Vnus amor vire est, qui tibi semper adest.

Consultor numquam per te male redditur anceps,

Sive sit auditor, sive sit ille cliens.

Nec satis hoc, terras oracula fundis in omnes,

Veridica, usque animi pignora certa pij.

Talia vix quondam dederat responsa Sibylla,

Talia vix quondam Phabus Apollo dedit.

Nil tandem martale sonans abstrusa recludis,

Mortalesque doces iura, fidemque simul.

Ergo SONVS COELI merito vocitare FIDELIS

Hic FIDIVS CELAS NIL quod amicus EOS.

A L I V D

FELICIANVS DE SOLIS

Anagrammata.

FONS LVCIS DEIES ALI.

Lucentis quod nomen habes de nomine solis,

Nil miror, dedit hoc nam tibi uterque parens:

Minor at hac tenebris à te data lumina tantis,

Quais modò FONSES ALI LVCIS in orbe Dei.



EL REY.



OR Quãto por parte de vos, el Doctor Feliciano de Solis, natural de la villa de Madrid, y Cattedatico de prima de Canones en la Vniuersidad de Alcala de Henares, nos fue hecha relacion, que por el mes de Julio del año passado de quinientos y noueta y vno, os auamos dado licencia para poder imprimir vn libro de Censos, que auades compuesto, y priuilegio para le poder veder por tiempo de diez años, como nos constaria del dicho priuilegio, de que hizistes presentacion, y atento que los dichos diez años eran cumplidos, y al mucho trabajo y estudio, que en componer el dicho libro auedes tenido, y no auerle impreso en los dichos diez años mas de vna vez, nos pedistes, y suplicastes, os mandassemos prorrogar el termino del dicho priuilegio por otros diez años mas, o como la nuestra merced fuessè. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien. Y por la presente prorrogamos, y alargamos el termino, porque os concedimos la dicha licencia y priuilegio, que de suso se haze mencion, por otros cinco años mas, que corran, y se cuenten, despues de ser cumplido, y acabado el termino en la dicha licencia y priuilegio contenido, y durante el dicho tiempo, damos licencia y facultad a qualquiera persona, que nombraredes, para que pueda imprimir el dicho libro, que de suso se haze mencion, por el original, que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado cada plana, y firmado al fin del, de Francisco Martinez nuestro escriuano de Camara, e vno de los que en el nuestro Consejo residen, con que antes que se venda, le traygays ante los del nuestro Consejo, juntamente con el original, para que se vea, si la dicha impresion està conforme a el, y traygays fe en publica forma, como por el corrector por nos nombrado se vio, y corrigio la dicha impresion por el original. Y mandamos al impressor, que assi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, y primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro con el original al Autor, o persona, a cuya costa se imprimiere, para efeto de la dicha correccion y tassa, hasta que antes, y primero el dicho libro està corregido, y tassado por los del nuestro Consejo. Y esto fecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego: en el qual seguidamete ponga esta nuestra cedula de prorrogacion, y tassa, y erratas, so pena de caer, e incurrir en las penas contenidas en la pregmatica, que en tal caso dispone. Y mandamos, que durante los dichos cinco años desta prorrogacion, persona alguna sin vuestra licencia no pueda imprimir, ni vender el dicho libro, so las penas contenidas en el dicho priuilegio, y leyes de nuestros Reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores, de las nuestras Audiencias, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros luezes, y Iusticias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos y señorios, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden, y cumplan esta nuestra cedula y merced, que ansi vos hazemos, y contra su tenor, y forma no vayan, ni passen, ni consientan ir, ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Fecha en Carauajales a veynte y seys dias del mes de Octubre de mil y seyscientos y vn años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.
Don Luys de Salazar,



PROOEMIIUM TOTIVS OPERIS de Censibus.

EPITOME PROOEMII.

- A**UTOR refert causas
quae illum impulerunt,
ad hos commentarios eo-
ficiendis. ubi ubi. No. bi
2. Ordo totius operis bre-
viter proponitur.
- 3 Varias esse census acceptiones con-
stituitur.
 - 4 Census a verbo, censeo, derivatur,
& accipitur pro descriptione, & as-
timatione patrimonij, ut tributum per-
soluatur, Hispanè el padron, o enca-
becamiento.
 - 5 Accipitur etiam census non solum
pro descriptione patrimonij, sed etiam
personarum, & magistratus, qui cu-
ram gerebat civium bona describen-
di, propterea censor appellatus
est.
 - 6 Censum pro tributo accipi ostendi-
tur, & censitorem appellatum eum
magistratum, qui exigendis publicis
tributis praeponebatur.
 - 7 Declaratur, qui dicantur capite cen-
si, & censiti & iure nostro Hispano,
Solariegos.
 - 8 Refertur alia census acceptio, nimi-
rum pro eo quod annuatim presta-
tur alicui in recognitionem subiectio-
nis.
 - 9 Census etiam pro quodam accipitur

- contractu, in quo translato utroque
dominio accipiens praestat singulis an-
nis certam pensionem.
- 10 Agitur de intellectu tex. in cap. 1.
de in integrum restitutu.
 - 11 Refertur una differentia inter con-
tractum census, & emphyteusim.
 - 12 Late disputatur, an sit duplex domi-
nium directam, & utile.
 - 13 Ostenditur conductorem agri publi-
ci, & ad longum tempus habere uti-
le dominium.
 - 14 Discutitur, an usufructuarius ha-
beat utile dominium, in ibique agi-
tur de intellectu tex. in l. 1. §. Item
Iuliano. ff. de remissio. & in l. 1. in
prin. ff. Si usus fruct. per. & in l. uti
fruis. utrum ff. eodem titu.
 - 15 Creditor habet quasi dominium &
propterea utilem rei vendicationem.
 - 16 Explicatur I. C. responsum in le-
ge & si sine § restitutus & in §. sed
god Papinianus ff. de mino.
 - 17 Ponitur secunda differentia inter
censum & emphyteusim.
 - 18 Eius differentia constituitur vera
& germana ratio.
 - 19 Tractatur an praedium emphy-
teuticum sit obligatum pro ipsa pen-
sione.
 - 20 Quae sint praedia vectigalia, &
quae mancipij, & quae mancipij.

Præmium totius

- 21 Prosequitur Autor Superiorem disputationem an prædium emphyteuticum sit hypothecatam pro pensione.
- 22 Agitur de intellectu text. in capite constitutus de religio. domib.
- 23 Pacto effici potest, ut incensu sit locus commissio.
- 24 Impugnatur communis sententia, ostenditur non valere pactum, ut incensu locus sit commissio.
- 25 Et ob eam pactionem, censum in emphyteusim transformari.
- 26 Commissum in censu locum habet si iuratum sit de soluenda pensione, & an id procedat in emphyteusi ante lapsum biennij, vel triennij.
- 27 Explicatur vulgare dictum iuramentum sequi naturam actus, cui ad hæret.
- 28 Iuramentum nunquam operatur contra naturam actus, cui apponitur.
- 29 Constituitur tertia differentia inter censum, & emphyteusim, ut res censualis alienari possit irrequisito domino, non vero res emphyteutica.
- 30 Refertur alia acceptio census scilicet pro eo contractu, in quo dato certo pretio ius quoddam causatur exigendi certas pensiones annuas.

PRÆMIUM totius operis.

PRÆCLARA atque perpetua recordatione dignissima mihi visa est sententia illa Caij Salustij in initio sui operis aientis, omnes homines, qui se se student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decere, ne vitam silentio transigant, veluti pecora, quæ natura prona ventri quæ obedientia finxit: quam cum à pueris annis, & pene infan-

tili ætate mecum perpenderem attente, velut incredibili quodam animi ardore incendebar semper omnem meam vitam rationem sic instituendi, ut si quid esset in me ingenij, quod ingenue profiteor quam exiguum esse: aut si quid eruditionis ex varijs disciplinarum generibus collectum, in quibus me non inficior, mediocriter esse versatum, id omne in publicam utilitatem conferre. Mirumque in modum iam ætate prouectum inflammavit, quod Baldus omni memoria celebratissimus, ut literis consignatum reliquit in præludijs libri feudorum, eos qui in aliqua disciplina diutius laborarunt, astringi ex professionis debito, quæ mente conceperunt, instar seminis in lucem proferre, in proœmio decretalium numero. 7. Quemadmodum triste est diuiti decedere sine hærede: Ita miserrimum esse habenti a Deo gratiam intellectus posteris suis, id est, studiosis nihil scriptum dimittere, quo possint velut hæredes intellectus aliquo modo consolari, quæ duo Baldi eximia dicta refert, & extollit Iass. in præludijs feudorum colum. 2. quæ mobrem cum de hac re varijs cogitationibus sollicitarer, opere præcium me facturum existimaui, si perdifficilem de censibus materiam commentarijs attingerem, & illustrarem. Ex eius enim praxi multæ hac nostra tempestate litæ, iurgia, & controuersia pullulant quotidie, quas amputare, & circuncidere utile fore arbitratus sum. Aggredior utriusque impeditum opus, & eloquentiæ minime capax (ut de situ orbis Pomponius Mela dixit atque (ut Manilius ait) ornari res ipsa negat, contenta doceri. Nec quidem ab incæpto me deterret, quod plurimi autores de hac re varijs in locis diffusam & copiosam susceperunt disputationem: nam ut Baldus ait in dicto proœmio decretalium numero octauo multum restat operis, multumque restabit: quia inueniendi inuenta non obstat, teste Seneca. Ad istam enim solis intellectus oritur, & cecidit;

vadit, & redit, & nunquam moritur, sed suis vicibus occultatur. Sane sol cadit, & imber super vitem, & ficulneam, & producant vberes fructus, si bonæ sunt, nec natura desinit producere eos (quæ verba Baldi referre placuit quoniã pulchra, & speciosa visa sunt,) tum quia humana industria, quæ nihil intactum relinquit, multa postea excogitavit, quæ longiori indigent commẽtatione.

2 In explicatione autem huius operis ita me geram, vt principio nõnulla præmittam, quæ ad intelligendam vim, & substantiam contractus census aditum patefaciant. Deinde Aristotelicum ordinem imitatus de censu tria inquiram, an sit, quid sit, & qualis sit, denique. 2. 3. & 4. lib. de creatione progressu, & resolutione illius quoad fieri poterit edisseram. Spero quidem candido rerũ estimatori rem futuram, gratam, & iucundam. Et quoniam Aratus in Phœnomenis pulchrè ait.

Ἄλλος ἀρχόμενος, ἔσθ' ἄρα, πταυδρες ἔμεν

Ἀρχόμενος δὲ διόσι πασαι μεν, ἔστιν

Πασαι δὲ ἀνδρῶν ἄγορα

INVOCATO ex corde diuini numinis auxilio, sine quo factum est nihil, vt habetur Ioann. 1. c. primum de multiplici significatione huius nominis census disputandum est, & an proprie tractum fuerit ad significandum eum contractum, qui vulgo ita nuncupatur, & in hac nostra Hispana Republica frequẽtissimus est.

3 Varias autem eius vocis significationes retulere Domini. de Soto lib. 6. de Iust. & Iure. quæst. 5. artic. 1. in corpore articuli, Didacus de Couarrubias. libro. 3. Vari. cap. 7. num. 1. Alvarus Valascus de iure emphy. quæst. 32. Petrus Follerius in pragmatica Regis Alfonso de censibus. Verbo. Censibus huiusmodi. num. 1. Michael de Palac. in praxi Theologica, libro. 4. cap. 6. Frater Fran-

ciscus Garsias de contractibus. 2. par. capit. 2. Benedictus Bonius Cortoniensis tractatu de censibus artic. 4. Briffonius Ottoman. Verrucius, & Prateius verbo, Censibus, plurimique autores alij infra referendi, ex quorũ vberimis fontibus colligam, quod magis proposito conuenire vsus fuerit.

Primum ergo census à verbo Censeo deriuatur, quod apud optimos Latinæ linguæ autores significat facultates æstimare, & in censum redigere, vt constat ex illo Ciceronis de legibus, censores populi, ciuitatis soboles, familias, pecuniasque censent. Ac proinde in hac acceptatione census, nihil aliud est quam descriptio, & æstimatio patrimonij, vt tributum persoluatur, quam Hispano sermone recte, *El padron*, appellabimus, *o encabezamiento*. In qua significatione vsurpatur ab Vlpiano I. C. in l. vitia. 2. & in l. form. 4. ff. de censi. quãuis doctissimus, & acutissimi ingenij vir Dominus Franciscus Sarmiento, li. 7. Selectarum interpretationum, & vere Selectarum, capite. 1. numer. 18. senserit id nomen vsurpatum ab Vlpiano pro ipso tributo, cuius sententiam ex verbis, & contextura eorum textuum improbari per facile deprehendi potest. Et similiter in leg. 2. & 3. de censibus libr. 11. in cuius Rubrica eleganter explicat Iacobus Cuiacius & in leg. de creationibus codice de Episcopali audientia & in l. quæ quisque, 64. ff. adquirendorum dominio, ibi, Quæ quisque aliena in censum deducit, nihilo magis eius sunt, & in l. census. ff. de probationibus, vbi Marcel. scripsit, Censibus, & monumenta publica potiora testibus esse Senatus censuit. Quam legem, licet sic intellexerit sempiterna commendatione dignissimus Didacus de Couarrubias, dicto capite septimo numero primo, & Alvarus Valascus dicta quæstio. 32. numero primo, passimque viderim sic ab alijs explicari: tã magis sentio Marcellũ I. C. ibi ea voce vsũ fuisse in alia diuersa significatione nõ pro ipsa descriptione & æstimatio-

Proæmium totius

tione patrimonij, sed pro libro ipso, quo ea descriptio, & æstimatio patrimonij cuiuslibet continebatur, vt in dicta lege census agnouit quoque, AEmilius Ferre. numero. 1. aiens librum æstimari nostris appellari nouo quidem, sed non inepto plane vocabulo, cuius quanta sit vis, quantaque autoritas in probatione ibi I. G. explicuit, & diffusius ab Accursio, & alijs traditum est. Denique in ea significatione nomen census accipi, apud iuriscōsultos testatur Iacobus Cuiacius in paratitla ad titul. ff. de censibus, & in Rub. C. de agricolis & censitis, lib. 11.

Nec quidem census nomen patrimonij descriptionem significat, sed personarum quoque, lege vltima. ff. de censibus, lege 32. §. vltimo ff. de usufructu legato, Romæ enim solebat fieri ciuium, & personarum descriptio ad distinguendos status, secundum quos munera belli, & pacis ciues ipsi, pedites, vel equites subirent, vt explicuit Budeus in lege vltima. ff. de Senato. Vld. Zaf. lege. 2. §. post deinde, & ibi Hieronym. Cagnolus. numero. 295. Ioan Oroscius numero. 61. ff. de origine iuris, Couarrub. & Alua. Valaf. locis superius adductis, primamque ciuium numerationem, & descriptionem factam fuisse à Seruio Tullio referunt Liuius, Dionys. Alicarnas. Plutar. & Paul. Manuci. vir omnium quos habet ista ætas eruditissimus, & elegantissimus ad Calepinum verbo, census, quo in loco curiose rem explicat. Hinc effectum est, vt Magistratus, cui incumberebat cura, & capita, & bona singulorum ciuium describendi & æstimandi, censor appellatus fuerit, vt tradidit Celius, Fenestella, Pomponius, Lætus, Paulus Manuci. Carolus Sigonius, Ottomanus, & omnes quotquot de magistratibus Romanorum scripsere.

Rursus census accipitur pro tributo I. 2. C. sine censu, vel reliquis, in qua significatione tributum publica pensitatio, functio, collatio, & census, idem

sunt, vt traddunt gloss. DD. in Rub. C. de censibus, & censito. libro. 11. vbi præ cæteris Iacobus Cuiac. & probatur in titulo. C. si propter publicam pensi. & in dict. titulo. C. sine censu, vel reliquis, & in lege comperit. C. de prescript. 30. anno & §. coges autem in auth. de manda. prin. colum. 3. facit illud Matth. 22. cap. *Licet censum dare Casari*, quo in loco census nomine tributum significari, præter quam quod ibi sic exponit Nicolaus de Lyra, manifeste constat ex eo, quod cum de eodem ageret Ioannes Euangelista, dixit, *Licet tributum dare Casari*. & est text. optimus iure nostro Regio in lege. 8. titulo. 22. part. 1. ibi, *Censo, o tributo es llamado pecho señalado*, prout aduertit Ioann. Arce ab Otalora in summa nobilitatis Hispanicæ 1. part. capit. 2. numer. 13. & explicant Couarr. Dominicus de Soto, & Alua. Valaf. vbi proxime, post Didacum. de Couarr. à se non relatam increpans Zafium libr. 2. singu. intellect. capit. 3. intrepide asserentem eam significationem esse parum Latinam.

Vnde fluxit, vt censor in Republica Romana diceretur is magistratus, qui exigendis censibus, & tributis publicis præponebatur, de quo loquitur Rubrica illa de censibus, & censori. lib. 11. Codicis, vbi Gloss. Bart. Platea. Iacobus Rebuff. Lucas de penna, & Cuiacius & diuersum fuisse à magistratu censoria, recte docet Alua. Valaf. dict. quæst. 32. numer. 2. idque antea docuerat Carolus Molinæ. in consuetudi. Parisiens. tit. 2. in principio quamuis contrarium perperam scripserit Amb. Calep. verbo, Censitor.

Hinc quoque capite censi vocabantur, qui nullo, aut per quã paruo ære censebatur, quoniã census tunc solū capiti imponebatur, vt animaduertit Petrus Velleius Guevara in Topica Ciceronis §. 4. num. 6. Anton. Aug. in nouellam Iuliani antecessorio. 17. cap. 9. Denique censi olim iure Romano dicebantur, qui censum, seu tributum dominis stabant,

habant, de quibus agit Rub. C. de agri. & censitis lib. 11. vbi ab Accursio, vsq; ad Iacob. Cujaci. omnes interpretes obseruarunt. Sed non placet Carolo Molinæo, qui magis censet appellatos fuisse censitos, ex eo quia cum reputarentur pars fundi, cui sunt adscripti, & a quo nequibant separari, l. 3. l. quemadmodum l. cum satis, C. de agrico. & censitis, lib. 11. l. si quis inquilinos in principio, ff. de lega. 1. vna cum ipso fundo, cui adscripti erant in publicum censum referebantur, & maius patrimonium efficiebant, & consequenter maioris census, id est, tributi obligationem. l. hi penes. l. omnes. l. quemadmodum, l. diffinitus C. de agrico. & censitis, libr. 11. l. Colonicensus C. in quibus cau. colo. & sic non censebantur per se, nec erant in proprio censu, sed alieno. Molinæum sequitur Alua. Valaf. d. q. 32. num. 5. atq; in eam sententiam declinare videtur Albornoz de arte contractuum lib. 3. titulo. 1. in annotatione titul. aiens, in hæc verba, *en tiempo de los Emperadores mas modernos se llamaron censitos, los que en Castilla nuestro derecho llamo, solariegos, que quiere dezir contados en la propia hacienda.* Verum & si hæc Caroli Molinæi consideratio peracuta sit, eiusque excellēti ingenio digna, tamen nec latum quidem vnguem acerbiori Doctorum explicatione me dimouebit. Quippe ita exāxerim animum meum, vt credam in antiquis verum, & solidum esse sapientiæ fundamentum, nec temerē discendum à cōmuni sententia, quæ ratione defendi potest, receptam enim eius vocis significationem videtur probare text. in, l. 2. C. Theodosia. si vag. mancip. & in, l. 1. C. de Tyr. libr. 11. l. 18. C. de agrico. & cens. eodem lib. cum alijs, quæ congerit in eius titul. Rubrica, Iacobus Cujaci. & aduersus Bartholom. de Albornoz considero censitos longe distare ab his, quos leges Hispanæ vocant *Solariegos*. Primum ex, l. 3. titulo. 25. par. 4. in illis verbis, *Deuifa, e' solariego, ebe-*

*beiria son tres maneras de señorio, que han los hijos dalgo en algunos lugares, segundo fuero de Castilla, ex quibus verbis accurate perpensis colligitur facile, id genus domini, quod Solariegos appellatum fuit, proprium adeo fuisse regnorum Castellæ, vt Romanis fuerit incognitum, Ideo Gregor. Lopez ibi glos. *segund. fuero de Castilla*, sic ait de iure communi non reperiuntur ista verba, neque isti, quos hic vocat *Solariegos*, licet de alijs generibus colonorū habeatur per glos. in rub. C. de agrico. & cens. lib. 11 & c.*

Rursus quia inter seruos, & censitos, seu adscriptitios iure quiritem, & Romanorum nulla prope modum differentia erat, quia vtrique sunt in potestate demoniorum. l. 19. & 21. C. de agrico. & cens. lib. 11. vtrorumque nomine domini tenentur actionem de peculio. l. vltim. C. quod cum eo, vtrique manumitti possunt cum peculio, vel sine peculio, vt ex Sidonio Appollinari. lib. 5. episto. docet. Quia in dict. l. 21. C. de agrico. & cens. lib. 11. At persona *Solariega*. (vt itadicam) libera quidem est, nulli seruituti subiecta, vt probat dict. l. part. & docet Dida. Perez in l. 2. titu. 11. *de las encartaciones*, lib. 4. ordi namenti veteris pagina. 882. consequitur ergo in ea re deceptum fuisse Bartholom. de Albornoz.

Tertio census accipitur pro eo, quod annuatim praestatur alicui etiam inferiori a principe, quandoque in recognitionem subiectionis cap. recepimus de priuile. quandoque ratione fundationis cap. praeterea c. quoniam de iure patronat. quandoque ex alijs iustis causis, vt toto tit. de censibus in Decretali Couarr. Otalora, & Valaf. vbi supra facit text. in dict. lege. 8. titu. 22. part. prima.

Quarto census accipi solet pro quodam genere contractus, quo res alicui conceditur pleno iure, ita vt in accipientem abeat, & directum & vtile dominium, reseruata veteri domino

A 3 aliqua

Præmium totius

aliqua pensione annuatim persoluen-
da in recognitionem pristini domini,
cuius contractus meminit Glos. verbo,
Iuxta ratam in.ca. Constitutus de reli-
giosis domibus, & ibi sequuntur Hen-
ri. Antoni. Ancharr. Cardina. & Panor-
mita. Imoia in cap. ad audientiam. 2. de
rebus ecclesie, dicit communem Pa-
normit. in.c. querelam. num. 2. de iure
iurando Iasso. in.l. 1. num. 48. C. de iu-
re emphyt. & in auth. qui rem num. 10.
C. de sacro. ecclesijs Augusti. Beroius
in.c. 1. num. 64. de in integrum restitui-
tione, & ibi Marcus Mantua. num. 26.
Didacus deCastillo. glo. algũ censo, Pa-
laci. Rub. num. 2. Antonius Gomez nu.
2. & 3. in.l. 68. Tauri. Matienço in.l. 1.
glos. 1. tit. 15. de los censos. lib. 5. nouæ
Compilatio. Iulius Clarus lib. 4. recep-
tarum sententiarum. §. emphy. q. 1. Co-
uarr. Albornoz, & Valas. locis præxi-
me relatis.

Ex quo infertur vera interpretatio
ad tex. in capit. 1. de integrum restitui-
tione.

Is enim tex. interpretum animos diu
anxios, & sollicitos tenuit, dum inqui-
runt aduersus quem contractum elar-
giatur in integrum restitutionem. Mul-
ti enim arbitrati sunt, eum procedere
in emptione, & venditione. Alij cen-
suerunt loqui in locatione ad longum
tempus, seu in emphyteusi: alij non nisi
in contractu locationis ad modicum tẽ-
pus, quorum omnium sententias late
persequitur, & prolixè, (vt de more so-
let) improbat, & rejicit August. Bero. in
d. cap. 1. à num. 44. Verum in eo conflic-
tu, & opinionum varietate magis est,
vt is textus agat de contractu census, de
quo & nos nũc sermonẽ instituimus.
Quam interpretationem ibidem ample-
xus est Panor. num. 7. Beroi. num. 64.
65. & 66. etsi Marcus Mātua. ab ea dis-
cedat dicto. num. 26. Memini quẽ D. Sa-
hagum insignem & charissimum præ-
ceptorem meum, secutum fuisse eam
interpretationem, cum publicè suis au-
ditoribus prælegeret tractatum perce-

lebrem, & singulari rerum varietate di-
stinctum de minoribus, & in integrum
restitutione ad cap. primum. Isque in-
tellectus textui conuenire quam maxi-
mè videtur ex illis verbis, Sub mo-
dico censu concessis, & ibi ad ipsius
conuenit ius, & proprietatem re-
dire.

Inter autem hunc contractum cen-
sus, & emphyteusim variæ à Doctori-
bus solent constitui differentiæ, quas li-
buit longiori sermone pertractare; quo-
nam ex eius rei explicatione multarũ
rerum apparebit dilucida, & explicata
notitia. Prima igitur differẽtia est, quod
in emphyteusi non abit, nec transfundi-
tur directum dominium, sed duntaxat
vtilè naturalisque possessio, manente
directo dominio, & possessione civili
penes dominum: in censu verò directũ
& vtilè dominium, omnisque possessio
transit in censuarium, nihilque rema-
net penes antiquum dominum, excep-
to iure percipiendi annuam pensione.
Sic resoluit communis schola canonis-
tarum in dict. cap. constitutus de reli-
gio. domibus Panormitanus, Beroius,
& Mantua. in.c. 1. de in integrum resti-
tutione Bart. in.l. 1. §. hic titulus. ff. de
publicanis, & vectigali. Socin. cõf. 167.
col. 1. & sequenti, & cõf. 208. col. pe-
nult. & cõf. 266. col. 3. vol. 1. Alexan.
cõf. 14. 7. volumine, Feli in cap. ad au-
dientiam numero. 27 de præscrip. Ca-
stillo, Palac. Rube. Antonius Gomez,
Matienço in dicta lege. 68. Tauri, Do-
ctissimus Cardinal. Albanus in lucu-
bration. ad Bartol. in dicta lege. pri-
ma. §. hic titul. ff. de publica. & ve-
ctigalib. Iulius Clarus, Couarrub. Al-
bornoz, & Alua. Valas. vbi suprã, Pe-
trus Fol. in dict. pragma. verbo. Cen-
sus num. 2. & 3. Fran. Garc. de cõtra.
2. part. cap. 2. & 3. Medina in C. de re-
stitutione, cap. de censibus quoad eo-
rum institutionem, Dominicus de So-
to dicto lib. 6. q. 5. art. à. Iacobus Me-
nochi. cõf. 291. num. 5. 6. 7. & 8. libr.
3. quæ Doctorum recepta sententia,

magis

magis auctoritate, quam textu videtur: nam tex. in dict. cap. constitutus de religiosis domibus expressè agit de emphyteusi, ut constat ex illis verbis: Quidquid iuris tamen monasterio vestro, quam in eis habebat in emphyteusim, sub asna octo denariorum vsualium pensione monasterio vestro concessit. Nec credendum est Innocen. III. eius decretalis conditor: em impropiè locutum fuisse: id enim asserere esse, nota sapientissimū Pontificem innurete. Nec quidē conducit tex. in cap. vlt. de causa possessionis, & proprietate. & in cap. Recepi-mus de privilegijs, quia si æqua lance eorum iurium decisio pōderetur, cōtrarium ex eis videtur inferri. Sicut enim solutio census non arguit exēptionem: ita quidem deducitur ex censu non omne ius, plenumque in censuarium transferri. Meotamen iudicio nullibi expressius existimo probari communem differentiam, vimque, & effectum huius contractus censualis, quam in dicto, capit. 1. de integram restitutione. An autem in dubio iudicandus sit contractus emphyteuticus, an censualis, Doctores variant, quorum opiniones contrarias refert Borgninus Caualecanus decisione Fuzianensi. 43. à num. 55. congerens pro vtraque parte immensam Doctorum seriem, Mascari. de proba. conclu. 281. volu. 1.

12 Aduerto tamen eā differentiam non placiturā plerisque iunioribus, qui distinctionē dominij in directum, & utile contendunt esse cōmentitiam, & à iuris cōsultorū traditionibus alienā. E quorum numero sunt Franciscus Duarenus, lib. 1. disp. c. 17. Franciscus Hotoma. de feu. c. 33. & 34. & quod magis est improbat Paulus de Castro in l. si quis vi. §. differentia. ff. de adqui. posse. & alij quos refert Igneus in l. contractus num. 137. ff. de regul. iuris, & licet Pinel. in l. 1. C. de bonis mate nis. 2. par. num. 1. eius rei inue-

stigationē omitendā duxerit, tamen defendit Ioānes Corraf. li. 6. Miscellaneorum c. 20. nec leue in iure fundamentū habere videtur. Probat enim haut obscure ex l. 3. §. 1. ff. de operis noui nuntiatione. l. superficiario 47. ff. de rei vendicatione. l. 1. ff. si ager vectigalis seu emphyteutica. petatur. l. 1. §. 1. versi. Sane. ff. de superficiebus, l. si possessores vlt. vers. C. de fundis patrimonia, li. 10. quibus in locis apertè constituitur superficiario emphyteutæ, & alijs id genus vtilēm in rē actionē competere: ac proinde perspicuè deducitur superficiariū emphyteutā, & alios habere dominiū vtile, ut eleganter colligit Vacon. à Vacuna, Romanus, li. 2. declarationū iuris ciuilibus declaratione. 43. à n. 22. ex quo parū cautè videtur dixisse Alua. Valaf. de iure emphyteu. q. 13. nu. 1. vers. Verum & hæc, nullū esse textū de iure digestorū, qui dominij vtilis mentionē fecerit. Nam cū leges plurimæ digestorū de vtili in rē actione fecerint mentionē, satis esse videtur, ut ex eo dignosci possit, rationē vtilis dominij cognitā fuisse Iuriscōsultis ex tex. in l. in rē, & l. officium. ff. de rei vendicatione. Sed Valaf. negat valere hanc consecutionem, habet in rē vtilem actionem: ergo habet dominiū vtile. Et quoniam ad tollendā consequentiā sufficit dare instantiam. §. Pauonum inst. de rerum diuisione non vnam, sed plures conatur instantias constituere. Primam in conductore loci publici, qui in rem actionē habet. l. 1. ff. de loco publico fruendo cum glos. verbo Conduxerit, & tamē is dominus non est. l. non solet. ff. locati. Secundam in usufructuario, cui confessoriam actionem competere, probat tex. difficilis in l. vnica. Itē Iulia. ff. de remis. Et vsus fructuarius dominus quidē non est. l. 1. ff. de usufruct. l. rectè dicimus. ff. de verbo. significatione; tertiam in creditore, qui in rem actionē habet, nec tamen

Prooemium totius

dominus est. l. pignus. C. de pigno. a-
tina actione. Postremam in specie: tex.
in lege, et si sine. §. restitutus. ff. de mi-
nor. Verum, et si Accursio in l. 1. Scho-
lio in rem. ff. si ager vectigal. seu em-
phyt. petat. quodammodo visum fue-
rit eam consecutionem incertam,
& fluxam esse, & aduersus eam ali-
quot proponat argumenta subtilis
Areti. in l. si quis vi §. differentia ad
finem ff. de acqui. possessione: tamē
post Accursi. in dicto §. differentia,
firmam, securam, & stabilem esse tra-
diderunt Bart. Ange. Imola, Alex. &
ceteri omnes frequentiori calculo,
Ioannes Corra. & Vaconi. a Vacuna
vbi suprā, faciunt, quæ notat Ias. in l.
ex hoc iure num. 40. ff. de iustitia, &
iure, & iure consistere constabit di-
lucidē, si ad singulas Aluati Valas. in-
stantias accommodatam responsum
præbuerimus.

13 Igitur text. in dict. l. 1. ff. de fruendo
loco publico parum vrget, quia non
probat conductorem loci publici ha-
bere vtilem in rem actionem, & esto
veram esse doctrinam Accursij, ibi
verbo Conduxerit, quam sequuntur
Bartolus, & Albert. in dict. l. 1. idem
Bartol. in l. 1. §. quod autem ff. de su-
perficie. Angelus, & Imola in l. ve-
ctigalia §. 1. ff. de publica. & vectiga-
lib. Paul. de Castro in l. in prouincia-
li §. si ego ad finem ff. de operis noui
nunciatione, & receptam cōmuni vo-
to Doctorum profitetur Arius Pine.
in l. 1. C. de bonis maternis. 3. par. nu-
mer. 67. vers. Verus igitur intellectus,
considerans, & nouiter interpretans
ad hanc rem tex. in l. 1. §. quæ in per-
petuum. ff. si ager vectigalis seu em-
phyteuti. petat. improbensque ex eo
receptam differentiam inter locatio-
nem ad modicum, & ad longum tem-
pus: tamē non rectē colligit Valas.
quia eum conductorem vtile domi-
nium habere omnes apertissimē sen-
tiant, & præsertim Pinel. vbi proxi-
mē aiens in hæc verba, Vt ibi tempo-

ris differentia non fiat, sed cuicumque
conductori agri vectigalis à fisco, vel
Rep. actio illa in rem datur, quasi tūc
aliquod dominium ei adquiretur etiā
ex conductione modici temporis.
Nec in hac specie locum habet doc-
trina text. in dict. l. non solet. ff. loca-
ti, & conducti, quia in conductore lo-
ci publici præstringi, & limitari mani-
festum est, quemadmodum in condu-
ctore ad longum tempus locum non
habere, frequentissimē iuris interpre-
tes tradidē, vt docet Dominus Frā-
cis. Sarmiento, lib. 3. Selecta. interpre-
ta. cap. 2. num. 31. discedens à Pinelo
loco superiori.

o Rursus non obstat id, quod de vsu
fructuario adducit Alua. Valas. Nam
prætermissa disputatione, an vsu fru-
ctuario dominus rei sit, & vsufru-
ctus pars dominij, de qua plura trad-
didē, Alciat. Rebuff. & Brechaus,
in l. rectē dicimus. ff. de verbo. signi-
fic. eleganter, & curiosē Pinel. in dict.
l. 1. C. de bonis maternis. par. 3. à nu-
mer. 1. Ioann. Rober. lib. 3. sententia-
rum Iuris, cap. 18. Ioann. Yañez Par-
ladorius rerum quotidiana. cap. 4. Iacō-
bus Cuias. in l. si vnus. §. item si pactus,
ff. de pactis, qui fere omnes concilia-
re nituntur Paulum. l. C. in l. vsus fru-
ctus 4. ff. de vsu fructu, & in l. rectē di-
cimus 25. ff. de verborum significa-
tione, velut inter se ipsam dissentien-
tem, de quo etiam doctē agit Ioann.
Gars. in tractatu de expensis, & me-
lioratio. cap. 10. tex. in dict. l. 1. §. Item
Iuliano, ff. de remissio ad propositum
afferri non debuisset à Valas. nā is tex-
tus plures habet intellectus, & à le-
ge, quæ multis interpretationibus di-
uiditur, non colligi firmum argumen-
tum, docuit Bart. & post eum Imo-
la. & Soci. in l. in ambiguo. ff. de rebus
dubijs. Namque Vlpian. ea in re sibi
ipsi repugnare, & contradicere vide-
tur; is enim in l. 1. in principio. ff. si
vsus fruct. petatur vsu fructuario ne-
gat confessoriam competere in hæc

verba: Si fundo fructuario seruitus debeat, Marcel. li. 8. apud Iulianum Labeonis, & Neruæ sententiam probat, existimantium seruitutem quidē eum vindicare non posse: verum vsum fructum vendicaturum: ac per hoc vicinū si non patiatur eum ire, & agere, tene-ri ei quasi non patiatur vti frui. At idē Vlpianus in dict. l. 1. §. idem Iuliano. ff. de remissioni. ait vsum fructuario confessoriam competere in hæc quoque verba. Item Iuliano placet fructuariū vindicandarum seruitutum ius esse: secundum quod opus nouum nunciare poterit vicino, & remissio utilis erit, ipsi autem domino prædij, si nunciauerit, remissio inutilis erit. Quam contrarietatem obseruans Accursus, Scholio. 1. laborat in componendo, & in conciliando Vlpiano, & multifariam, multisque modis eam difficultatem illustrare contendit. Principio ergo asserit Vlpia. in dict. l. 1. ff. si vsum fruct. petatur, docere, fructuario ad vendicandam seruitutē directam actionem confessoriam non dari, eademque ratione intelligi eiusdem Vlpiani responsum in l. vti frui. §. §. vtrum eodem titulo si vsum fruct. petatur: at in dict. l. 1. §. Item Iuliano solū velle, vt utilis actio confessoria illi cōpetat. Hanc Accursij conciliationem improbat, & refellit Ioannes Corrafi. in l. ei, qui, ff. de serui. num. 6. ea ratione quia Vlpia. in di. l. 1. & in dict. l. vti frui §. §. vtrum. ff. vsum fructus petatur expressim, & generatim negat fructuario actionem competere ad vendicandam seruitutem: ergo omnem actionem, & vtilem, & directam. Cū ad remotionem generis sequatur remotio speciei cuiuslibet, & quoniam alioqui vana redderetur, eo loco I. C. doctrina, cū utilis actio effectu non differat à directa, sed eiusdem potestatis sit l. actio negotiorum 47. ff. de negotijs gestis, de cuius intellectu latē tractant Iacobus Rebardus de autoritate prudentium, cap. 3. Gerardus de Petrasancta singu. 39. Stepha. Forcatu-

lus in Necyomancia Iuris, dialogo 63. Marcus Mantua. in Enchiridio. c. 256. Missinge. in §. actionum numero 29. in stit. de actioni. Iacobus Cuius. lib. 15. obseruatio. cap. 11.

Secundo loco Accursi. aliter difficultatem explicat, vt in dict. l. 1. & dict. l. vti frui. §. vtrum. Vlpia. doceat fructuario vendicationem seruitutis principaliter non competere, & in dict. §. Item Iuliano in consequentiam ei dari petēdo vsum fructum. Hanc quoque Accursij cōcordiam, vt divinatricem rejicit Corrafi. dict. n. 6. vers. Secūdo dissolunt. Quamobrem ipse nouē pugnā, & disidium sic componit, vt dicamus fructuariū suo nomine seruitutem vendicare non posse dicta l. 1. & dict. l. vti frui. §. vtrum ff. si vsum fructus petatur, at nomine domini vendicationis ius habere, dict. §. Item Iuliano. Quā Corrafi explicationem amplexus est Gonzalus Suarez de Paz olim iuris canonici publicus professor Salmanticæ, nūc in Senatu Gallico Auditor regius, in sua praxi. 3. tomo, capit. 1. §. 4. de actione confessoria, & negatoria, num. 28. ipse tamē ex hac vna re conijcio omnes homines ingenio, & doctrina præstantes philautiæ morbo laborare. Ideo Marcus Cicero, qui Romani eloquij tuba appellatur à glo. in l. 1. C. de studijs libera. vrbis Romæ lib. 11. prout refert Petrus Rebuff. in tractatu de exceptio. statim in principio, quæst. vltima Tusculana scripsit, nullum esse Poetam, qui sibi non optimus videatur, & vnusquisque propriij inuenti amore incredibili ducitur, rapitur, & huc, illucque facile impellitur. Cōtentus sua nouitate Corrafius, non vidit suam conciliationem laborare eo vitio, quod impingit vtriq; Accursianæ interpretationi. Ergo in hac perplexitate mihi magis arridet sententia Iacobi Cuiacij, lib. 1. obseruationum, cap. 16. cuius explicationem cū Autore tacito mihi potuissem arrogare, recordatus eximij illius dicti Pliniani, in epistola ad Titum Vespasianū

Proœmiū in totius

Imperatorem, ingenui animi esse fate-
ri, per quos profeceris, doctissimi Cu-
iacij nomen mihi longe gratissimum
nolui silentio inuoluere. Aio igitur de
ea re vtrum fructuario competat serui-
tutum vindicatio, veteres Iuris consul-
tos dissensisse; Iulianus autem in ea fuit
opinio, & sententia, vt existimauerit
fructuario vtilem seruitutum vindica-
tionem dari, & inde fructuario compe-
tere ius nunciandi nouum opus. Quod
quidem Iulianus scripsit, lib. 49. dige-
storum, vt cōstat ex l. 2. ff. de operis no-
ui nunciatio, sed Marcellus in notis,
quas concipit in Iulianum. (sic enim
explicanda sunt illa verba text. in dict.
l. 1. ff. si vsus fruct. petatur Marcelli, lib.
8. apud Iulianum vt dicto capite 16. ob-
seruat Cuiacius, & colligi potest ex
his. quæ animaduertent Vigli. in prio.
inst. de hæredi. instituen. num. 9. Anto-
nius Aug. lib. 1. emendatio, cap. 6.) im-
probans Iuliani sententiam, & Labeo-
ni, atque Neruæ adhærens magis sen-
sit fructuario seruitutum vendicatio-
nem non dari, eiusque sententiam ob-
tinuit, & Vlpiano placuit, vt aperte cō-
stat ex dicta. l. 1. & dicta. l. vtrius. §. vtrū
ff. si vsus fructus petatur, & docet Go-
uea. lib. 2. variarum, cap. 27. ad fin. est q̄;
magis amica, & consentanea iuris prin-
cipijs: nam fructuarius fundi vendica-
tionem non habet, quia hæc non datur
nisi domino. l. in rem. l. officium ff. de
rei vendicatione, ideo absurdum est,
cui non das fundi vendicationem, ei fun-
do iuris debiti vendicationem dari. Rur-
sus vsufructuarius ius habet dumtaxat
in vsu fructu, ratione cuius tantum mo-
do agere potest, igitur nequit seruitu-
tem vendicare; nam cum vsus fructus
seruitus sit. l. 1. ff. de seruitu. si seruitu-
tem prætereā peteret, seruitutis dice-
ret esse seruitutem; quæ petitio admit-
tenda non est. l. 1. ff. de vsu fructu lega-
to. Vlpianus vero in dict. l. 1. §. Item Iu-
liano. ff. de remissio. solum retulit Iulia-
ni verba, & sententiam non probauit;
est enim in more positum Vlpiano alio

rum Iurisconsultorum sententias refer-
re, quas tamen, etsi non probet, non im-
probat; quod vel maxime colligi potest
ex textu illo celebri, & difficili in. l. per
seruum. 14. §. vsusfructus. ff. de vsu, &
habitatione. Habet enim is tex. eximiā,
& celebratissimam difficultatem: ex al-
tero respōso Pauli in. l. sed si de fructu,
versiculo, Sed si vsufructu. ff. de vsu, &
habitatione. Vlpianus enim in d. §. vsus
fructus, versiculo, Denique, docuit si
vsus fructus deducto vsu legatus sit, inu-
tile esse legatum. Contrā tamen Paulus
ex sententia Aristonis putat legatū vti-
le esse, quæ duo Iurisconsultorum res-
ponsa vt conciliarēt, mirum in modum
laborarunt Accursi. Bartol. & ceteri in
d. §. vsus fructus, Iacobus Cuiaci. lib. 8.
obseruatio. cap. 9. doctissimus Carolus
Molinæus, in. 1. §. sed si initio nu. 70. eū
sequen. ff. de verbo. obligatio. Zasius
1. par. anthinom. num. 13. Ludouic. Cha-
ron. lib. 1. verosimilium, cap. 21. Tamen
eam difficultatē sic tolli rectius illi exi-
stimarunt, qui tradidēre. l. sed si vsufru-
ctu, quæ in vulgatis codicibus separata
circumfertur à lege præcedentis. §. esse
illius, totamque. l. Vlpian. lib. 17. ad Sa-
binum: sic enim habetur in emendatio-
ribus Pandectis, quæ circūferuntur im-
pressæ ad instar Pandectarum Floren-
tin. & in libris, quos à se emendatos in
lucem protulere, Ludouicus Bologni-
nus, Gregorius Haloander, Franciscus
Duarenus, & Ludouic. Rufardus: ideo
que magis est, vt Vlpianus in d. §. vsus
fructus, versicul. Denique referat, non
probet sententiam Pomponij, & in ver-
siculo, Sed si vsufructu, in Aristonis pla-
citur deflectat. Nec quidem assentio
illis, qui docent veterum Iurisconsulto-
rum factiones atq; similitates adeo fuisse
conspitas industria, & diligētia Tri-
boniani, vt nec illarum vestigia conspi-
ciantur in libris Pandectarum. Magis
enim arbitror per plures anthinomas vi-
gere adhuc in responsis veterum Iuris-
consultorū in Pandectas redactis, quæ
admodum sapientissimi quoque viri
insere

sensere, Laurentius Valla lib. 6. elegantiarum capit. 59. (quem in merito reprehendit Vid. Zasius, lib. singulari Anthimiarum ad Claudium Canciunculam) Guillelmus Budeus linguæ Latinæ, & Græcæ peritia omnium, quos tulit sua ætas excellentissimus in prioribus notationibus ad Pandectas ad l. postremā ff. de ædilitio ædicto, Covarruias li. 1. variarum, cap. 3. num. 7. Pinel. in l. 2. C. de rescin. venditione. 2. p. c. 4. num. 53. insignis Manuel Costa. lib. 1. selectarū, cap. 15. Eguinarius, Baro. in §. literæ instit. de rerum diuisione, & in §. si quis ancillas inst. de legatis, & in §. non tantum inst. de codicillis, & in l. sed. & posteriores. ff. de legi. Franciscus Ottom. in disputat. de dona. fol. 79. Iacob Ciuici. tracta. 8. ad Africa. ad l. qui negotia. ff. mandati, & antea subtilis Raphael Fulgo. agnouit in l. quod pupillus. ff. de conditione indebiti. nam, qui fieri potest, ut cum I. cōsulti veteres in duas essent factiones diui, Sabinianorum, & Proculianorum, & data opera in vicem dissentirent, fouerentque contrarias opiniones, Tribonianus, & reliqui, cum dissidentium iuris consultorū doctrinas de eadem re sub titulis Pandectarum collocarent, ut vnum, & idē sentire videantur.

15 Neque etiam aduersus nos quidquam obest, quod de creditore adductum est, quia is quasi dominium habet, ac proinde vtilem fundi venditionē, ut aperte I. C. docuit in l. ei, qui. ff. de seruitu. & ibi animaduertit Ioannes Corra. num. 5. & 11. facit text. in l. creditori. ff. de operis noui nunciatione.

16 Denique Valaf. in nihilo. fauet Vlpiani responsum in d. l. & si sine, aliās incipit, Ait prætor. 7. prout legitur in omnibus emendationibus codicibus. §. restitutus. ff. de minoribus: nam in eo text. nullum verbum est, quod huic proposito valeat accommodari. Sic enim Vlpianus ait, restitutus autem, cum se hæreditati misceat, vel eam adeat, quam repudiavit. Rursus restitui poterit, ut

se abstineat, & hoc & rescriptū, & rescriptum est. Quis obsecro est adeo perspicax, & lineæ oculis præditus, ut in hoc Vlpiani responsū, intueri possit, & inuenire aliquid, quod faciat pro Valaf. sed credo Aluarum in eam partem voluisse adducere eiusdem Vlpiani responsum celebre indicta. l. ait prætor. §. sed quod Papinianus in illis verbis, & quod ait liberum manere, tale est quali etiam hæres maneat (quemadmodū legit Antonius Goueanus lectionum iuris variarum, lib. 2. cap. 17. tamēti in vulgatis, & emendationibus codicibus illa verba negatiue concepta sint, scilicet, quasi non & hæres maneat, & eam lectionem ibi recipiat Iacobus Ciuicius) cum pupillus impetrat restitutionem, postquā abstentus est. Cum enim pupillus hæres non fiat, sed vtilis actiones habeat: sine dubio hæres manebit, qui semel extitit. Ex hoc enim difficili, & per celebri Vlpiani responsū, videtur haut obscure deduci, ei, qui nec dominus, nec hæres est, actiones vtilis cōpetere. Verum responderi potest, Vlpianum eo loco non negare, pupillum post abstensionem restitutum, hæredē effici vtiliter, sed solum directo. Nam cum seruus substitutus hæres fuerit, per restitutionem pupillo concessam aduersus repudiatam hæreditatem, nō desinit esse hæres, quia, qui semel est hæres non potest amplius desinere esse hæres. Manet ergo directo hæres: qua ratione explicanda sunt illa verba, Euasi etiam hæres maneat, scilicet directo. Pupillus vero, qui ex vi restitutionis in integrum sibi cōcessæ, aduersum repudiatam hæreditatē à se illam adiit, per aditionem non consequitur directum dominum. quoniam vnum, & idē dominij genus nequit esse pene duos. l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodati, cuius legis regulam pulchre ornat. Pinelus in l. 1. C. de bonis matris. 3. par. à num. 10. consequitur tamen dominium vtile, ratione cuius vtilis actiones habet. Vnum autem esse hære-

hæredem directo, & alium utiliter iure satis receptum est, quemadmodum cerni potest in hærede & fidei commissario, Bart. in l. ex asse ff. ad Trebellianam. Jasson in l. post aditam num. 2. C. de impuberum, & alijs substitutionibus, Arctinus in l. sub conditione. ff. de liberis & posthumis, Pinelus vbi supra num. 11. versiculo, Limitatur consequenter, qui in eam partem adducit text. in l. 1. ibi fructus. ff. ad Trebellianam, & in versiculo, Quamquam eiusdem legis, & in lege si hæredes. 70. ff. eod. ibi. directe, & in l. qui hæredi. 44. §. cum hæreditas ff. de conditio. & demonstratio. Rainal. Corsus lib. 3. indagationum iuris cap. 7. num. 7. & 8. Nicolaus Bellonus lib. 4. supputationum capite 19. numer. 3. & rationem quare in fidei commissarium iura directa non transeant, eleganter constituit Antonius Goueanus, lib. 1. lectionum iuris variarum, capi. 5. num. 6. eamque interpretationem ad text. in dict. §. sed quod Papinianus aperte ibi constituit Bart. & post eum Jacob. Cuia. & velut quasi omnium consensu receptam videtur agnoscere Pinelus loco superiori. Et de his satis.

17 Secunda differentia inter censum, & emphyteusim à Doctoribus frequenter constituitur, quod emphyteuta nõ soluens triennio pensionem domino directo, cadit à iure suo, & res incidit in commissum, idemque si à solutione faciendâ Ecclesiæ cessauerit biennio l. 2. C. de iure emphyteutico c. poruit de locato. l. penultim. tit. 8. part. 3. Censuarius autem quantumvis per mille annos non soluerit, non cadit à iure suo. Hanc inter censum, & emphyteusim differentiam constituere gloss. Innoc. Anto. Ancharr. Cardinalis, & Panormi. in c. constitutus de religio. domibus, Imola in cap. ad audientiam secundo de rebus Eccles. Panormita. Beroius, & Mantua. in cap. primo de in integrum restitution. Jass. num. 10. Decius, & Iacobinus numero. 7. in authentica, qui rem C. de sacrosanctis Ecclesijs. Castell. Palaci. Rub.

& Antonius Gomez in l. 68. Tauri. Martiengo in l. 1. tit. 15. de los censos, lib. 5. nouæ Compila. glossa secunda. Covarrub. lib. tertio variarum cap. 7. num. primo, versiculo, ex hac vero differentia, Iulius Clarus in §. Emphyt. quest. 1. Domini. de Soto lib. 6. de iustitia, & iure quest. 5. artic. 1. in corp. art. Bartholom. de Albornoz de arte contractuum lib. 4. tit. 1. fol. 103. Didacus Perez in proemio tituli. 2. lib. 8. ordinamentive teris, pag. 36. col. 2. Aluar. Valas. de iure emphyteutico, quest. 32. numero tertio, plures refert Borgninus Caualcant. decisione Fiuizanensi. 43. num. 54. Gaspar Cauallinus in milleloquio nu. 178. & 814. & ex multis receptam esse profiteretur Ioannes Cutierrez in tractatu de iuramento confirmatorio. 1. part. capit. 31. num. 9. & receptiorem Ioannes Oroscius in l. iuris gentium. §. quinimo numero. 48. ff. de pactis, qua in re Baldus communiter solet improbari, qui minus cautè consilio. 177. volu. 3. professus est communem traditionem esse, vt censuarius quoque non soluendo cadat à iure suo. Ego autè animaduertito communem sententiam magis auctoritate niti, quam textu, & ideo suspectam videri. Sed ratione defendi potest nimirum, quod caducitas poena est, & poena non incurritur, nisi in casibus à iure expressis, prout docuit glossa. verbo. Ex vi, in capit. ultimo de iure patronatam, quam notat Corserus singu. verb. legitima, & facit pro ea textus in authentica de non eligendo secundo nubentes §. eum igitur, vers. Nec est lex tale aliquid dicens collatione. 2. l. at si quis. §. Diuus autè Marcus. ff. de religiosis, & sumptu. funerum, copiose, (vt de more) Tiracquel. in l. si vnquam C. de reuocan. donatio. verbo, Reuertatur, numero. 232. Octavianus decisione Pedemontana. 77. numero primo, ac proinde cum iure cautum non sit, censuarius non soluentem cadere à iure suo, plane consequitur ex nõ solutione nõ debere in duci rei censuarię priuationem, & commissum.

Rur-

Operis de Pensionibus.

Rursus ex natura vtriusque contractus animaduerto colligi posse rationem differentiam, quia cum censuarius dominium rei plenum habeat, solumque teneatur personaliter ad persolvendas annuas pensiones, plane ex eo, quod non soluerit, res non debet in commissum incidere: at vero cum in contractu emphyteutico dominium directum maneat penes concedentem, non solum ipse emphyteuta, manet obligatus personaliter verum etiam res ipsa emphyteuticaria, velut affecta est quadam obligatione reali, ad solvendum canonem ex l. imperatores. ff. de publicanis, & vectigal. ac propterea non mirum, si ob non solutam pensionem res emphyteutica incidat in commissum: facit textus in §. adeo instit. de locatione, & conducto. vbi Iustus Imperator ait in hæc verba.

Ute ecce de prædijs, quæ perpetuo quibusdam fruenda traduntur, id est, ut quæ diu pensio, siue redditus pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius, cui de conductor, hæres de eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienauerit, auferre liceat.

Quæ utique Iustiniani verba si accuratè expendantur, aperte satis demonstrare videntur, ex illa partitione dominij, quæ fit in emphyteusi & ex eo quod penes concedentem dominium maneat, procedere & proficisci, ut non soluta pensione emphyteuta priuetur, eamque esse velut naturam eius contractus fluentem ex substantia ipsius, perinde ac ex essentia propriam pensionem deriuari, Philosophorum est commune placitum.

Ex quo non placet doctrina eximij, & acutissimi illius viri Domini Francisci Sarmiento libro tertio Selectarum interpretationum, capite secundo numero 3. 4. quinto & sexto, qui pro sui ingenij admirabilis acumine, ut excogitare rationem, quare nequeat emphyteuta donare sine consensu domini, con-

tendit differentiam quædam constituisse inter digestorum tempora, & codicis, scilicet ut iurisconsultorum tempestate prædium ipsum, vectigal, seu emphyteuticarium solum esset obligatum ad pensionem seu redditum persolvendum, non quidem persona possessoris, ex textu in dict. leg. Imperatores ff. de publicanis & vectigal. vbi Papius Iustus l. C. in hæc verba scripsit.

Imperatores Antoninus, & Verus rescripserunt in vectigalibus ipsa prædia, non personas conveniri. Verum post Zenonis constitutionem in l. C. de re emphyteutico, sola persona, non quidem ipsum prædium teneatur. Ea autem distinctio temporum observata curiosè à Domino Francisco Sarmiento non videtur iure consistere, & aduersus illam pugnat fortiter textus in dict. §. adeo instit. de locatione, & conductio-
ne, quatenus in eo textu Iustinianus Imperator apertissimè docet ex prædio vectigali, seu emphyteutico domino concedenti pensionem, seu redditum præstari. Nam ubicunque ex prædio alicui pensio soluenda est, prædium ipsum onere hypothecæ affectum esse probat textus in leg. codicillis §. instituto ff. de legat. secundo, & ibi Bartol. Bald. Pau. & alij. Bart. & Lancellotus Decius insignis frater Philippi Decij in leg. fundus quem ff. de annu. legatis, Ioannes Faber. in §. Item Seruiana columna penult. & ultim. institutio. de actio. Matthæus de Afflictis decisione Neapolitana. 162. numero sexto. Alciatus in l. plebs. §. pignus ff. de verbo. significatio-
ne, Ludou. Roma. consilio. 388. Alex. consilio. 156. numero tertio, volumine sexto & ibi Corolus Molinæus Hieronym. Gygas de pensioni. questione. 51 disputant eleganter Aluar. Valaf. de iure emphyteutico, questione. 32. à numero. 13. Petrus de Salazar de usu, & consuetudine capit. 11. à numero. 15. Ioannes Garf. de expens. & melioratio capite. 4. à numero. 30. Constat igitur post tempora iuris consultorum ipsum præ-

Proœmi in totius

prædium emphyteuticum obligatum esse pro pensione, seu redditu persoluen- do, minusq; placet quod numero quar- to ad finem Dominus Franciscus Sar- miento sensisse videtur decisionem tex- tus in dicto §. adeò instit. de locatione & introductione correctam, sublatam, & antiquatam esse ex Zenonis Imperato- ris constitutione in l. 1. C. de iure em- phyteutico: nam cum Zeno Impera- tor per aliquot annos præcesserit Impe- rium & dominationem Iustiniani, vt constat ex Ammiano Marcellino Ni- ceno, Zonora, Sigeberto, Hérico Gla- reano, Antonio Concio, & Petro Mel- sia, vix dici potest. text. in dict. §. adeò, qui posterior est, corrigi ex textu in dict. l. 1. C. de iure emphyteutico. Nec consentio quidem Alvaro Valas. de iu- re emphyteutico, quæstione 4. num. 7. versic. Concludo igitur, qui magis pro- bauit fundum emphyteuticum nõ esse pro annuis pensionibus obligatum. Ac- cedens Angelo in leg. vniuersas, num. 2. C. ne rei dominicæ, & Ioanni de Imo- la in leg. quod dicitur, numero. 8. vers. Item quòd si alius ff. de verbo. obligat. quos sequuntur Iass. Castrè. Negusan. Rom. & Pinel. quos refert Petrus Sur- dus decisione. Mantuan. 32. num. 1. & 2. Nam in contrariam sententiam abie- re Bald. in authentica, si quas ruinas, nu- mero quinto, in fine, C. de sacrosanctis Ecclesijs ex text. in authentico de non alienand. §. scire autem col. secunda, Pa- norm. consilio. 74. colum. 3. vol. 1. Soc. Iunior consilio. 70. numer. 14. libro pri- mo. Iass. in leg. 1. C. de iure emphyteu. numero. 7. Alex. conf. 79. numero. 9. vo- lum. primo & in eam opinionem desse- xisse videtur Ioannes de Imola, vbi su- præ, si eius verba recte pòderentur, ideo que in eam partem eum allegat Maria. Soci. Iunior, dicto. consilio. 70. numer. 14. Matthæus de Afflictis decis. Neapo- lit. 95. Aymon Craueta. consilio. 217. numero quinto, Ripa in l. 1. §. si hæres, col. tertia ff. ad Trebe. Carolus Moli- nus in consuetudinibus Parisiensibus.

§. 2. glos. quarta, quæstio. 7. Albornoz lib. tertio, de arte contractuum, titulo primo. fo. 105. Amadeus de Pont. in tra- ctat. de laudemijs, quæst. 45. col. 1. & 2. dicens cõmunioem, Menoch. cõf. 444 num. 2. & sequent. & receptiorem do- ctinã esse profiteretur Cab. Mudeus in leg. in venditione in fine. ff. de actiõni. empti. qua in re lectorem admonitum esse vellim Matthæum de Afflictis di- cisione. 95. ante numerum secundũ aut non legisse Ang. in dict. lege vniuer- sas numero secundo C. ne rei domini- cæ, aut non rectè eius verba percepisse. Ait enim Afflictis, Angelum in dicta le- ge vniuersas nihil dicere de quæstione proposita, sed fallitur egregius vir, nam expresse Ange. contrariam eo loco sen- tentiam complexus est. Neque obstat quod hypotheca locum non habeat, ni- si inducatur à lege (loquor de tacita, nõ autem de expressa) vt scribunt Negu- san de pignori. quarto mem. secundæ partis principalis, numero primo, Hu- go Donelus eodẽ tractatu capite quo- modo pignus constituarur, & quæ pig- norum genera, Franciscus Baldui. eo- dem tracta. c. 6. & 7. & Valas. asserat nul- lo iure tribui domino directo, quod ha- beat istam hypothecam, nam expresse constitui eam hypothecam in dict. leg. Imperatores. ff. de publican. & vectig. constat apertissimè ex eius verbis. Ne- que obertit differentia, quam inter præ- dia vectigalia, & emphyteutica viden- tur constituisse Barto. & Angelus in di- cta lege vniuersas. C. ne rei domini- cæ.

Nam vectigalia prædia non distin- gui ab emphyteuticis argumento est rub. illa, quæ in Pandectis est, si ager ve- ctigalis, vel emphyteuticarius petatur, vt ibi tradiderunt Accurs. Bartol. & cæ- teri, Marcus Antonius Nata consilio. 49. numer. 2. volum. 1. quod si traditio- nes Accursij, & Bartoli displicent, & au- tores Romani sermonis notitia præcla- ros & insignes velimus consulere, re- periemus facilè prædia vectigalia iuis-

se emphyteutica. Nam prædia omnia in Republica Romana fuere in duplici differēcia quædam mancipij, quædam nec mancipij esse dicebantur, ut docuit Vlpianus in fragmentis titulo. 19. prædia autem illa, quorum legitimum dominium ad civem Romanum, aut ad provincialem aliquem pertinebat, prædia dicebantur mancipij, à mancipio, hoc est dominio legitimo. Ea verò prædia quorum proprietas ad populum Romanum, aut ad principem spectabat, provincialibus nuda duntaxat eorum possessione relicta, nec mancipij esse dicebantur, ut explicuit Iacobus Rehardus libro primo de iuris ambiguitatibus capite. 5. hæc quoque prædia nec mancipij, quædam erant vectigalia, quædam tributaria, & stipendiaria. Vectigalia erant civitatum prædia emphyteutica, quæ manente apud municipes seu ciues ex iure quiritem dominio, in perpetuum locabantur, id est hac lege, ut quandiu pro eis vectigal solutum fuerit, tandiu, neque ipsis, qui conduxerunt, neque eis, qui in eorum locum successerunt auferri liceat: in quibus prædijs possessores dominiū in bonis habebant. Idque ita colligitur ex textu in l. 1. & 2. ff. si ager vectiga. & in leg. si domus. 74. §. ultimo. ff. de legat. primo, explicant Alciat. libro tertio dispūctio. capite decimo. Stephanus Forcatulus, in Necyomancia iuris dialog. 19. Barnabas Brissonius, libro quarto selectarum antiquit. capit. primo, & de verborum significatione verbo, Vectigales agri, Iacob Cuius in l. sequitur. §. si viam. ff. de usu capio. Iacob Rehuar. dict. lib. primo de iuris ambiguita. cap. 5. & agnouisse videtur Franciscus Sarmiento libro tertio Select. cap. num. 3.

Præterea pro ea parte contra Valas. non leue argumentum præstat textus in dict. §. adeo instit. de locatione, & cōductione in illis verbis, *ut quandiu pensio, siue redditus pro his domino præstetur.* Nam superius docui, pulchram & receptam iuris resolutionem esse, cum

ex prædio pensio, seu redditus persoluitur, id prædium pro pensione, seu redditu hypothecatum esse.

Verum mihi videor intueri Alua. Valas. eius textus vim, & difficultatem euadentem ex eo, quod Imperator Iustinian. in dict. §. adeo non dicat ex prædijs emphyteuticis pensionem, & redditum persolui, sed solum pro his præstari, & ideò nõ recte colligi ex eo text. emphyteuticum prædium hypothecæ onere affectum esse, sed hanc verborum differentiam nihil æstimandam, pro nihiloque ducendam esse ex Curcio Iuniori, Petro Costalio, & Carolo Molinæo, ipse Valas. resoluit d. quæst. 32. nu. 17. colu. 4. fol. 197. & præsertim quod Ioannes Faber in dict. §. Item Seruiana prope finem instit. de actio. scriptum reliquerit, cum ratione rei certæ annuū aliquid persoluitur, rem ipsam hypothecæ nexu teneri colligatam: professus esse receptam sententiam professorum iuris pontificij in cap. cum clerici de partis, & in cap. tua nos de decimis: at pro prædio aliquid præstari, aut ratione prædij nihil differre, nihil discrepare quis nõ videt? & præsertim quòd in inducenda hypotheca non inspicitur verborum conceptio. l. vltima. C. quæ res pignori, tamen si contrarium sensisse videatur Ioann. Garf. dict. cap. 4. num. 38. & 39. Rursus non obstat quod pro se adducit Alua. Valas. dict. quæst. 4. num. 7. hypothecam non bene cadere in re propria, licet alius habeat vtile dominium. l. si rem alienā. l. 2. ff. de pignoratitia actio ne iunctis his, quæ traduntur à DD. in l. 1. C. communia de legatis. Nā hypothecariam domino concedi, cum illi potest adferre aliquam vtilitatem, certi iuris est. ex l. 1. C. si anti. creditor pignus vendiderit l. qui à debitore, & ibi Bart. ff. qui potiores in pignore habeantur, Franciscus de Ripa in leg. 1. num. 65. ff. de leg. primo, & legatorio, quauis dominium habeat à morte testatoris le. à Titio, ff. de furtis, pro re ipsa legata consequenda co. redi. actionem

pypo-

Proœmium totius

hypothecariam tradidere Barte Ange. Imola, Areti. Alex. Socin. & Iass. in lege prima ff. de lega. 1. & ibi Ripa, numero. 65. Cardina. Paul. Parisius. num. 1. Iasson, in lege prima. C. cõmunia de lega. numero quarto, & vide Antõ. Quesadam diuersa. quæst. iuris. cap. 14. num. 18.

Eam autem celebrem differentiam inter cõmissum, & emphyteusim oppugnare videtur textus in dicto cap. constitutus. de religiof. domib. in quo ob nõ solutam pensionem, & quidem tempore longissimo, apparet rem emphyteuticam nõ incidisse in commissum: Quam difficultatem persentiens Innocen. ibi respondit in eo textu nõ fuisse emphyteusim, quamuis id litera innuere, & finuare videatur, sed fuisse constitutionem, & pensionis, & census. Hanc Innocentij interpretationem frequentiori calculo amplexi sunt interpretes ibi. Quam ipse nunquam probare potuit.

Quippe dissentiam ab illorum sententia, qui cum Romanorum Pontificum decreta, & sanctiones, Iuris consultorum responsa, & Cæsarum rescripta vix possant intelligere, ad verborum usum improprium, velut ad sacram anchoram, asylum vè confugiunt. Hinc Abbas Antiquus venerabilis canonum interpres magis arbitratur eum text. de contractu emphyteutico & non censuali accipiendum esse ratus post Gofredũ in summa de immunitate Ecclesiarum, speciale priuilegium Ecclesiæ esse, vt ob non solutam pensionem, neque ipsa, nec res ipsius incidat in commissum, ex tex. in. l. placet, C. de Sacrosanct. Eccles. Et in cap. placet. 16. quæst. 1. in quam sententiam abiit quoq; glo. in dict. cap. placet, & in cap. si tributum 11. quæst. 1. Host. in summa de immunitate Ecclesiarum. §. 3. & defendit acriter, multisque rationibus Ioann. Andr. in dict. cap. constitutus, Archidiac in d. ca. placet asserens Innocen. & Hostiẽ. tenentes contrarium non benedicere. Verum, nec placet hæc Abbatis Anti-

qui interpretatio, quippe receptius sit Ecclesiæ hac in re nullo priuilegio gaudere, vt tradiderunt Petrus de Anchar. Anto. de Butrio & Panorm. nume. 18. & 19. in dict. cap. constitutus. Antonius de Butrio in cap. verum in fine de foro competenti. & in cap. 1. de dolo, & contuma. Gaspar Calderi. in cap. verum de conditionibus appositis gloss. & Bald. in dict. l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles. gloss. & Antõ. in cap. potuit de locato, & conducto, & esse cõmune Doctorum placitum profitetur Iass. in. l. 2. C. de iure emphyteu. num. 48. quæ recepta traditio instrui potest eo fundamento, scilicet Ecclesiæ præiudicium parari ex delicto prælati, quod consistit in omittendo, iuxta Theoricam gloss. in reg. delictum de regulis iuris lib. 6. & ea, quæ autores notat in capite primo de dolo, & contumacia, & in capite. 1. de præcrip. docet Iacobus Menochi. in tractatu de recuperanda possessione remedio. 9. num. 111. & ipse plura cõgessit in Repetet. text. in cap. si de terra priuilegijs, sed ipse magis sentio textum in dict. cap. constitutus accipiendum esse de contractu emphyteutico, & non censuali, accedens sententiæ Abbatis Antiqui: rem autem emphyteuticã ob non solutam pensionem in commissum nõ incidisse in specie illius, ex eo quod dominus directi dominij id non petierit, sed solum sibi persolui, & præstari decursas pensiones, est enim per celebre iuris axioma, caducitati & cõmisso locum non esse, nisi domino volente, & declarante, vt docuit Bartol. in l. 2. numero. 2. C. de iure emphyteutico, quæ sequuntur communiter Doctores, vt scripsit Cardinalis. Paulus Parisi consi. 108. nume. 33. lib. 1. Cæpola consilio ciuili. 25. nu. 2. Curt. Iunior cons. 109. numero. 11. & consi. 110. numero. 23. & consi. 149. post numerum. 3. Alex. cons. 5. col. 2. volumine. 5. & consi. 6. col. penul. volu. 3. Cardinalis Albanus in lucubrationi. ad Bart. in dict. l. 2. C. de iure emphyteutico num. 2. Iulius C. arus 11. 4. sen-

4 Sententiarum. §. emphyteufis quæst. 24
 9 Ioannes Gutierrez in tractatu. de iuramento confirmatorio 1. p. c. 3. r. num. 2. & 3. Nauarr. in cap. vlt. de simonia numero. 30.

23 Eam tamen differentiam pacto, & conuentione expressa reijci, & excludi posse frequentiori doctorum calculo receptum est. Ideoque si expresse actum fuerit, ob non solutam pensionem in censu locus erit caducitati, & commissio. Couarrub. lib. 3. variarum capite. 7. numero. 1. Castillo. Palaci. Rub. & Antonius Gomez in l. 68. Tauri, Matienzo in l. 1. tit. 15. lib. 5. nouæ Compilationis gloss. 1. Olanus in cõcordia antinomiarum iuris communis, & regij litera. A numero. 96. & secure tradit Alua. Valas. dicta quæst. 32. numero. 51. Ioannes Gutierrez dicto capi. 3. r. nume. 10. pro qua sententia solet adduci text. in d. l. 68. Tauri, & in d. l. 1. tit. 15. li. 5. nouæ Cõpilationis, cuius verba sunt. *Si alguno pusiere sobre su heredad algun censo, cõ condicion que sino pagare a ciertos plazos, que caya la heredad en comisso, que se guarde el contrato y se pague por el puesto que la pena sea grande, y mas de la mitad.* Sed si lex isthæc maturius expendatur, facili negotio deprehendi poterit, communem sententiam ex ea nõ probari, loquitur enim in censu consignatiuo, vt colligitur ex illis verbis. *Si alguno pusiere sobre su heredad, vt obseruat Ioannes Gutierrez vbi supra, & nõ in reseruatiuo, de quo nunc suscipitur disputatio.* Pro communi vero sententia illa potest ratio cõsiderari, quod ex ea pacto res ipsa reddit in suam naturam pristinamque qualitatem, ac proinde valere debet, arg. text. in capite. ab exordio 35. d. & in l. si vnus. §. pactus ne peteret ff. de pactis, prout in terminis considerat doctissimus Ioannes Oroscius in l. iuris gentium §. quinimo numero. 49. ff. de pactis.

Mihi vero doctorum recepta sententia perdifficilis semper visa est, & vt quod sentio libere dicam, perquam fal-

sa. Nam didici inutilem esse pactioem, quæ interponitur contra substantiam actus ex Celsi l. cõsulti respo. in l. cõ precario 12. ff. de precario in illis verbis, *sed nulla vis est huius conuentionis vt rem alienam domino inuito possidere liceat*, & esse commune iuris placitum docet Coua. in 4. 2. p. c. 3. §. 1. n. 17. Zafius lib. 1. singularium intellectu ca. 2. Corras. in l. vbi ita donatur ff. de donatio causa mortis & lib. 3. miscellaneorum cap. 10. Ioannes Oroscius in l. iuris gentium §. adeo nu. 5. ff. de pactis Bellonus lib. 1. supputatio. c. 5. quamobrem cum in censu ne res incidat in commissum, ob non solutam pensionem, ad eius substantiam pertinere videatur, pacto nem in contrarium adiectam consequitur, nullius esse momenti. At obijciat aliquis commissi, & caducitatis pacto nem non esse contrariam substantiæ contractus censualis, nam cum illius substantia tantum locata sit in cõsensu mutuo de dando pretio ex parte vnus, & soluenda pensione ex parte alterius, videtur, eam conuentionem esse extra substantiam eius contractus. Obiectioni tamẽ responderi potest, substantiam suo cõplexu non solum essentiam rei comprehendere, verum etiam illa omnia, quæ illi sunt coniuncta, quæque ab illa profloant, & proficiscuntur: & ideo, quæ a nouioribus interpretibus naturalia pacta vocantur à Barto. Alberico, & alijs substantialia dicuntur, vt obseruauit Ferdinãdus Berẽgarius in repetitione text. in l. pacta conueta ff. de cõtrahenda emptione 3. & 4. præfatione n. 4. Et esto natura à substantia differre, & naturalia pacta à substantialibus discrepare, tamẽ adhuc cõuinci potest, verã nõ esse communẽ resolutionem. Nam in censu ne res in cõmissum incidat ob non solutam pensionem, naturale quoddã est intrinsicum, & innatum ipsi cõtractui, & ab eius essentia fluit, & depedet: ideoque pacto obrogari, tollique non poterit, argumẽto textus optimi in lege cum manu facta. 80. ad finem ff. de cõtrahenda emptione.

Proximum totius

ptione, & in d. l. cum precario ff. de precario, & in l. si non fuerit §. ultimo ff. pro socio, & in l. Lucius Titius ff. de politi. l. ubi ita donatur. ff. de donatio. causa mortis, & late obseruant Zasius, Orosius, & Corrasius locis superius adductis.

Iterum obijciat aliquis ex his, quæ nunc resolui, deprehendi, manente contractu censuali, non posse agi, vt ob non solutam pensionem res incidat incommissum, quemadmodum conueniri non potest, vt manente deposito, transeat dominium in depositarium l. certi conditio. §. deposui apud te, & l. quod si ab initio. ff. si certum petatur. l. Lucius Titius l. die sponsaliorum. ff. depositi & explicat Nicolaus Bellonus li. 1. supputatorium. cap. 10. & manente emptione, & venditione agi non potest, ne in emptorem dominium transeat. d. l. cum manu fata prope finem: nihilominus tamen eam pactionem vtilem esse, & ipsum contractum census saltem in alium transfundere, quemadmodum contingit in specie textus in d. l. ubi ita donatur, & in d. l. cum manu fata.

25 Cui difficultati videtur posse responderi, ex pacto ita demum contractum in contractum transfundi, & transformari, cum primus eiusdem nominis est cum eo, in quem transformatur, quia in habentibus symbolum facilius est transitus. l. in rem §. item quecumque ff. de rei vindicatione, & ita docent omnes in d. l. ubi ita donatur, ubi fatetur esse communem resolutionem Ioannes Corra. num. 3. las. & Decius in l. non omnis ff. si certum petat. Ferdinandus Berengarius in l. pacta conuentata. §. præfact. num. 8. ff. de contrahen. emptione. Ioannes Guierrez in tractu de iuramento confirmatorio. r. p. c. 12. num. 6. & ideo cum census, & emphyteusis nomine dissimilia sint, id pactum non potest censum in emphyteusim transformare. Sed hæc responsio valide oppugnatur ex responso Labeonis l. c. in d. l. cum manu fata ad finem aientis in hæc verba: *Nemo po-*

test videri eam rem vindidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc, aut locatio est, aut aliud generis contractus.

Ex quibus verbis dilucide, & perspicue colligitur contra naturale intrinsicum, emptionem, & venditionem transformari in locationem, vel in alium contractum diuersi nominis, & pactum valere. Ex quo à communi sententia discessere Corra. in l. ubi ita donatur nu. 3. ff. de donat. causa mortis, & Ferdinandus Berengarius in d. præfatione. §. num. 8. & 9. quo circa huius difficultatis apud me tanta est vis, vt cogat in eam sententiam ex hac pactione censum in emphyteusim transfundi, & transformari, & contractum eo modo, & forma celebratum contineri eisdem legibus, quibus emphyteusis, & habere locum in eo omnia, quæ de contractu emphyteutico iure cauta sunt. Et facit pro hac sententia quod ex Imola, & Iacobino resoluit Alua. Valas. d. q. 32. num. 28. ad finem nimirum si in concessione dicatur, quod datur res ad censum cum reservatione directi dominij, non esse contractum censuarium, sed emphyteutarium.

26 Rursus in censu locum esse commissio & eaducitati ob non solutam pensionem communi voto receptum est, si recipiens rem in censu iure iurando promiserit se soluturum pensionem, & esse communem doctrinam ex Rolando conf. 60. n. 41. tradit Alua. Valas. d. quæst. 31. n. 31. versu. Quod si censuarium, & in emphyteuta idem habere locum docuit Bal. in c. querelam de iure iurando, quæ sequitur Alex. conf. 131. n. 2. vol. 2. & esse receptum testatur dominus Antonius de Padilla, in l. si quis maior n. 45. C. de trans. Iulius Clarus in §. emphyteusis quæst. 8. in prin. Antonius Gab. Rom. lib. 3. communium opinionum titulo de transact. concl. 1. numero. 10. August. Bero. consil. 120. volumin. 1. Iosephus Ludouic. decis. Perusina 22. numero. 12. 13. 14. & 15. Borgoninus Cau. lcanus, dec. c. c.

nenli

nenfi. 9. numero. 4. Ioannes Gutierrez in tractatu de iuramento confirmatorio. 1. par. ca. 31. numero. 7. Lauren. de Pinu. conf. 121. communis sententia in reui potest ex text. in l. 2. ff. de iure iurando, vbi probatur iuramentum paratam executionem habere, & ex text. in captite debitores, c. ad nostram 1. cap. si verò. c. cum contingat de iure iurando cap. licet mulieres eodem tit. lib. 6. cap. quamuis pactum de pactis eodem lib. authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vèditionem, quibus in locis probatur per plures actus & conuentiones nullas in efficaces, vel reuocabiles, firmas & stabiles reddi, efficiq; irreuocabiles ex iure iurando. Quam vim etiam iure diuino iuramento tributam esse docuit Ioannes de Anania in cap. ultimo de Iudæis ex Genes. 25. capit. vbi dicit text. *Et iurauit Esau, & vendidit primogenituram*, quod Ioannis de Anania dictum extollit, & dicit notandum perpetuo Ioannes Lecirier de iure primogenituræ lib. 3. quæst. 8. fol. mihi. 304. versiculo, Nunc videamus.

Contrariam verò sententiam, imò iuramentum ante lapsum biennij, vel triennij, non operari priuationem rei emphyteuticæ magis probarunt Curc. Iunior. numero. 30. & Alciatus nu. 25. in l. si quis maior C. de transactio. Carolus Molinæus in additionibus ad Alex. consil. 85. volum. 1. Augustinus Beroius contrarius sibi in capit. potuit de locato, & conducto num. 56. Couarrub. in cap. quamuis pactum de pactis, li. 6. 1. part. §. 4. numero. 5. Iulius Clarus lib. 4. receptarum sententiarum §. emphyteusis quæst. 8. asserentes esse benigniorem, & æquiores sententiam, quæ vulgari defenditur fundamento, ius iurandum sequi naturam actus primitiui, cui apponitur. l. vlt. C. de non numerata pecunia c. quemadmodum de iure iurando. l. si quis, pro eo ff. de fideiussoribus. Cum ergo naturale, & intrinsecum, innatumque sit ipsi cōtractui emphyteutico, vt non nisi lapsu biennij, vel trien-

ni res incidat in commissum, vt superioribus copiosè declaratum est, hanc naturam, & proprietatem iuramentum assumet, & sequetur. Cui fundamēto nō accommodari concludens respōsu, scribit Iulius Clarus, d. q. 8. nu. 2. vers. & ad hoc, & apud me tantum pondus habet, vt cogat me à communi sententia discedere, & in hanc alteram manibus, & pedibus ire. Cui nullum, si rectè expendantur, negotium faciunt argumenta pro Baldo adducta. Non, inquam, obstat iuramentum habere paratam executionem: quia id locum habet duntaxat in iuramento iudiciali leg. post rem iudicatam. ff. de re iudicata & ibi Bart. Ange. Imola, & Paulus de Castro, Roderi. Xuarez notabili secundo lactori. C. de rebus creditis, & iure iurando. Aui les in capitulis prætorum cap. 10. gloss. executio. num. 36. Neque obstat. tex. in dict. ca. debitores, cap. ad nostram 1. c. si verò, cap. cum contingat cū alijs, quibus probatur actus plurimos robur, & validitatem sumere à iuramento, eiusque virtute conualescere, irreuocabilesque fieri: nam, etsi negari nō possit ex his turbari, difficilemque reddi traditionem illam per celebrem collectā ex text. in d. l. vltima, C. de non numerata pecunia, & in d. c. quemadmodum de iure iurando, iuramentum sequi naturam actus.

²⁴ Tamen solet multipliciter ab interpretibus explicari. Etenim iuramentū primordiale sequitur naturam actus cui adhæret, non accidentalē, Rolādus à Valle. conf. 6. n. 37 volum. 1. Couarr. in dict. c. quamuis pactū, 1. p. §. 4. in principio n. 1. Megia ad l. Regiā Toleti. 7. fundamēto. secūde partis. nu. 21. & 22. Ioann. Gutierrez in tractatu de iuram. cōfir. 1. p. c. 37. n. 3. valere autē actū, aut non valere, rescindi posse, aut non rescindi extra naturam actus est. Et ideo quantū ad validitatē vltra naturā actus operari iuramentum potest, quia tunc non operatur vltra naturam primordiale, sed accidentalem. Rursus

iuramentum sequi naturam actus nihil aliud est, quam asserere omnes conditiones, & interpretationes que insunt actui intrinsicè, & illi conveniunt natura sua, & velut conuestiri omnibus proprietatibus ipsius actus, vt explicuisse videtur Pontifex Max. in d. cap. que admodum de iure iurando, & omnes conditiones, & proprietates actui convenientes intrinsicè, & de natura sua iuramentum sequi indubitatum est. Qua propter substantiam, seu naturam actus iuramentum non alterat, nec immutat, non ampliat, neque extendit, vt eleganter inquirunt Iulius Clarus vbi proximè & Laurenti. de Pinu consi. 73. num. 20. manente tamen actu intra limites suos iuramentum illi addit robur, firmitatè, & validitatè, & hoc est quod sæpe numero audiui à Doct. Jacob. de Sanaugà dulcissimo, & charissimo præceptore meo iuramentum quoad validitatem non sequi naturam actus, sequi tamen extra validitatem.

Ego quidem deprehendi vberriMos & pregnantissimos esse iuramenti effectus, ipsumque operari sæpe numero vltra, & præter naturam actus, & seclusa ratione validitatis actum cui opponitur, ampliare, & extendere: facit enim valere actum meliori modo, quo potest. Cum patet §. filijs matrem ff. de legat. 2. eleganter Alciatus in capite cum contingat de iure iurando nume. 255. & iuramentum operatur ne sit necessaria denunciatio scienti litem motam, vt resoluit Borgninus Cauasca. decisione Fiuizanensi. 8. num. 20. Couarr. in dict. cap. quamuis pactum. 1. part. §. 4. numero. 5. & li. 30. variarum cap. 17. numero. 5. copiose Ioannes Gutierrez, prima parte, cap. 61. à numer. 19. habet quoque vim clausulæ rato manente pacto, & impedit tacitam renuntiationem inter esse, quæ confurgit ex receptione fortis, vt docuit Barto. in l. cum proponas. C. de transactio. Alex. consilio. 206. col. 1. volumine. 7. Borgninus Cauasca nus decisione 135. numero. 10. Deniq;

STUI

iuramentum operatur exclusionem compensationis, vt docuit gloss. verbo, Pecunia in capite ad nostram. 1. de iure iurando, & ibi. Innocen. Hostiè. Gofred. Cardi. Antonius Imola, & Felin, plures recenset Andreas Tiraquel. de retractu Lignagier §. 3. gloss. 3. num. 6. Antonius Gab. Romanus lib. 2. communium opinionum titu. de iure iurando, conc. 1. Octavianus de citione Pedemontana. 92. dicens magis communem opinionem, & Rolandus à Vallè conf. 6. volum. 1. Ioannes Anchar. Reginen. q. 2. Iosephus Ludouic. decisione Perusia 15. Borgninus Cauasca in tractatu de tutore sub numero. 216. circa finem & decisione Fiuizanensi. 35. numero. 14. Villalobos communium opinionum verbo Iuramentum, numero. 122.

28 Sed nunquam operari valet contra substantiam actus, vel id quod innatū, & intrinsicum est ipsi actui, quodq; ab eius essetia profluit, & dimanat. Hinc iuramentum sponsalibus de futuro adiectum, si sponsa turpiter vixerit non obligat, quia sponsalibus ipsis inest intrinsicè conditio illa *nisi turpiter vixeris*: Ideoque iuramentum eisdem finibus circumscribitur, quibus actus principalis, quia alias contra naturam sponsaliorum de futuro, & contrahentium intentionem operaretur, & hac ratione explicandus est text. in dict. capite quemadmodum de iure iurando. deinde iuramentum præstitum de soluenda pecunia, non excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ, dicta l. ultim. C. de non numerata pecunia, quia confessio emissa à debitore de pecunia recepta in suis visceribus claudit, & continet conditionem illam: *si fuerit soluta pecunia*. Et ne iuramentum contra naturam ipsius conditionis, & partium intentionem operetur, exceptionem non numeratæ pecuniæ non excludit. Ex quo apparet textum in dicta lege ultim. C. de non numerata pecunia dumtaxat habere locum in iuramento promissorio, non autem assertorio, vt ex

pluribus resoluit insignis Emmanuel Costa in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia fallentia. 9. ubi curiosè re explicat, Antonius Gomez, professor esse communem interpretationem eius textus secundo tomò variarum resolutionum capite. 6. de contract. mut. nume. 2. ad finem.

Hinc quoque aliquando affirmare solitus sum matrimoniū meticulosum iure iurando non confirmari, prout docuit gloss. 1. in cap. Abbas de his quæ vi Fortunius Garfias fortunatissimi ingenij, vir de ultimo fine vtriusque iuris illati. 2. 1. colum. 9. Couarrub. in 4. secunda parte, cap. tertio §. 5. numero quarto, Richard. Palud. & Soto in quarto dict. 29. quæst. 1. articulo tertio, quanuis idem Soto perperam contrarium asseruerit lib. 8. de iustitia & iure quæstio. 1. artic. 7. & moueor, ea ratione, quod cum ex natura sua matrimonium desideret, & exposcat liberum consensum, vt docuit Scotus in 4. dist. 29. quæst. vnica art. secundo. Gab. in tertia dist. 39. quæst. 1. conclus. octaua, & alij relati à Martino Ledesmio in secundam. 4. q. 49. articulo tertio, & Alfonso à Veracruce in speculo coniugiorum prima part. artic. quarto. Sequitur Couarrub. dicto. cap. 3. §. 5. num. 6. ex Iacobo Almain asserens esse communem sententiam, plane si metu fiat non poterit iure iurando confirmari, quia aliàs iuramentum efficeret, vt matrimonium valeret contra suam naturam. Hinc denique soleo probare sententiam illam communem, quæ astruit testamētum ex iure iurando non effici irreuocabile: vt copiose plurimis autoribus relatis ex antiquioribus, & recentioribus resoluunt Couarru. in Rub. de testamen. 2. part. num. 15. Oroscius in in l. omnes populi numer. 15. ff. de iustitia & iure. Ferdinandus Vasquius Menchaca de successionum creatione. §. 29. num. 20. Iulius Clarus lib. tertio receptarum sententiarum. §. testamentum q. 94. nam cum re iurata iuxta suam primordiale

naturam nulla alia ratione quam morte valeat irreuocabile fieri, vt docuit D. Paulus ad Hæbr. 6. c. cum Marthe, de celebratione missarum. l. 4. ff. de adimen. legatis cap. vltima voluntas 13. q. 2. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. l. 25. tit. 1. par. 6. Plane ex iure iurando non poterit effici irreuocabile, quia aliàs ius iurandum irreuocabilitatem operaretur contra naturam ipsius testamenti. Ex qua resolutione consequitur iuramentum efficere non posse, vt ob non solutam pensionem res emphyteutica incidat in commissum ante lapsum biennij, vel triennij, quia aliàs iuramentum operaretur contra naturam emphyteusi.

Rursus colligitur eadem ratione magis esse, vt in césu caducitati, & cōmesso locus non sit propter iuramentū desoluendo præstitum. Idque præsertim locum habet his tēporibus quibus passim à tabellionibus iuramenta contractibus adiunguntur. Quando enim iuramentum de stylo notariorum apponitur in instrumentis, non conualidat actum, nec aliquid operatur, vt consulerunt Hieronym. Gabr. consf. tertio, sub num. 7. Socinus Iunior consilio. 48. num. 39. & consf. 144. num. 37. volumine primo Roland. consilio 34. num. 93. volumine quarto. Hippoly. Riminali. consilio. 80. num. 42. & sequi. lib. primo. Et hæctenus de his.

Tertia differentia inter censum & emphyteusim constitui frequenter solet, vt si censuarius rem censuale in sine consensu veteris domini distraxerit, & alienauerit, in commissum non incidat: cadat autem, si emphyteuta distraxerit alienauerit rem emphyteuticam irrequisito domino, prout scripsere Decius consilio 164. numero tertio, Areti. consf. 14. n. 5. Antonius Capicius decisione Neapolit. 196. Carolus Rui. consilio. 42. colum. 3. numero. 8. volumine primo, Petrus Rebuffus secundo tomò ad constitutiones Gallicas in tractat. de cōsti. reddituū articulo primo.

nume-

Proæmum totius

numero septimo, Hispani autores omnes in di. leg. 68. Tauri, Gregorius Lopez in leg. vltima titulo 8. part. 5. glos. prima, per textum, ibi Matiezo in l. prima titulo. 15. de los censos, lib. 5. nouæ compilationis gloss. 2. numero tertio, & plerique ex recentioribus autoribus superius relatis. Qui omnes improbant sententiam Angeli Aretini in §. adeò instit. de loca. & conduct. contrarium existimantis, scilicet, vt si res censualis alienetur inuito domino veteri, ~~et~~ caducitati, & commissio: Angeli tamen sententia approbata videtur esse consuetudine, si fides habenda est doctissimo Fabro in dict. §. adeò, cuius autoritatem secuti sunt Nicolaus Boerius in consuetudinibus Bituricensibus. §. 24. de consuetudine feudi, Bepasianus ad consuetudines Aluerniæ pag. 148. Verum in Hispania, quia hic census contractus rarus, & insolens est, nihil certi de consuetudine potest affirmari, præter quam, quod à tabellionibus solet in instrumentis apponi frequentissimè in annuis redditibus redimibilibus clausula, vt nõ liceat rem subiectam census solutioni, & suppositã alienare sine consensu eius, cui debetur de cuius viribus, & virtute non leuis extat altercatio inter doctissimos scriptores nostri Regni, quam inferius suo loco, & tempore curabo componere: magisque sentio, ex vi cõsuetudinis effici non posse, vt censuarius priuari valeat libertate alienandi, & distrahendi rem censualem. Non enim tanta consuetudini tributa potestas est, vt aduersus ipsam rerum naturam quidquam operari queat, quemadmodum de pacto & iuramento supra resolui. Et stante consuetudine is contractus in omnibus, & per omnia emphyteuticus non censuarius iudicandus est, aut superficiarius, vt resoluisse videntur Bart. in l. 1. §. quod autem ff. de superficiebus Matth. de Afflictis decisione Neapolitana. 129. n. 8. Antonius Capitius dicta decisio. 196. nu. 16. in fine Aluarus Va-

lascus d. quæst. 32. n. 32. resoluens num. 33. in censu non esse in proposito locũ caducitati, & commissio, etiam si illam censuarius, vt liberam, & allodialẽ distraherit, ex Antonio Capitiõ decisione 103. nu. 5. dicens esse verbum notatu dignum: negari tamen non potest censuarium vendentem rem vt liberam teneri emptori ad intercesse, argumento tex. in l. 1. ff. de actionibus empti & venditi, Rebuff. dict. gloss. 19. nu. 17. Valaf. dicto num. 33. Quinimo magis est, vt puniri possit extraordinariè ex tex. in l. 3. in principio ff. de crimine stellionatus. l. 7. ad finem titulo. 16. part. 7. & pœna dupli. l. 2. titulo. 15. libro. 5. nouæ Cõpilationis.

Hæc autem differentia veram, & elegantem iuris rationem habet, nam cū in censuarium transierit plenum dõmium, plenam & liberam dispositionẽ vt habeat, necesse est argumento text. in l. iure mandata C. mandati. Et hætenus de hac census acceptione, in cuius explicatione tametsi aliquantulum fuerim immoratus, nec oleum, nec operã me perdidisse, beneuolus lector, & candidus facilè agnoscat, si rem diligenter & libere animaduertent.

Postremo census appellatio tracta est ad significandum eum contractum, qui in Hispania frequentissimus est, & ita conficitur vt accepto pretio super re propria, vel persona constituar quis alteri pensionem annuam, perpetuam cum pacto de retrouendendo, vel sine, Follerius in d. pragmatica verbo, cẽsus n. 6. Quam tamen appellationem, & locutionem impropriam esse asserũt Co uarr. lib. 3. variarum ca. 9. n. 1. prope finem, Aluarus Valaf. di. quæst. 32. nu. 8. contendens melius, & proprius appellari posse contractũ cõstitutionis reddituũ. Sed ipse cū simpliciter verbo enũciare possum conceptionem animi seruata sermonis puritate, & proprietate, nescio, imò abhorreo ad circumlocutiones confugere. Appellari autem proprie annuos redditus cẽsus ex eo constat,

stat, quod omnis verborum proprietates sumenda, & aestimanda sit ex communi & vulgari loquendi usu, ut lyricorum Poetarum princeps in arte poetica his versibus docuit.

Multa renascentur, quae iam ceciderunt, cadentque.

Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,

Quae empenes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Et Quintilianus summus dicendi artifex libro. 1. Oratoriarum institutionum capit. 10. eleganter dixit, utendum esse verbo, ut numer. cui publica forma sit. Probat. text. in l. cum de Lanionis. §. asina in molendinariam. ff. de instructo, in strumento que legato cap. ex literis de sponsalibus, notat Speculator, in capit. 1. de iniurijs, lib. 6. (cuius scripta in eum librum ignorata, & latentia temporum incuria in lucem proferri curavit Simo Maiolus, qui eruditum, & elegantem conscripsit tractatum de irregularitatibus.) Multaque ad propositum accurate cumulat Ioannes Bracheus in rubri. ff. de verborum significatione a nume. 4. & ibi Petrus Rebuff. versi. Tertio consuetudo loquendi, & in prooemio eiusdem tit. versi. Secunda est regula, & in l. in usu. ff. eodem tit. Alciatus in. l. 4. §. Caro. num. 170. ff. de verborum obligat. Qua propter, cum iam diu consuetudine, & usu totius Hispaniae receptum sit, ut annui redditus census nomine vocentur, non possum mihi persuadere eam appellationem impropriam dici posse, & praesertim quod hoc genus contractus ex consuetudine traxerit originem quemadmodum de feudo, praecaria, & plerisque alijs contractibus frequentissime ab interpretibus scriptum est. De hoc ergo posteriori genere contractus mihi suscipienda disputatio est in toto huius operis decursu, ex qua spero Latinos, & copiosos fructus in Republica laudaturos. Fax Dominus, ut haec

ingenij mei refracta, & conquisita nunc ad portum valeat secure peruenire

LIBER. I.

EPITOME. CAPITIS

primi.

VS gentium an sit duplex, vel simplex & unicum & numero. 2. & 3.

- 4 Defenditur communis sententia, ut ius gentium duplex sit, unum primum, & alterum secundarium.
- 5 Ius naturale duplex est, unum positivum, & alterum negativum ibique explicatur, quomodo ius humanum esse possit naturaliter contrarium & n. 7
- 6 Explicatur quomodo conveniant ista duo iure naturae esse omnia communia, & iure naturae furtum esse prohibitum.
- 8 Antus naturale cadat in bruta expertia rationis & num. 9.
- 10 Referuntur variae opiniones, an omnes contractus sint iuris gentium.
- 11 Explicantur illa verba, exceptis quibusdam ex l. ex hoc iure ff. de iustitia & iure.
- 12 Ex contractu meticulofo nasci civilem, & naturalem obligationem ostenditur & num. 13. & 14.
- 15 Stat optime, creditorem non posse retinere in conscientia, & debitorem esse naturaliter obligatum.
- 16 Ostenditur Hermogenia, in l. ex hoc iure ff. de iustitia, & iure loqui de stipulatione acceptila, dotis dictione, & conventionione qua ex l. 12. tabularum actio iniuriarum tollitur ipso iure.
- 17 Referuntur variae opiniones, an contractus omnes sint iuris gentium, & resolvitur cum communi, non omnes esse iuris gentium.
- 18 Censualem contractum docetur esse consuetudine inductum eiusque origo & progressus proponitur.
- 19 Reprehenditur Albornoz, quod a iure

Proæmiu n totius

*rit extrauag. Marti. Quinti. & Ca-
lixti. III. non habere publicam a. auri-
tatem, nec loqui de hoc contractu cē-
sus.*

20 *Perspicuè comprobatur extrauagā
inseriras corpori iuris communis
habere publicam auctoritatem.*

C A P V T. I.

*An census sit contractus iuris gen-
tium?*

QUONIAM M N E M, quæ de re aliqua suscipitur, disputationem triplici statu contineri tradiderunt veteres omnes Græci, & Latini Rhetores, vt constare facile potest ex his, quæ copiosè docet Marcus Fabius Quintilianus lib. 3. Oratoriarum institutio. cap. 6. an sit, quid sit, quale sit, & docuit Ar. lib. 1. de posterio. Analy. cap. 1. cum ergo de re qualibet, quæ venit in controuersiam, hæc tria primum perscrutanda sint, rectam docendi methodum obseruans duxi operæ prætiū esse antea quam ad alia gradum faciam & mirè spatiosum huius tractatus pelagus ingrediar, de censu primum inquire an sit, quid sit, qualis ve sit. Sub statu, an sit inuestigabo, an census sit iuris gentium, an ciuili, an consuetudinarij, an sit nominatus, vel innominatus, bonæ fidei, vel stricti iuris: sub statu aut quid sit. omnem eius vim, atque subtilitatem velut ex suis abditis fontibus eruerè, & in apertum proferre contendam: postremo sub statu qualis sit, quam iustitiam habeat hic contractus, latissime disputabo, quarum rerum explicatio sternet viam, aditumque patefaciet ad reliqua omnia, quæ priuatim discutenda sunt. Vt igitur perfectè cognosci valeat, an census sit contractus iuris gentium, principio examinandum erit, an contractus omnes instituti, & proditi fuerint iure gentium, ex hoc enim alterius necessitate notitia pender. Qua de re

variarum auctoritatum dissentientium extant opiniones, quas omnes percurrā sigillatim. Verum vt clariùs & lucidiùs hæc nostra procedat disputatio, animaduertito de iuris gentium partitione, grandè esse contentionem inter veteres, & nouiores iuris professores. Quidam enim duplex ius gentium esse, acerrime contendunt: alij non multiplex, sed vnum, & simplex, idemque cum iure naturali velut ingenti argumentorum agmine, & volubilitatione verborum defendere conantur. Bartol. igitur (cuius doctrinam velut nobis lapsam de cælo suspicere, & colere debemus, & à qua discedere piaculum esse duco) in l. ex hoc iure numer. 9. & 10. ff. de iustitia & iure, & in l. si id quod numero. 2. ff. de conditione indebiti, duplex esse docuit ius gentium, vnum primæum, alterum secundarium: primæum Bartol. esse ait, quod fluxit ab ipsa ratione naturali velut à radice, & causa efficiēte; ideoque hoc primæum ius gentium naturale esse. Qua ratione Bartol. explicat Iustinianum in §. singulorum instit. de rerū diuisione, quatenus ait, ius gentium idem esse cum iure naturali, & in §. ius autē ciuile, instit. de iure naturali, dū inquit, ius gentium esse, quod ratio naturalis inter homines constituit. Ea enim iura, & similia omnia, ex Bartoli sententiā de iure gentium primæo sunt accipiēda, quod ipsamet ratio naturalis effecit, constituit, peperit, & hominum mentibus, & pectoribus affixit, impressit, & insculpsit, iuxta illud psalmi. *Signatū est super nos lumen vultus tui, Domine.* Nihil est enim, quod iuri gentium primæo tribuatur, quod ab ipsa ratione naturali non profluat immediatè, vel mediatè per necessariam cōsequentiam. Ad idem quoque ius spectant exempla relata in l. veluti, & in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. Appellaturque hoc ius naturale ius gentium; quia cū sit propriū humanæ naturæ, omni nationi, & genti cōmune est ab ipsa naturali ratione, quæ ex æquo omnibus communis est

consti-

constitutum capit. ius naturale. 1. distinctione. S. Thomas. 1. 2. questione. 94. arti. 5. & ibi frater Bartholomæus de Medina, Domini de Soto lib. 2. de iustitia, & iure. quæst. 1. arti. 1. Gemina. & Turrecr. in cap. humanum genus. 1. distinctione, soletque à multis vocari ius naturale rationale: quinimo ius diuinum merito dici potest: nam cum ius naturale diuinum sit, vt pulchre deducit doctissimus Alfonso à Castro aduersus Cancellariam Parisiensem lib. 1. de potestate legis pœnalis cap. 1. Nauarrus in principio de pœnitentia. dict. 5. num. 7. & ius gentium primæuum naturale sit: plane cõsequitur propriè dici posse ius diuinum. Idque apertius constat ex eo, quod diuinæ leges à summo rerum opifice, & moderatore hominibus dupliciter fuerunt constitutæ, aut mediante lumine naturali, aut per reuelationẽ; mediante lumine naturali Deus optimus Maximus humano generi tribuit legẽ naturalem lumine quippe naturali mēs illustrata cognouit statim bonum esse amplectendum, & malum fugiendum, non esse faciendum alteri, quod tibi fieri nolis, inde collegit non esse occidendum, non mentiendum, non furandum depositum reddendum: per reuelationem autem primum Deus Israelitico populo iura constituit, & Christus generis humani reparator nouam legem gratiæ condidit, docens absque baptismo, & peccatorum pœnitentia neminem posse saluum fieri, aliaque præcepta ad fidem & sacramenta spectantia præscribens: vtraque lex diuina est à Deo data: prima diuina naturalis, altera diuina positiua, aut supernaturalis à Diuo Thoma. Alexandro de Ales, Alberto Magno, Alrifiodoro rensi, Turrecremata, & fere omnibus Theologis passim nuncupatur. Qua propter cum Deus mediante lumine naturali hominum animis impresserit notitiam, & cognitionẽ iuris gentiũ primæui, vt ex superioribus manifeste constat, appellari id ius diuinum, quis

poterit negare, interrogabo.

Secundarium verò ius gentium, sic Bartolus describit, vt id esse, dicatur quod temporis decursu humanis expositibus necessitatibus, ipsæ gentes tãquam proprium sibi constituerunt: de eoque iure gentium secundario accipi tradit text. in. §. ius autem gentium cum similibus, Instit. de iure naturali, cuique tribuit dominia rerum, bella, feruitutes, captiuitates, rerum, commercia Hanc Bartoli partitionem iuris gentiũ secuti sunt Angel. Paul. Iasson: & Orosius in dict. l. ex hoc iure, idem Iasson, in dict. l. si id quod. ff. de conditione in debiti, agnoscit receptã sententiam esse Philip. Decius in. l. cum amplius. §. is natura debet. num. 3. ff. de regu. iuris & ibi Hieronym. Cagnolus, idem Cagnolus, in rubri. ff. de origine iuris, num. 3. Menchaca lib. 1. de successionum creatione. §. 1. num. 2. & 3. Couarr. in reg. peccatum. 2. par §. 11. num. 3. plures cõgerit doctissimus Pinelus in rubric. C. de rescindenda venditione. 1. part. cap. 1. num. 11 sequitur Budæus in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iustitia & iure.

Sed à Bartolo defecit subtilis Aretinus, num. 16. & post eum Socinus, num. 30. & 35. Alcia. 21. in. l. 1. ff. de acquirenda possessione, Fortunius Garfias in. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. Ioãnes Corras. lib. 6. Miscellaneorum cap. vltim. Aluar. Vallas. de iure emphyteutic. quæst. 3. Eguinarius Baro. & Conanus relati à Pinelo loco superiori, vbi ipse hanc partem magis sequitur Ioannes Garfias, cap. 3. num. 18. & nouissime traditionem Bartol. multis argumentis impugnat Dominus Ferdinandus de Mendoza lib. 3. disputatio. iuris ciuilibis cap. 1. num. 4. & 5. cum sequẽtibus, cuius ingenium, laborem assiduum, multiplicem eruditionem, & tam breui tempore tantos, tam eximiosque progressus non possum non miris laudibus in cœlum vsque efferre. Hi omnes contendunt acriter eam distinctionem Bartoli commentitiam esse, & à iuris con-

Proœmiũ in totius

sultorum traditionibus alienam, vnũque ius gentium, & idem cum iure naturali summa contentione defendunt.

4. Mihi tamẽ semper magis placuit recepta Bartoli sententia, & amicam esse veterum Iurisperitorum traditionibus ostendam multipliciter.

Principio ex responso Gaij l. C. in l. i. ff. de acquirend. rerum domin. (id enim in Pandectis Florentinis Gaius tribuitur libr. 2. rerum quotidianarũ, siue aureorum, tametsi malè ad Paul. l. C. referat Pinel. vbi suprã nume. 14. & Corras. ad Vlpianum dicto cap. vlt. num. 9.) in eo text. sic Gaius inquit, *Et quia antiquius ius gentium cum ipso genere humano proditum est opus est, vt de hoc prius referendum sit.* In quo Gaij responso si mentis aciem intenderis ad verbum illud, *Antiquius*, deprehendes facilè, Iurisperitum sensisse, duplex ius gentium esse. Quæ verba sic animum & mentẽ Corrasij conturbarunt, vt dixerit dictionem illam, antiquius, ex vulgatis esse codicibus detrahendam, in veteribusque, & limatis exemplaribus ea dictione sublata Gaij responsum legi. Sed codices confirmat Corrasius, vt difficultatem euadat. In pãdectis enim Florentinis, quæ ceteris omnibus emendatiores sunt, obseruat Anto. Aug. li. 1. emendatio. capio vox illa *Antiquius* retinetur. Fritulo quoque est responso Pineli vbi suprã dicentis, loco epitheti appositã esse ad declarandam summam eiusdẽ iuris antiquitatem, sicut & Virgil Maro Aeneã appellat Troiã, non quod alius Aeneas esset, sed quia ille Troianus erat. Quam expositionem quamuis reluctanter, admitterem si in responso Gaij positum, non comparatiũ fuisset appositum. Quare cum in eo textu comparatiuum antiquius legatur, euidenter sit, eam expositionem à mente Iurisperiti alienam esse, & dictionem illam maximum continere sacramentum. Præterea valide probatur: nã causarum diuersitas arguit distiu-

eta & separata esse, quæ ab ipsis causis proficiscuntur, sed cernimus quod dã esse ius gentiũ, q̃ proficiscitur ab ipsa ratione naturali, & ab ea causarum esse quoddam, q̃ est ab ipsis gentibus effectum ex proprijs constitutionibus: ergo relinquatur iam esse duplex ius gentium. Discursum hunc esse legitimum vnusquisque facile videt & maiorẽ nõ indigere probatione. Assumptum vero probatur ex text. in §. ius autem ciuili instit. de iure naturali in illis verbis: *Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur, vocaturq; ius gentiũ, quasi quo iure omnes gẽtes vtiãtur.* Quæ verba collecta sunt ex responso Gaij Iurisperiti in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, & in §. ius autem gentium instit. eod. tit. de iure naturali. ibi, *Nam vsu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humana iura quædã sibi cõstituerũt:* quorũ iuriũ verba examinata, & perpenſa diligenter, perquam manifeste probant nostram, communemque sententiam: nã in §. ius autem ciuile, Iustinianus non dixit ius gentium, quod naturalis ipsa ratio peperit, effecit, & constituit inter homines, propterea dici ius gentium, quod gẽtes sibi constituisſent, sed quia gentes eo vtebantur: ex vsu ergo id ius appellauit gentiũ. Alterũ vero quod est ex puris gentium cõstitutionibus, propterea quod illud gentes sibi constituisſent. Relinquitur ergo, vnũ esse ius gentium, nõ factum à gentibus, sed ab ipsamet ratione naturali partũ, effectum, constitutum: alterum ab ipsis gentibus factum ex proprijs constitutionibus. Ad quæ iura mihi persuasum non aduertisse Doctores omnes, qui in contrariam sententiam deflexerunt, quorum vim & autoritatem si expendissent diligenter, nõ dubium est, quin mutato consilio in Bartoli opinionem iuisſent manibus, & pedibus, vt dicitur.

At id ius gentiũ, quod causam habet
solam

habet solam rationem naturalem, quale, est, quod explicatur à Venuleio in l. veluti, & à Florentido in l. ut vim ff. de iustitia & iure, tempore præcedit hoc alterum à gentibus factum, ideoque iure optimo vnum primarium, alterum secundarium dici potuit: statim enim in ipsa naturæ creatione humanæ menti affulsit lumen illud, quo intellectus illustratus cognouit Deum colendum, honestum amplectendum, turpe fugiendum, & execrandum, parentibus obtemperandum, &c. nec inmediate post humana ratio prouidit dominia fore distinguenda; instituendos contractus, & commercia, sed temporis progressus, & *duris vrgens in rebus egestas* additum humano intellectui patefecit, eumque erudiuit utile, & necessarium esse ædificia constitui, ciuitates ædificari, domina rerum distingui, appropriari, & limitari, commercia institui, quibus inuicem humane iuuarentur necessitates. Rursus iuris consulti, & Iustinianus quoddam ius gentium aiunt esse naturale, quoddam iuri naturali contrarium: ergo esse duplex ius gentium ex iurisconsultorum traditionibus aperte conuincitur. Cõsecutionem hanc recte procedere, constat utique ex eo, quod repugnet, quod est idem cum altero, illi contrarium esse, si Aristoteli credendum est in Post. categorijs, seu postprædicamentis: prior autem pars huius entimematis clare deducitur ex tex. in l. 1. §. ius autem gentium, & in l. manumissiones. ff. de iustitia & iure, & in §. ius autem gentium institutione de iure naturali, & in §. singulorum instit. de rerum diuisione.

Sed difficile vsum est domino Ferdinando Mendocça vbi supra, & multis grauisimis scriptoribus ante illum, qui fieri possit, ut ius aliquod gentium sit contrarium iuri naturali: & iusta dubitandi ratione moueri potuerunt, nam nulla lex aduersus naturalem vim, & auctoritatem habet. §. sed naturalia quidem instit. de iure natura. §. minus insti.

de hereditati. quæ ab intest. deferuntur l. e obligationes. ff. de capitis diminutio. docuit Arist. lib. 5. Ethycorum. cap. 7. bellissime Christianus Cicero, Lactantius Firmianus, li. 6. de vero cultu Dei. capit. 6.

Sed huic eximie difficultati facile responderi posset ex communi sententia Doctorum, quam resoluunt Anto. & Panorm. in cap. quia plerique de immunitate Ecclesiarum, late Felin. num. 26. Bero. 131. Mantua. 43. in ca. quæ in Ecclesiarum de constitu. omn. C. si contra ius, vel utilitatem publi. & in l. omnes populi ff. de iustitia & iure, humanas leges ex causa posse naturalem & diuinam distinguere, & limitare. Sed nunquam hæc traditio recepta placere potuit, & illa meritorie iicit doctissimus Couarruias in reg. peccatum. 2. part. §. 11. numero. 3. & Michael Vlcurrus in tracta. de regimi. mundi. 3. quæst. principi. quem refert Petrus Fole. in pragma. de censu. verbo Nicolaus num. 27. non enim humanæ legi tanta tributa potestas est, ut nedum in toto verum neque in parte infringere, tollere, aut eneruare possit legem diuinam & naturalem, nec illam quacunque ex causa distinguere, aut limitare. Quare animaduerto quod lex diuina & naturalis quædam dicitur ut debita quædam ut vtilia, quædam ut expedientia, in hisque dicitur, ut debita non potest humana lex, neque alia inferior naturali facere de licito illicitum, vel e conuerso ne quidquam statuere contrarium iuri naturali: in his vero, quæ dicitur, ut vtilia, vel ut expedientia, alia leges inferiores statuere possunt aduersus ipsam legem diuinam, & naturalem, ut eleganter ex fontibus Theologorum hauriens explicuit Turrecremata in cap. omnes dist. 1. Hinc doctissimus ille Hugo de Sancto Victore relatus à Turrecremata dicebat in l. naturali esse tria, nempe præceptionem, prohibitionem, & concessionem: præceptum autem est, prohibitionem dicimus delictum fieri, vel non fieri; quæ ergo

Proœmiu n totius

fic præcepta, vel prohibita, dictat lex naturæ vt debita, in his nihil potest mutare ius posituum: in hijs vero, quæ lex naturæ concedit, vt vtilia &, vt expediētia mutare potest lex humana, & statuere cōtra legem ipsam naturalem. Quæ resolutio vera, & elegans est, atque in eam summam redigitur, vt præcepto, aut prohibitioni legis naturalis nō possit detrahi per legem humanam; possit tamen permissioni eiusdem legis naturalis derogari. Quod etiam degustasse videtur Dinus Antiquus, & venerandus legum interpret in reg. semel malus de regulis iuris, lib. 6. & eō non relato Iacob. Rebar. de iuris ambiguitatibus lib. 1. cap. 1. ex quo infertur interpretatio ad text. in cap. omnes dict. 1. vt & si liceat, fasque sit iure naturæ per agrum alienum transire, tamen humano iure licite potuit statui, vt non liceat transire per agrum alienum, quia transire per agrum alienum, solum est permisum lege naturæ non autem præceptum, & ideo huic permissioni derogare potuit, lex humana, & positua.

Secundo infero interpretationē ad text. in l. manumissiones ff. de iustitia & iure, & in l. ex hoc iure eodem tit. & in §. ius gentium instit. de iure naturali & in cap. gentium dist. 1. vt iure gentium secundario (quod est humanum, & posituum, vt plicant Franciscus Cona. li. 1. commenta. iuris cap. 4. & 5. Baldiui. & Otomanus in princ. instit. de iure naturali, Couarrub. ex D. Thom. & alijs in regula peccatum secunda part. §. 11. num. 4. Guillel. Budæ. in l. 1. §. ius natural. in fine. ff. de iustitia & iure cūmulās aliquot loca Liuij & Virgilij, doctissimus ille Ioachimus Hopperus in tractatu de principijs, seu elementis iuris libro. 1. versu. Circa principiorum descrip. quod in lucem edicauit Martinus Anto. del Rio) recte potuit induci seruitus, quamuis natura omnes liberi nascantur: quia libertas non est de necessitate, aut constitutione naturali, sed solum de permissione illius, vt constat

ex eius diffinitione relata à Iustiniano in principio instit. de iure personarū, videlicet, quod est naturalis facultas eius, quod cuiq; fere libet, nisi si quod vi aut iure prohibetur, idque ita resolunt Fortunius Garfias in dict. l. manumissiones Couarru. dict. §. 11. nume. 3. & 4. Iacobus Rebar. dicto libro cap. 1.

Tertio loco eadem ratione potest explicari text. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & in dict. §. ius autem gentium, & in dict. cap. ius gentiū, vt & si à principio naturæ esset rerum omnium cōmunis possessio ca. ius naturale 1. dict. cap. quo iure 8. dict. tamen iure gentiū secundario, iuste, & licite potuit institui rerum diuisio, limitatio, & appropriatio, dominorumq; distinctio: quia lex naturæ non præcipit omnia esse debere communia, sed solum vt vtile, & expediens permittebat pro eo statu.

Torsit autem, & discriuit valde interpretatum nostrorum animos difficultas illa, qui fieri possit, vt communis rerum possessio ad ius naturale pertineat, cum l. naturali furtum prohibeatur, vt docuit Pau. Iuris Consultus, in l. 1. ff. de furtis. Iustinianus lib. 2. suæ historiæ Thomæ Linius, & Aegydius in §. furtum inst. de obliga. quæ ex delicto Alfonso à Castro lib. 2. de lege penali cap. 14. Antonius August. libro. 4. emendatio ca. 4. reprehendens Alciatum in l. probum. ff. de verbo. significatione contrarium perperam existimātem Pinel. in rubr. C. de rescin. 1. par. cap. 1. numero 23. nam si furtum est contractatio rei alienæ fraudulenta, vt placuit eidem Paul. in dict. l. 1. ff. de furtis, & Iustiniano in dict. §. furtū vel occulta rei alienæ acceptio, vt definiuit S. Thom. 2. 2. quæst. 66. artic. 3. & explicant Soto libr. 5. de iustit. & iure quæst. 3. artic. 1. Couarru. in reg. peccatum 2. par. §. 1. versu. Cæterum: plane videtur inferri illa pro nomina, meum, & tuum fuisse cognita iuræ naturæ, nec ad id spectare posse communem rerum omnium possessionem. In qua difficultate declaranda la-

da laborant interpretes, & misere affliguntur in d. l. ex hoc iur., eiusque perfectam cognitionem nullus attingit. Quare omisis pluribus interpretationibus constituo vtrumque, videlicet iuræ naturæ omnia esse communia, & eodem iure naturæ esse aliquid proprium spectare, & pertinere ad legem naturalem secundum diuersos status, nam in statu naturæ integræ, in quo non erat rapina neque vsurpatione eius, quod communi vsui concessum erat, ratio naturalis dictabat expedire, vt omnia essent communia, in statu verò naturæ corruptæ crescente malitia humana eadem ratio naturalis dictabat expedire omnia non debere esse communia, vt post Alex. de Alex. illustrem insignemque Theologum, & D. Thom. præceptorem Archidiaconus & post Albertum Magnum & D. Thom. Turrecremata literis configuratum reliquerunt in cap. ius naturale. 1. d. Dominic. de Soto lib. 4. de iustit. & iure quest. 3. artic. 1. Fortunius Garfias in l. 1. §. ius naturale col. 36. ff. de iustitia & iure, ideo stare quidem potest, vt omnia sint communia iure naturæ, & furtum sit contra legem naturæ, quia non repugnat vnum, idemque secundum diuersos respectus, aut status naturæ pertinere, & non pertinere ad ius naturæ. Communis enim possessio ad ius naturæ pertinet, secundum statum integræ naturæ, quo ratio naturalis dictabat conuenire rerum vsu communem esse debere, propter summam, & admirabilem pacem illam, & tranquillitatem, quæ vigeat in eo statu: furtum vero est aduersus legem naturæ, illa que speciatim prohibita, & vetita secundum statum naturæ corruptæ, quo ipsamet ratio naturalis dictauit propter hominum libidinem, malitiam, & vitiorum multitudinem ingruentem non expedire humano conuictuipaci, & tranquillitati res esse communes, quia communio secum affert mille difficultates iuxta elegantem, & pulchrum I. C. responsum in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2.

facit illud Lucani, primo libr. o.

*Omni que potestas
Impatiens consortis est.*

Ideo que simul dictauit rem alicui iam appropriatam non esse illi inuito & reluctanti auferendum. Ex qua resolutione cessat, omnino que quiescit ea difficultas, quæ diu maiorum nostrorum animos descruiauerat, & torserat mirum in modum.

Neque obstat huic resolutioni quod in d. §. ius autem gentium dixerit Tribonianus seruitutem esse contrariam ipsi iuri naturali, non permissioni iuris naturalis, quia responderi potest, ius naturale esse duplex vnum positium, quod aliquid positiuè præcipit, vel prohibet: alterum negatiuum, quod nihil de re aliqua disponit, neque præcipiendo, neque prohibendo, sed id potius relinquit dispositioni iuris humani: libertas autem non est iuri naturalis positium, quia neque illam præcipit, nec prohibet seruitutem induci, sed est iuris naturalis negatiui, quia ius naturale non inducit seruitutem, neque etiam libertatem prohibet: ergo cum Tribonianus in d. §. ius autem gentium dixit seruitutem esse contrariam ipsi iuri naturali, intellexerit vti que de iure naturali negatiuo quod idem esse cum illius permissione per quam manifestum est, cuique lege inferiore detrahi, & derogari potest, vt explicat Sanct. Thom. 1. 2. q. 94. arti. 5. Cardinalis Alexandri. in c. ius gentium d. 1. Nauarr. in c. ita quorundam de Iudæis gloss. penult. insignis Couarr. in reg. peccatum 2. part. §. 11. num. 3. versic. 2. loco, quæ omnia digna profecto sunt animaduersione, quia ni me fallit amor laborum meorum, nullibi reperientur sic explicata, collocata, & digesta: Sed contra hamus vela, & ad id vnde nostra oratio digressa est, reuertatur postremo loco demonstro, non omne ius gentium idem esse cum iure naturali, nam vt scripsit Vlpian in l. 1. §. ius autem gentium, omne ius gentium solius hominis proprium

Proœmiun totius

est neque est illi commune cum ceteris animantibus: at ius aliquod naturale est, quod est quoque homini commune cum reliquis animalibus ratione carentibus ut constat ex diffinitione iuris naturalis, relata ab Ulpiano in dicta lege prima. §. ius naturale. ff. de iustitia & iure, & ab Imperatore Iustiniiano in principio, institut. de iure naturali: quibus in locis ius naturale diffinitur, quod natura omnia animalia docuit: ergo non rectè putant autores superius relati ius gentium, & naturale conuenire inter se.

3 Huius argumenti difficultatem per exiguam esse arbitratur Dominus Ferdinandus de Mendocça dicto libro tertio, capite primo, numero 17. asserens ius naturale in bruta, ratione orbata, & destituta non cadere quod ante senserat Iacobus Cuiacius in dicto principio institut. de iure naturali, & magis probat Franciscus Conan, libro primo commentariorum iuris civilis capite sexto, & ante ipsos Laurentius Valli libro quarto elegantiarum cap. 48. irridens iuris naturalis diffinitionem ab Ulpiano & Iustiniiano constitutam: negat enim Laurentius Valla ius esse appetitionem coeundi, procreationem quoque, & educationem liberorum: quorum sententia nō videtur iuris fundamento destitui: nam ius dumtaxat referri videtur ad ea, quæ constant ex æquo & bono. l. 1. in principio. ff. de iustitia & iure, cap. ius generale. 2. dist. sed in animantibus ratione carentibus non est æquum, nec bonum, nec iustum: ergo ius naturale non cadit in bruta rationis expertia. Sed prætermisso Laurentio Valla, cuius mordacitas tanta fuit, ut mortuus diceretur morderè humum, quippe adeo fuit proiectus ad audendum, ut de Aristotele, Platone, Cicerone, ipsisque Iurisconsultis, & aliarum disciplinarum sapientissimis inuentoribus iudicium liberimum fecerit aduersus Cuiacium, Conan. Ferdinand. quid expressius esse po-

est text. in dicta lege prima. §. ius naturale, & in dicto principio institut. de iure naturali, ubi apertissime dicitur, ius naturale esse, quod natura omnia animalia docuit, & cōfirmant illa verba: videmus enim omnia animalia istius iuris peritia censerī. Quæ lectio vera est, & summam habet elegantiam, latentemque energiam tamen Iacobus Cuiacius ubi supra contenderit, non iuris peritia, sed perita censerī legi debere: his enim verbis significatur, omnia animalia, etiam expertia rationis propter peritiam iuris naturalis esse in pretio & admiratione, ut ibi explicant Baldus, Mysinger, Ottoman, Eguinar, Baro, Thom. Linius, & Vbesemb. verbum enim, Censerī, quod Græcis dicitur, *δουρειν*, autore Guillelmo Budæo in d. l. 1. §. ius naturale, significat esse in pretio & admiratione, uti constat ex illo Ciceronis in oratione pro Archipoeta.

Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis hæc quoque censerī oratio, & facultas, quæ quantumcunque in me est, nunquam amicorum periculis defuit, & ex illo Marcialis eleganti vers. lib. 1. epigrammate 29.

Censerī appona Libio suo Tellus.

ut ibi explicat Domicius Calderinus, & Nicolaus Perotus eruditissimi Marcialis interpretes.

Nec placet Ferdinandi Mendocæ explicatio exponentis verbum, Censerī, id est, regi, & gubernari: nam etiam profiteatur ipse apud Latinos autores verbum, Censerī, in ea significatione reperiri, tamen nullum profert testimonium, nullum laudat autorem.

Nec me mouet autoritas Theophyli Græci institutionum interpretis, cuius verba agnosco Iacobum Curcium Burgensem fideliter conuertisse in Romanum sermonem: sic enim Theophylus scribit.

Οραμεν γαρ δμνονανδρσ πρσς αλληκαταλοι παρωαυ
 πρσς πρσς 181ον νομου αμαγιγραμα 100 πρσς πρσς

Et Iacobus Cureius sic transfert, videmus enim non homines modo, sed cetera quoque animalia his qui legem hanc obseruant ascribi, quia non semper Theoph. integre, & fideliter è Latino in Græcum sermonem institutiones conuertit, vt ab eruditissimo Viglio, & Petro Natio animaduersum est. Miror que Ferdinandum dixisse verbum censi apud autores probatissimos non reperiri in ea significatione, in qua vsurpatum ab Vlpiano, & Iustiniano superius scripsi, cū in hęc partem sint aperitissima duo illa testimonia Ciceronis, & Marcialis: ipseque libenter assentior Nicolao Perotto, Domicio, Calderino, Gullielmo Budæo, Balduino, Misingerio, Varoni Ottomano, viris utique in cognoscenda proprietate Latini sermonis exercitatissimis. Sed hęc libenter omissa faciam, quoniam ad institutum fere nil conferre videntur.

Nec me deterret à proposita sententia difficultas illa, quod in bruta ratione carencia non cadat bonū iustum, & æquū, ac proinde nec ius, inde que nec ius naturale, nam à quo genus remouetur, necessarium est speciem remoueri, vt scribunt Quintilianus lib. 5. Oratoriarum instit. cap. 10. Aristot. lib. 1. & 2. Topycorum, Rodolphus Agricola lib. 1. de intentione dialectica cap. 6. Boetius, Vissorius, Barba, Foxius, & Guevara in Topycis Ciceronis, Gamarus li. 1. Dialecticæ legalis capite de toto vniuersali, Euerardus Caciūcula, & Mantua. in loco à genere: quia Turrecremata in capite humanum genus artic. 5. d. 1. distinguit ius naturale formaliter sumptum, id est, quoad rationem hominibus tantum cōuenire, materialiter vero, id est, quoad actus etiam in brutis reperiri. Secundum quam distinctionem doctissimus Turrecremata explicat Vlpiani, & Iustiniani, definitionem iuris naturalis, videlicet, quod Deus materialiter ius naturale docuit omnia animalia,

quia illis indidit instinctum quemdam impellentem illa ad actiones, quæ à iure naturali dicuntur fluere, & procedere, formaliter tamen ipsos homines dū taxat, quibus rationis cognitio tributa est. Turrecremata sequitur Couarr. in reg. peccatum. 2. par. §. 1. i. na. 4. ver. quibus prænotatis, eamque distinctionem & legendo, & disputando ipse sæpenumero secutus sum, re tamen altius perpensa nunc displicet: quia ex doctrina Cardinalis Turrecrematae consequitur, actiones illas omnes, quæ sunt communes homini cum reliquis animantibus, ratione iuris naturalis non contineri proprie, quia si Philosophorum placitis assentiendum est, quod non est formaliter tale, nō est proprie tale. Hoc autem videtur esse cōtra textū in d. l. 1. §. ius naturale ff. de iustitia, & iure, & in principio instit. de iure naturali, quibus in locis tota vis, & substantia iuris naturalis diffinitione explicatur, & tamen dicitur esse; quod natura omnia animalia docuit. Quamobrem magis sentio dictionem ius in proposito, & quod atinet ad bestias ratione destitutas accipi pro instinctu, & inclinatione, quam Deus summus naturæ parens indidit, & in seuit cunctis animantibus, qui impulsus naturæ, & concitatio iuris nomine propterea decoratur, quod æquitatis & iustitiæ effigiem quādam, & imaginem præferret, quod ante me docuit quoque Iacobus Ræbardus lib. 1. de iuris ambiguitate cap. 1.

Hic animaduerto, non recte sensisse Ioannem Garfiam in dict. tractatu de expensis, & melioratio. cap. 3. num. 18. versic. vnde diuisio, dum existimat omne ius gentium deriuari à iure naturali per necessariam consequentiam, nam dominiorum distinctionem limitationem, & appropriationem, rationem colendi agros, commercia, & contractus, bella captiuitates, esse iuris gentiū docuit Hermogenianus l. C. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure, & Iustinianus, in mallis, Tribonianus in §. ius autē gen
 rium

Proœmiu in totius

tium, instit. de iure naturali. Illa autem
 omnia non deriuari à iure naturali per
 necessariam consequentiam nemo ne-
 gavit. Ea enim ipsa ex nullo principio
 iuris naturalis consequentia necessaria
 mediata, vel immediata deducuntur, vt
 manifestè ex his, quæ docet
 Dominicus de Soto lib. 3. de iustitia, &
 iure, questione. 1. artic. 3. Couarr. in re-
 gula peccatum 2. part. §. 11. numero. 4.
 Hinc quoque existimaui semper parū
 esse cum veritate coniunctam doctri-
 nam Accursij in l. in causæ. 2. §. idem Pō-
 nius. de minoribus, quam Pinelus
 sequitur in l. 2. C. de rescinden. vendi-
 tione 1. p. cap. 1. num. 39. quatenus illa
 verba Vlpiani. I. C. in dict. §. idem Pom-
 ponius licere contrahentibus natu-
 raliter ad inuicem se decipere, sic inter-
 pretatur, vt naturaliter licere dicatur,
 id est, ex iuris gentium permissione, se-
 cundum quam ad quietem reip. magis
 consentaneum visum fuit gentibus læ-
 sionem quamcumque in pretio remit-
 tere. Nam vt late, & copiose superius
 demonstratum est, appellatio naturalis
 nulla potest ratione conuenire iuri gē-
 tium secundario, cui rerum commer-
 cia tribuuntur à I. C. Hermogeniano in
 d. lege ex hoc iure ff. de iustitia & iure.
 Quamobrem si ius gentium secunda-
 rium naturale dici non potest, euident
 fit verba illa, dict. §. idem Pōponius, qui-
 bus exprimitur licere contrahentibus
 naturaliter ad inuicem se decipere, vt
 que referri non posse ad iuris gentium
 permissionem: ex quo fluxere contra-
 ctus. Eius tamen loci explicatio ab in-
 terpretibus habita est summe difficilis,
 committam libenter, quoniam ab insti-
 tuta, propositaque sententia est longe
 remota.

10 His ita præ cognitivt ad reliqua gra-
 dum faciam, de quæst. an cōtractus sint
 iuris gentium, dispares extant autorum
 sententiæ. Accursij enim in l. ex hoc iu-
 re verbo quibusdam. ff. de iustitia, & iu-
 re, & in l. legitima ff. de pactis, & in §.
 ius autem gentium, instit. de iure na-

turali, non omnes contractus esse iuris
 gentium docet, ex responso Hermoge-
 niani in d. l. ex hoc iure sic aientis Emp-
 tiones, venditiones, locationes, condu-
 ctiones, obligationes institutæ, exceptis
 quibusdam quæ à iure civili introdu-
 ctæ sunt. Cui ad stipulatur Iustinianus
 in d. §. ius autem gentium ita scribens.
 Et ex hoc iure gentium omnes pene
 contractus introducti sunt, vt emptio,
 & venditio, locatio, & conductio, exci-
 pitque, Accursij emphyteusim, stipula-
 tionem sponsalitiã largitatem, & lite-
 rarum obligationem, quas conuentio-
 nes, & origine, & forma esse iuris ciui-
 lis existimat. Accursij opinio inualuit
 apud autores, & communi consensu, &
 fere omniū acclamatione excepta est,
 illamque amplectuntur Cynus, Iacobus
 Butrica. Bart. Bald. Alberi. Paulus Ale-
 xand. Iass. Zasius, & Oroscius, in d. l. ex
 hoc iure, fere omnes in l. legitima ff. de
 pactis, ubi agnoscunt esse communem
 sententiã Aemylius Ferretus, & Oros-
 cius num. 14. profitentur quoque esse
 commune placitum Fortunius in l. 1. §.
 conuentionis num. 9. ff. de pactis, Alua-
 rus Valaf. de iure emphyteutico quæst.
 4. Corrasius lib. 1. Miscellaneorum ca-
 pite. 25.

11 Qua in re ipse animaduerto Hermo-
 geniani verba illa *exceptis quibusdam
 quæ à iure civili introductæ sunt.* Si ve-
 ra est sententia Accursij, non posse re-
 ferri ad emphyteusim sponsalitiã lar-
 gitatem, & literarum obligationē. Nā
 Hermogenianus clare sentit ante sua
 tempora non vnum, sed plures contra-
 ctus iure civili, & inuentos, & forma-
 tos fuisse, & licet stipulatio ab antiquis
 Reip. Romanæ tēporibus instituta fue-
 rit, & longe ante Hermogeniani tem-
 pora, tamen emphyteusis spōsalitiã lar-
 gitas, & literarum obligatiō longe post
 inuectæ, & illatæ fuerunt in Remp. Ro-
 manam. Nam emphyteusim primus in-
 uexit Zeno Isauricus in l. 1. C. de iure
 emphyteutico text. in §. adeo instit. de
 locatio. & conduct. sponsalitiã largi-
 tatem

rate Iustinianus importauit in auth. vt sponsalitia largitas §. 1. & 2. collatione 9. literarum autem obligationem. I. C. fuisse incognitam docuerunt Petrus, & Bast. in l. nō figura. ff. de actio. & oblig. Cynus in l. generaliter C. de nō numer. pecunia, & ibi. Fulgo. nu. 9. Paul. col. 3. Fortunius in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, Areti. in l. lecta in principio. ff. si certū petatur, Faber, & Vbesembeci. in principio institu. de litera. obliga. Marcus Manrua in dialo. 2. par. classe. 10. c. 15. num. 4. & agnoscit communem sententiā insignis Emmanuel Costa in l. si. ex cautione. C. de nō numer. pecunia in princ. num. 1. & 2. tamen si ipse in contrariā declinet. Quæ sententiā vera apparet ex eo, quod I. C. tantum ex triplici causa, nempe aut re, aut verbis, aut consensu obligationem oriri contrahendo scripserunt. l. 1. ff. de actio. & obliga. l. 1. ff. de noua. l. Græce. 8. de fideiussor. nam nōminum, & tabularum ratio, quæ cognita fuit. I. C. non tam obligationem induxisse, quam probationem eius fecisse olim videtur, sicut aliud quodlibet instrumentum: & quod Paul. ait in l. nō figura ff. de actio. & obligatio. oratione scripturæ nos obligari, eam vim habet, non vt scriptura perse obliget, sed stipulatio instrumento comprehensa, & probata. Si ergo ¹² longe post Hermogeniani tempora emphyteusis, sponsalitia largitas, & literarum obligatio inuēta sunt, qui fieri potest, vt verba illa Hermogeniani, *Exceptis quibusdam. quæ à iure civili introducta sunt*, referri valeant ad emphyteusim, sponsalitiam largitatē, & literarum obligationē? Ideo ex nouioribus sunt, qui putent verba illa, *Exceptis quibusdam*, non ad contractus, sed obligationes esse referenda, quasi voluerit Hermogenia. dicere esse aliquas obligationes mere ciuiles, quæ nullum habeant adiumentum iuris naturalis, & ita sentit Dominus Ferdinand. de Mendoza dicto libro tertio capite primo numero. 21. constituens exēplum in obli-

gatione, quæ ex contractibus vi, dolo, aut metu celebratis nascuntur. Hanc vero interpretationem non esse veram conuincitur ex textu in §. ius autem gentium institut. de iure naturali, vbi cum Tribonian. transcriberet sententiā Hermogeniani in d. leg. ex hoc iure, dixit in hæc verba, *Ex iure gentium omnes pene contractus introducti sunt*, quibus verbis non obscure traditur aliquos esse contractus, qui non sint iure gentium instituti, ac proinde Hermogenia. verba ad contractus, non ad obligationes esse referenda. Rursus obligationem ciuilem non posse consistere absque obligatione naturali (quemadmodum nec vsusfructus absque proprietate, nec qualitas absque subiecto potest l. secunda ff. de vsufructu) semper mihi persuasi, prout etiam copiose defendit Hector Richerius in rubric. ff. de verbos. obligatio. à numero. 64. eum multis sequentibus, & videtur expresse probari ex text. in l. naturales. ff. de actio. & obliga. ad quem text. cum pro hac parte adolescens illum produxissem Salmanticæ in publica disputatione, aptam responsionem non audiui tamen vnus ex præstantissimis eius Academiæ professoribus argumentum excepisset, illique satisfacere curasset. Deinde quamuis non ignorem Bal. in l. cum quis. C. de iuris, & facti ignorantia, & post illum prolixè nimis Fortunium Garciam de vltimo fine vtriusque iuris illatione. 21. fere per totam, & præsertim in versiculo, Respondeo, colum. 130. in ea fuisse opinione, vt existimauerint ex contractu metu facta obligationem naturalem non nasci, tamen in contrariam sententiam ipse procliuor sum. Nam in contractu meticulo nihil est, quod impediatur ortum, & natiuitatem obligationis naturalis: adest enim consensus, ex quo, velut ex fonte fluit naturalis obligatio. l. prima §. conventionis. ff. de pactis lege. Stichum aut Pamphylum. §. naturali, ff. de solutio. quia, qui metu vul-

Proæmium totius

simpliciter vult, si credendum est Aristoteli, libro. 3. Ethicorum capit. 1. & I. C. in l. si mulier. §. penultimo. ff. quod metus causa, & in l. si metus. ff. de adqui. hereditate, text. in capite merito. 15. quæstione. 1. D. Thom. 1. 2. quæst. 6. articulo. 5. & ibi frater Bartholomæus de Medina. Nec repugnat turpitudine materiæ, quia in contractu meticuloso materia illicita, turpis, & inhonesta nõ est, quod si esset ex defectu materiæ contractus, naturalem obligationem non produceret. l. generaliter. l. veluti. l. si plagij. ff. de verbo. obliga. & communi voto traditum est à Doctoribus in l. iuris gētū §. si ob maleficiū, ff. de papactis.

Sed dicet aliquis sufficere, vt cōtractus metu celebratus obligationem naturalem non pariat, causam ipsam extrinsecam, ob quam gestusest, iniuriam & turpitudinem in se continere. Id autem ipse non admittam sufficere: nam didici stipulationem factam ob turpē causam, siue ex parte dantis, siue ex parte recipientis siue ex parte vtriusque producere obligationem ciuilem, & naturalem, quæ tamen repelli possit exceptione doli, quemadmodum docuere Iacobus de Arenis, & omnes vltimontani: quorum sententiam sequitur Orosius in dict. l. iuris gētū §. si ob maleficiū numero. 23. ff. de papactis, Iacobus Cuiacius in dict. l. generaliter ff. de verbo. obligatio. & probatur ex textu in l. 1. C. de conditione ob turpem causam, & in l. penultim. ff. eodem titulo defendit Hector Richeri. in Rubrica de verb. num. 101. Rursus matrimonium metu leui contractum inspecto iure naturæ valere, & coniugem diuina, & humana. l. constringi, cohabitare cum altero coniuge verissimum quidem est, vt acute resoluit Dominus Franciscus Sarmiento libr. 2. Selectarum interpretationum capit. 11 numero. 9. & commune placitum Theologorum agnoscit Martinus Ledesma in secundam 4. quæst. 49. articulo. 3. quamuis rem ipsam inuoluat, & conturbet. Non ergo

impedit metus oriri ex contractu obligationem naturalem. Nec oberit, si dixeris metum cadentem in virum constantē impedire ortum, & natiuitatem obligationis naturalis: non vero metu leuem: quia iure naturæ non est cognita hæc differentia metus, si receptiori Doctorum sententiæ standum est.

Deinde iuramentum metu interpositum obligare in foro conscientie, & transgressorem ante absolutionem, aut relaxationem obtentam peccare mortaliter docent D. Thom. secunda secunda quæst. 89. articulo. 7. & ibi Caietan. Antoni. Cardina. Imola, & Panormitanus in cap. verum de iure iurando, Syluester. verbo, iuramentum. 4. quæstio. 7. Fortunius Garfias de vltimo fine, vtriusque iuris illatione 22. Dominic. de Soto libro. 8. de iustitia, & iure, quæst. 1. articulo. 7. Couarrub. in capite quamuis pactum de pactis libro. 6. 1. part. §. 5. numero. 6. & in 4. secunda part. cap. 3. §. 4. numero. 6. & 7. fatetur communem Salcedo primarius iuris Pontificij professor Complutensis in additio. ad Bernardum Diaz, regula. 384. ergo iuramentum metu factum producit naturalem obligationem. Nam obligationem naturalem & conscientie eadem esse docuit eleganter Baldus, in l. 2. C. de vectiga. & commissis. Quos enim conscientia ligat, natura obligat, & quos conscientia non obligat, natura nõ ligat, ac proinde metus non obstabit natiuitati obligationis naturalis, & præsertim quod hoc in iuramento non sit peculiare, sed communem naturam actionum metu cōfectarum sequatur. Præterea nostræ sententiæ aperte probat responsum Pauli I. C. in l. si mulier. 21. §. si metu el. ff. quod metus causa, quo in loco Paulus respondit pacto de non petendo, vel acceptilatione metu celebrata omnino tolli præcedētē obligationē: inest ergo pacto d. nõ petēdo, & acceptilationi metu celebratis obligatio naturalis. Nā obligatio naturalis nõ tollit, nisi cōtraria obligatione naturali, vt docuit Papi-
nianus

ninus in leg. stichum, aut Pamphilum. §. §. naturalis. ff. de solutio, scribens in hæc verba. Naturalis obligatio ut pecunie numeratione, ita iusto pacto, vel iururando ipso iure tollitur, quod vinculum æquitatis, quo solo sustinebatur conventionis, æquitate dissolvitur. tex. in leg. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis vbi Fortunius A Emylius Ferrerius, & Oroscius.

Postremo eximium momentum, & pondus habet ratio illa, quod solutum ex contractu meticulofo nõ repetatur leg. 2. C. de his, quæ vi, metus ve causa fiunt, quod vtrique signum est manifestissimum, in contractu metu celebrato esse naturalem obligationem, argumento textus in leg. naturales. 10. ff. de actio. & obligat. vbi Paulus alias Vlpianus. I. C. sic scribit, Naturales obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua earum nomine competit: verum etiam eo si soluta pecunia repeti non possit textus in leg. fide iussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor.

Quibus argumentis adducor ad existimandum, hanc sententiam verissimam esse: nollemque Lector amice, tibi persuadeas me hac in re discedere à communi Doctorum sententia. Nam, & si neminem legerim, qui tot argumentis, & rationibus hanc partem exornauerit, sic tamen docuit Accursius Scholio, efficax, in principio institu. de exceptio. & ibi Ioannes Faber, Ange. & Vuesembecchius, atque receptam sententiam esse profiteretur Hector Richerius in receptione rubricæ ff. de verborum obligatio. numero 88. versiculo quod autem non solum, agnoscit quoque communem cum Fortu. Padilla, in leg. 2. C. de rescin. num. 8.

Sed dicet aliquis non posse fieri, ut ex contractu meticulofo nascatur obligatio naturalis, cum inferens metum iure naturæ non habeat iustam retentionem, & in animæ iudicio sit obnoxius restitutioni, quemadmodum scripsere Syluest. verbo, Metus, in fine, A-

drianus in. 4. in tractatu de restitutione capite incipienti, Aggredior, versiculo. Ex quibus omnibus, Couarrubias in regula peccatum secunda parte. §. 3. numero. 7. Domin. Franciscus Sarmiento libro secundo selectarum capit. 11. numero 6. & ipse resolu in capite quinquiesque de immunitate Ecclesiarum. Obiectioni tamé facili negotio satis fit, quod non repugnat promittentem naturaliter obligari, & recipientem ex ea promissione non habere iustam retentionem. Nam iurans soluere vsuras, omni iure, naturali inquam, & Pontificio ante relaxationem obtentam iuramentum implere tenetur, & vsuras soluere, & creditor recipiens illas tenetur restituere cap. debitores de iure iurando, & quod magis est, ante legem Pontificiam in dict. cap. debitores vsuras promittens absque iuramento naturaliter illas soluere tenebatur. Rursus vbi ex parte solius recipientis turpitudine versatur, promittentem naturaliter, & civiliter obligari, & accipientem non posse retinere extra controuersiam est, & docuit gloss. in l. penultim. verbo si ob turpē. ff. de conditione ob turpem causam, sequuntur Bart. Cuma. & Alexan. plures referens in l. generaliter. ff. de verbo. obligat. & ibi Zaf. numer 18. & 19. Oroscius in l. iuris gentium. §. si ob malefium numero. 18. ff. de pactis, Christopho. Portius, & Misingerius in §. quod ex turpi. institu. de inutili stipula. Igitur non repugnat ex contractu metu celebrato naturalem obligationem proficisci, & accipientem ad restituendum naturaliter obligari.

Quamobrem magis est Hermogenianum I. C. interpretandum esse de multis cõuentionibus legitimis, quæ iã eo tempore in Republica Romana, & institutæ & cõfirmatæ erant, & licet gloss. Bart. Albericus, Paulus. Alexand. Iass. Curc. A Emylius, Oroscius, Cuiacius, Eguinarius, Baro. & Duarenus in leg. legitima ff. de pactis, variauerint in constituenda specie legitimæ conuen-

Proæmium totius

tionis, quam varietatem, ibi notat Dominus Ferdinandus de Mendoza; tamē in proposito recte cōstitui speciē lentio in stipulatione, & acceptilatione, quarum origo, & forma iurisciuis est ¹⁷ v. aduersus Iacobum Rabennatem, Alueri. AEmylium Ferret. Ioannem Corrasium, & quosdam alios nouiores accerrime tueretur Hector Richerius in Rubrica. ff. de verbo. obligatio. ā num. 24. cum multis sequentibus contrarijs rationibus abūde satisfaciens, Ottomanus in disputatione de pactis pagi. 123. Et hanc partem esse verissimam, ex eo mihi persuadeo, quod veterum scriptorum monumenta reuoluens nunquā deprehendi in alia Republica, quā Romana receptam fuisse eam obligationē aut liberationem, quæ stipulatione, aut acceptilatione fit. Præterea in dictione dotis exemplum constitui potest, quæ dotis erat promissio certa forma, & solemnitate comprehensa, vt literis consignatum reliquit Vlpian. in fragmen. titulo. 6. in principio, Caius libro. 2. institut. titulo. 10. & ex nouioribus scriptoribus Franciscus Cona. libro 8. Commentar. cap. 8. nume. 9 Franciscus Durenus in Rubrica, ff. soluto. matrimonio titulo de dotibus, capite secundo. Ottomanus de verbis iuris verbo, dicere dotem, Alciatus libro primo parergo. capite. 1. pertinet quoque ad legitimam conuentionem illa, qua iniuriarū actio ex leg. 12. tabularum tollitur ipso iure. l. si tibi. 18. §. quædam. ff. de pactis, docet Gellius, libro. 20. noctium Atticarū capitulo. 1. Baldui. ad leges. 12. tabularum capite. 58. Ræbardus ad easdem leges, capitulo. 25. Et quamuis Corrasius libro primo Miscellanorum cap. 21. & in Rubrica. C. de iure Emphyteutico, Franciscus Conanus libro primo comment. capitulo sexto numero. 11. & Ottomanus in. §. ius autem gentium institut. de iure naturali existimauerint emphyteusim esse contractum iuris gentium: tamen id nunquam potui mihi persuadere ex his, quæ prudenter scri-

bit Albarus Valaf. de iure emphyteutico, quæstione. 4. curiose satis Bartholomæus de Albornoz de arte contractuum lib. 3. titulo. 1.

- Vt igitur quæ supersunt, in gyrum contrahamus, AEmylius Ferretus, & Oroscius in dict. l. legitima, cēsēt omnes conuentiones, omnesque contractus origine, & inuentione esse iuris gentium, forma vero aliquos iuris ciuilibus, Cuiacius autem in l. iuris gentium. ff. de pactis quantum ad consensum, quæ in se claudunt, omnes esse iuris gentium docet, tametsi non omnes origine iuris gentium esse admittat, Ræbardus libro quarto de iuris ambiguitatibus capite primo, scribit omnes conuentiones esse iuris gentium, sed ex his quasdam obligationes producere ad agendum efficaces, quasdam ex sui quidem natura actiones non producere, hoc est quatenus sunt iuris gentium: sed ciuili iure confirmatas ad actiones prodesse: & responsum Hermogenianiani, non de conuentionibus sed de obligationibus accipiendum esse contendit incusans Tribonianum, quod male per obligationes apud Hermogenianum contractus intellexit in dicto §. ius autem gentium instit. de iure naturali.

Sed Ræbardus libere & audacter loquitur, & si eius opinioni assentiendum esset, nullam autoritatem haberent institutiones Iustiniani, quod quam absurdum, ridiculum, & ineptum sit, nullus est, qui non videat. Alij non omnes contractus esse iuris gentium inuentione, & origine affirmant, esse tamen omnes approbatione iuris gentium accerrime defendunt. Ex quorum numero videntur esse Pinellus, in Rubrica C. de rescinden. venditione. 1. parte capite primo & Dominus Ferdinandus de Mendoza dict. libro. 3. capitulo. primo. Ego quidem vt in tanta varietate, & opinionum dissensione libere proferam, quod sentio, in receptam sententiam declino. Annotauit enim contractus plurimos extare, qui nec origi-

ne, nec approbatione sunt iuris gentiū. Nam ut aliquid saltem dicatur esse iuris gentium approbatione, plane requiritur usum eius ab omnibus gentibus recipi, & unanimiter approbari, ut docuit Marcus Cicero. i. quæstione Tusculana sic scribens, *Omni in re consensus hominum lex naturæ putanda est*, & ex Conano Forcatulo, & Charonda luculenter obseruat Pinelus dicto capit. primo, numero 7. at feudum, præcatiam, affictum libellum, non esse contractus ab omnibus gentibus receptos, nec unanimiter approbatos, nemo, qui sit cordatus, negauit.

Ex horum numero censeo contractuum censualem esse, quemadmodum resoluit etiam doctissimus Ioannes Orosius in leg. iuris gentium. §. quinimo, numero. 50. & 51. ff. de pactis, Albornoz libro tertio, titulo secundo, pagina mihi. 109. Pigarro in Extrauagantem Calixti. III. de emptio. & venditione glos. Alemanice partibus, Benedictus Bonius Cortonensis tractatu de censibus articulo. 5. quo circa probare non possum eiusdem Benedicti Bonij de censibus articulo. 24. sententiam, qui contrarius sibi existimauit hunc contractum esse de iure gentium, ex eo, quod consensu peragatur, & inter absentes nuncio, atque epistola contrahi possit, de cuius origine, & inuentione tractandum est.

In his Regnis hos annuos redditus, & contractum censualem non trahere antiquam originem argumento est, quod ex antiquis legibus Hispanis, Septem Partitarum fori, styli, & aliarum veterum Compilationum nullam mentionem fecerit de hoc contractu censitico. Prima verò, quæ de hoc contractu ita lex est, habetur inter constitutiones Taurinas editas à Regina Ioanna vxore Philippi Primi, & matre Caroli Quinti Cæsaris inuictissimi anno millesimo quingentesimo nono, ut annotauit Bartolom. de Albornoz dicto libro tertio titulo secundo, folio. 109. columna prima, estque in illa Compilationone. 68. &

prima titulo 15. *de los censos*, libro 5. nouæ Compilatio. extra Hispaniam verò hic contractus antiquior est, ut colligi facile potest ex duabus illis Extrauagantibus Martini Quinti, & Calixti Tertij de emptione, & venditione. Quæ, quæ Martini Quinti est facta, fuit tempore Concilij Constantiensis anno Domini. 1423. & quæ Calixti Tertij est, facta fuit anno. 1455. pridie nonas Maij sui Pontificatus anno primo, ut ex data eorundem Extrauagantium constat aperitissime, & refertur in summa Confessorum confecta à fratre Bartholomeo de Carrança, quondam Archi. presule Tolerano, refert quoque Maurus Antonius Berarducius in summa corona confessorum titulo de usura circa contractus censuales, præter quas Extrauagantes extant aliæ Romanorum Pontificum, quarum vna est Nicolai Quinti facta anno 1452. pridie Kalendas Octobris sui Pontificatus anno sexto, quæ specialem constitutionem continet pro regno Siciliae citra, & ultra Farum, & inserta est inter pragmaticas Regis Alphonsi primi Aragoniæ Siciliae citra, & ultra Farum, & Valentia titulo de censibus, commentarijsque illustrata à Petro Follerio viro sane doctissimo: alteram Extrauagantem adidit eximius ille Pontifex, & immortalis commendatione dignissimus Pius Quintus anno millesimo, quingentesimo sexagesimo nono, de qua ob varias lites, iurgia, & contentiones, quæ ex eius praxi oboriebantur quotidie, relatum est ad comitia habita Madriti anno millesimo quingentesimo octogesimo quinto, & publicata octaua die Ianuarij anni. 1587. & responsum moribus Hispanis receptam non esse. Ex quo usque in hunc diem, quo hæc scribo, est autem Ascensionis admirabilis in caelos Domini nostri Iesu Christi, desijt Extrauagans illa, & proprius motus Pij Quinti executioni mandari. Aliam Extrauagantem constitutionem de censibus tulit Gregorius Decimustertius ad instanciam Regis dñi nostri Philippi. II. anno

Proæmium totius

1574. pro regno Siciliæ ultra Farum, cuius ius meminit Maurus Antonius Berarducius in summa corona confessorum dicti titulo de usura circa contractus censualis pagina. 287. iure vero ciuili Romanorum hic contractus incognitus fuisse videtur, vt tradit Sarmiento, lib. 7. selectarum interpretationum c. n. numero. 18. scribens ius censualis ante dictas Extrauagantes inter priuatos fuisse incognitum, sed reip. vel principibus sæpe concessum ex titulo. C. de censibus, & sine censu, vel reliquis: extare tamen huius conuentionis memorabile exemplum in Nouella. 160. scribit Fraciscus Ottomanus, li. 2. de vsuris c. 4. pag. 239. in volumine suarum disputationum: postea autem legem illam. 68. Tauri condita à Regina Ioanna leges aliquot de censibus tulerunt Carolus Quintus, & Philippus Secundus insertas in noua legum Compilatione, lib. 5. tit. de los censos, & apud Aragonios de his annuis redditibus constitutio est incipiens, Desleantes proueir, lib. 4. titulo de vsuris.

19 Sed ante quam huic capiti finem imponam, lubet mihi colluctari paululum cum acutissimo Bartholomæo de Albornoz. Hic enim dicto tit. 2. de los censos al quitar. fol. 114. explicans Martini Quinti, & Calixti Tertij Extrauagantes, contendit illas non habere vim legis generalis, nec si habeant loqui in contractu census, de quo est disputatio præsens. De primo idem quod Albornoz sensit Andreas Alciatus responso. 3. n. 20. lib. primo, dicens Extrauagantes illas continere ius locale, & particulare. Idem etiam voluere Natta conf. 498. Gratus conf. 39. li. 2. Areti. conf. 30. mo-

uatur ius nudæ hypothecæ nanciscitur: in censu verò redimibili emptor directum dominium consequitur rei, super qua census constituitur: utrumque vero Bartholomæi de Albornoz fundamentum fragile, & infirmum est. Primum, quia communis, & Theologorum, & Canonistarum schola recepit Extrauagantes illas continere ius commune, velut etiam agnoscit Andreas Alciatus dicti. responso tertio numero primo. & secundo. Ioannes Maior in quarto sententiarum, dist. 15. quest. 42. Cassanæus in cathalogo gloriæ mundi part. 12. consideratione. 49. fallentia 25. Paulus Parisi. conf. 75. numero. 26. & 30. volumine. 4. Tiraquei. libro primo de retractu. §. primo, gloss. 6. nu. 15. Medina in. C. de restitutione cap. de censibus, Dominicus de Soto, lib. 5. de iustitia, & iure quest. 5. art. 1. col. 4. Bartholomæus de Miranda, & Carrança, olim Archiepiscopus Tolet. in summa Conciliorum, Couarr. lib. 3. variarum cap. 7. num. 2. versic. 6. post variam, Nauarrus in c. 1. 14. q. 3. notab. 22. frater Franc. Garcia de contract. 2. p. c. 3. Franciscus Sarmiento, lib. 7. selectarum interpretationum c. 1. nu. 17. Maurus Antonius Berarducius vbi supra, Aluarus Valaf. de iure emphyteutico. q. 32. n. 8. Matienço in l. tit. 15. de los censos, lib. 5. nouæ Compilationis gloss. 1. n. 3. Franc. de Ripa responso. 4. Antoni. Thesaurus decis. Pedem. 154. n. 4. in genere quæ possent Doctorum cateruam referre, à quibus omnibus secure traditur Extrauagantibus illis generatim definitum fuisse licitas esse annuorum reddituum emptiones, & venditiones.

20 Rursus Extrauagantes omnes constitutiones insertas volumini Extrauagantium obtinere publicam auctoritatem, argumento est, quod scientibus Pontificibus Maximis typis fuerint excussæ simul cum reliquo corpore iuris Pontificij, quod passim ad decisiones causarum, & in iudicijs, & in scholis allegentur, quod glossis eruditissimis explicatæ fuerint, vt literis mandarunt Ioannes Monac.

nae. Ioannes Andr. Ioanne de Lignia-
no: & Gemina. in cap. 1. de constit. lib.
6. Hugucio, & A. Adria. in cap. si Ro-
manorum 16. d. Zencellinus, Franciscus
de Pauinis, & Hierony. Clarius Brixia-
nus, in principio extrauagantium. Quin-
tilian. Mangosius reg. cancellariae. 28.
quaest. 3. num. 4. & reg. 17. q. 10. nu. 3. fa-
ciunt, quae pro decreto Gratiani elegā-
ter scribit Franciscus de Ripa in cap. ex
part. 1. numero. 77. de rescriptis nec si
extrauagantium corpus publica autori-
tate careret, curasset Gregorius 13. fœ-
licis recordationis emēdari, & typis ex-
cudi simul cum reliquo iuris Pontifi-
cij corpore. Dicam ergo, quod de Gra-
tiani decreto inquit Franciscus de Ri-
pa ybi supra post Bal. de feudis, desinat
à modo latrare pertinaces, quia istud
opus communiter obseruatur.

Alterum quoque merum figmentū
est Bartholomæi de Albornoz, existi-
mantis rei suppositæ censui directū do-
minium fictione quadam in emptorē
transire. Cuius pertinaciā, & errorē in-
ferius suo loco conuincam, & postquā
hæc scripseram, legi Michaelē de Pa-
lacios Theologum præstantem, & exi-
mium reprehendentem vtrumque di-
ctū Bartholomæi de Albornoz in præ-
xi Theologi. lib. 4. c. 6. pag. 305.

EX CAPIT. II.

Epitome.

- 1 **Q**ui contractus nominati, quiue innominati dicantur breuiter proponitur.
- 2 Late discutitur, vnde processerit, quod nominatis conuentio- nibus nomen elegans, & specificum fuerit concessum, & denegatum in- nominatis conuentionibus, & num. 3. 4. 5. & 6.
- 3 Censum esse contractum nomina- tum ostenditur, ex eoque non præ- scrip. is verbis, aut in factum sed nomi- natam, & specificam actionem com-

- petere. in p. v. d. m. g. r. o. s. i. o. s. i.
- 8 **E**x contractibus nominatis ante im-
plementum nascitur obligatio ciui-
lis, & naturalis: ex innominatis ve-
ro, nec naturalis oritur obligatio, sal-
tim in conuentionibus respectiui.
- 9 **D**isputatur an census sit contractus,
qui consensu, vel reperficiatur, & re-
soluitur esse contractum, qui reper-
ficietur.
- 10 **C**ontractus innominati respectiui
etiam iure canonico, & Regio, ante
implementum nullam probat obli-
gationem.
- 11 **I**n contractibus nominatis ante im-
plementum non admittitur pœnitē-
tia, admittitur vero in conuentionibus
innominatis etiam iure pœnitentio, &
Regio.
- 12 **O**stenditur etiam inspecto iure na-
turae licitam esse pœnitentiam ante
implementum in contractibus inno-
minatis.
- 13 **A**duersus Dominum Ferdinādū
de Mendoça probat, iure natura & so-
lum titulum non sufficere ad domi-
nij translationem.
- 14 **C**ontractus nominati celebrati me-
tu sunt validi mero iure: innominati
vero nulli, & inuvalidi.

CAPVT SECVNDVM.

An census sit contractus nomi-
natus, vel innominatus?

SED an census sit cōtractus
nominatus, vel innomina-
tus seruata methodo supe-
rius proposita, nunc viden-
dū est, à cuius rei peruestigatione ces-
sandū esset, si audiendus esset Barto. de
Albornoz, qui li. 2. de arte contractus
tit. 18. audacter inuehitur in iuris cōsul-
tos veteres, & negat esse cōtractus in-
nominatos. Sed hæc Bart. de Albornoz
somnia, imo deliria nulli quantūuis im-
peritissimo placere poterunt. Quare
vt eius rei explicatio reddatur facilis,
& perspicua cognoscere, oportet

Proæmium totius

qui contractus nominati, qui ve innominati dicantur, & Vlpia. I. C. in l. iuris gentium in princ. ff. de pactis difficultatem omnem substulisse viderur, docēs nominatas conventiones esse, quæ in generali nomine non stant, id est, in generali nomine conventionis, sed transferūt in proprium elegans, & specificum nomē contractus, vt emptio, locatio, societas, commodatum, depositum, & cæteri similes cōtractus: innominatas vero esse quæ nomen proprium specificum, & elegans non assumpserunt, sed steterūt in generali nomine conventionis, sicq; ibi explicarunt Bartol. Angel. Paul. Alex. Iass. Curcius Iunior, Fortunius, AEmilius Ferrerus, Oroscius, Cuiacius, Eguinarius, Varo, & Duarenus, Ferdinandus Berengarius in l. pacta conuenta ff. de contrahen. emptione. 3. cap. in nona parte, glos. num. 1. Alua. Valaf. de iure emphyteutico quæst. 6. num. 1. dominus Anto. de Padilla in l. naturalis in principio. ff. de præscr. verb. Vaconius a Vacuna lib. 1. declarationum iuris de clarificatione. 27. num. 8. & 9.

Et hoc quidem certum, & indubitatum est: illud autem explicatu difficile, vnde processerit, quod nominatis conventionibus elegans proprium, & specificum nomen fuerit concessum, innominatis vero denegatum: & Doctoribus magis visum est, nominatis agentibus indita fuisse peculiaria nomina, quia, & fortiores, vsitatior, ac frequentiores sunt, vt in d. l. iuris gentium tradere Guillel. de Cugno, Ravnerius de foro, Liviio Alberic. Ang. Iass. Curcius Iunior, & Fortunius, Bal in rub. C. de rerum permu. Alexand. in d. l. iuris gentium. §. igitur num. 9. Cona. lib. 1. ca. 6. num. 12. & lib. 2. cap. 3. n. 3. & 8. Mencha. lib. 1. de successio. crea. §. 12. num. 46. Hæc tamen ratio differentia multis displicet, quia permutationem esse cōtractum innominatum viderur docuisse Paul. I. C. in l. 1. ff. de rerum permutatione, & Iustinianus in §. actionum instituta de actionibus, in illis verbis. Et ea

quæ ex permutatione, iuncta, lege. 1. & 2. de præscr. verbis, & voluerit Accurnus Bartol. Paul. Alexand. Iass. & Curcius Iunior in d. l. iuris gētium idē Accurs. in rub. C. de rerum permutatione, Ferdinan. Berégar. dominus. Anto. de Padilla, vbi supra Vaconius a Vacuna vbi supra, Barnabas Briffonius de verbis iuris, in verbo, Permutationis, Pardulphus Prateius, in Thesauro iuris ciuilibus verbo, Permutatio Cuiacius in paratitla. tit. de rerum permutatione, Francisc. Conan. lib. 7. commenta c. 15. Corraf. lib. 2. Miscella l. c. 15. num. 7. & tamen permutationem priscis illis temporibus gentibus omnibus vsitatam, & frequentissimam fuisse docet Arist. li. 1. Polytico. ca. 6. & lib. 5. Ethyco. cap. 5. Plinius. lib. 33. naturalis historie. cap. 1. Paulus Iuris Consultus in l. 1. ff. de contrahen. emptione vbi Guillel. Budæus, Ioannes Gasias de expens. & melio. c. 1. Vaconius libro. 1. declaratione. 27 Cona. lib. 7. cap. 5. Cælius Rhodigi. libro. 23. cap. 27 Sed hæc obiectio apud Fortunium nihil posset, quippe in d. l. iuris gentium in princip. multis rationibus contendat aduersus doctorum præiudicatam opinionem permutationem esse contractum nominatū, & ibi AEmylius Ferretus, nu. 15. & 33. suppresso Fortunio: verum Fortunij, & AEmylj, sententia frequentiori calculo nostrorum interpretum reiecta, & explosa est, eorumque argumētis satisfaciūt Padilla, & Berengarius, vbi supra, Dominus Ferdinandus de Mendocça lib. 3. disputatio ciuiliū, cap. 3.

3. Quare nouiores quidam dessectentes à communi sentētia in eam partem discessere, vt inspecto iure naturæ, & gentium nulla sit differentia inter contractus nominatos, & innominatos, & eas conventiones nomen habere, illas vero nomine caruisse procedere à iure quiritum. Hinc Franciscus Ottomanus in disputatione de pactis, pag. 123. nominata pacta scribit illa dici, quæ iam in de à primis vrbis temporibus, certā, & solem-

solemnem actionem habuerunt, indeque in usu forensi denominata fuisse: priscis enim temporibus, quibus illi præerant, ex certis tantum negotijs actiones conceperunt, quæ solennes, & usitatae nominabatur. l. 1. & 2. ff. de præscrip. verb. velut ex mutuo, deposito, empto, locato, & similibus. l. 2. ff. de origine iuris: hæc ergo pacta cõuenta, quæ olim in fastis, postea in prætoris albo certa suarum actionum nomina habuerunt, generale nomen inquit Ottomanus amisisse, speciali; & peculiari nomine ex suarum actionum formula denominata fuisse: innominata vero pacta dici Ottomanus scribit, quorũ causa priscis illis temporibus actiones nullæ compositæ sunt, nimirum, quod minus usitata essent remansisseque in generali nomine pacti, quoniam in prætoris edicto nulla eorum mentio fit, neque actio vlla eorum causa prodita, ac præscripta est. Quæ Ottomanus explicatio multis professoribus placuisse videtur.

Sed ipse cum hæc apud me rimarer attente, agnoui esse verum peruulgatũ & omnium ore tritum dictum illud omnes nouitates suspectas esse, vt colligitur ex text. in. l. in rebus ff. de constitutio. principum, & ibi obseruarunt Iaffo. & Oroscius, meminique me audiuisse aliquando doctissimum illum virũ, & omnium bonarum disciplinarũ cognitione præclarum, & illustrem Doctorem Didacum de Vera primarium iuris Pontificij professorem Salmanticensem, à quo primam lauream in eodem iure gloriabor accepisse, cum noua cõmenta, & phantasmata reprehenderet accerrime, dicere solitum, *nouedades dicbas, quasi noverdades*. Hinc à primis annis, quibus ad iuris prudentiam animum adieci, Ottomanus nouam sententiam suspectam esse de veritate credidi, nec probare vnquam potui, cumque adolescens voluptatis causa confecisset commentationem quandam ad disceptandum Pauli responsum in. l. naturalis ff. de præscrip. verb. reprehendi, & mul-

tis argumentis confutauĩ imaginationem istam Ottomanus. Vix enim entelligere possum, qui fieri valeat, vt contractus ex nomine actionis suæ nomen assumat, cum actio ex ipso contractu denominetur, & appellationem specificam propriam, & peculiarẽ sortiatar: actio enim, quæ procedit, proficiscitur, & fluit ex nominatis conuentionibus nullo alio nomine, quàm contractus nuncupatur. Quæ enim ex vendito, & empto competit actio, ex vendito, & empto appellatur, & sic de ceteris. Apparet que ex eo contractuum prius nomina formata fuisse, eisdẽque actiones creatas, posterus à prudentibus conuestitas fuisse, & licet cõmunis traditio admittenda esset actiones omnes, & origine, & forma iuris ciuilibus esse, tamen illarũ inuentiones denomine nihil statuerunt, solumque esse cere, vt ex contractibus iure gẽrium cognitis, & approbatis ius agendi in iudicio competeret contrahenti, idque certa forma, & solẽnitare proponeretur.

Præterea si vera esset Ottomanus sententia sequeretur ex illa contractũ emptionis, & venditionis, locationis, & cõductionis mutui, commodati, depositi, pignoris, & similia hæc iacta fundamenta ciuitatis Romanæ nomine caruisse: quod quam sit falsum cõuincam apertissime. Vellem enim diceret Ottomanus mihi, an Persæ, Babylonij, Phœnices, Athenienses, Lacedæmonij, Corinthij, Thebani, ante quam Romulus vrbis fundamenta iecisset contractum illum, quo agitur, vt res detur, vel tradatur ob pecuniam alteri sua futura, vel illum in quo conuenit, vt tantumdem ingenere reddatur, vel idẽ numero finito usu restituatur, appellauerint, & distinxerint nominibus specificis, & proprijs? At forsam Ottomanus dicet nequiquam specificis nominibus discreuif se? sed magnam rerum perturbationẽ, atque ingens chaos inducere contendit Ottomanus. Nam, & in aliquot libris sacris, quorũ autor diuino spiritu

Prooemium totius

suggerente fuit Moyses, quiq; nõ solũ Romæ fundamenta, & initium, sed Troianum bellum multis annis præcelsi, vt accurate probat Iustinianus Martyr in apologetico contra gentes, deprehēdit factam mentionem de contractu emptionis, & venditionis nomine peculii proprio, & distincto. De emptione enim, & pecunia agitur Geneseos c. 17. & cap. 23. & Hieremię cap. 32. vt post Balduinũ obseruat Pinelus in Rub. C. de rescin. venditione. r. p. cap. 1. nu. 27. scribens ex Alberico Tharem patrem Abrahamę fuisse primum, qui pecuniam fabricauit iussu Nini Regis.

Et qui historiam Daretis Phrygij, & dicti Cretensis, qui bello Troiano astiterunt, vel Mercurij, Trimegisti, Homeri, Hesiodi opera legerint, facile deprehendent multo ante urbem Romanam conditam propria, & peculiana nomina his fuisse tributa conuentionibus. Quis enim negare poterit mutuũ depositum, pignus, commodatum, societatem, emptionem, venditionem, locationem, conductionem apud Græcos, ab antiquissimis temporibus habuisse nomina specifica? nullus profecto. Acceperunt ne Græci à Romanis? non quidem: cum apud Arist. Herodotum, Platonem, Isocratem, Demosthenem, Xenophontem, Euripidem, Sophocle, Aristophanem Licophonẽ, Pindarũ Callimachum, eorum contractuum nomina distincta reperiantur, qui rerum Romanarum suis temporibus per exiguã notitiam habuerunt. Quod si Ottomanus vult dicere, emptionis nomen ei contractui ex iure Romano conuenire, agnoscam libenter. Nam cum id nomen Latinum, sit, & à Romanis primum factum, excogitatum, & inuentum, sane aliunde non potuit originem trahere. Sin vero sentit contractum, qui à Romanis appellatus est emptio, & venditio, vltra generale nomen contractus non habuisse apud gentes aliãs, ac nationes nomen peculiare, & proprium ante formatas, à prudentibus actiones,

falsum arbitror, nec vnquam mihi persuadebit Ottomanus, nec si Papinianus & Baldo viderent, quod difficile reputo, assentirem.

Aio ergo veram esse Doctorum cõmunem sententiam, gentes quibusdam contractibus nomina indidisse, alijs vero non potuisse imponere, aiente Vlpiano in l. 4. ff. de præscrip. verbis, natura rerum cõditum esse, vt plura sint negotia, quàm vocabula.

Sed vt ad propositum dilabamur, de censu quid statuendum est? est ne nominatus an innominatus contractus? & certe contractum esse manifestum est, quia in eo reperitur synallagma, & vltro citroque obligatio iuxta definitionem Labeonis in l. Labeo. §. contractum ff. de verborum significatione, quia vnus ad pretium, alter ad solvendum redditum quoq; anno obligatur, & quanuis vterque non obligaretur, sufficeret mutuus, vltroque partis consensus, vt contractus proprie dici debeat iuxta verã explicationem eius definitionis, quã in lucem protulit Antonius Guibertus Constanus libro vno quaestionum iuris memorabilium capite 8. nu. 15. 16. & 17. innominatum autem esse videtur dicendum, si Baldo assentiendum est. Is enim in capitulo vltimo de causa possessionis, & proprietatis, & in Rubrica. C. de rerum permutatione numero. 2. & in l. vnica num. 8. C. quando liceat ab emptione discedere generaliter notat contractus omnes à consuetudine inductos innominatos esse. Sed Baldi sententia communi consensu explosa est, vt testatur dominus Antonius de Padilla in dict. l. naturalis in princ. num. 27. Valaf. quest. 6. num. 5. & 6. & Benedictus Bonus articulo. 5. Orosius in le. iuris gentium §. quini-mo numer. 52. ff. de pactis resoluens numero. 50. hunc contractum censualem nominatum esse, quia & formã, & nomen habet à cõsuetudine, idemque docet Benedictus Bon. in tract. de censib. art. 5. Inquiret tamen lector studiosus, quæ

quæ nam utilitas ex hac possit colligi observatione? ego quidem animaduerto multipliciter colligi & primum, quod ex contractu census dabitur actio nominata, ut puta ex censu, non præscriptis verbis, aut in factum, quemadmodum ex contractu emphyteutico actionem ex emphyteusi competere scripsit Bart. in l. vnica ff. de conditione ex leg. Ange. in §. adeo numero 5. instit. de locatione, & conductione, & sequitur Dominus Antonius de Padilla in dict. l. naturalis in principio, numero. 28. quamuis reluctentur Iasson in l. 1. numer. 68. C. de iure emphyteutico Dominus Franciscus Sarmiento libro 3. selectarum interpretationum cap. secundo numero. 6. Aluarus. Valas. dict. quæst. 6. numer. 8. hæc tamen animaduersione non continet magnam utilitatem, quia necesse non est exprimi nomen actionis in libello, sed sufficit factum ita apte narrare, ut iudex sine alia expressione possit colligere quæ actio competat agenti, ut ex multis scribit Alua. Valas. vbi supra numero. 9.

Præterea interest maximè contractum esse nominatum, vel innominatum, quia in contractibus nominatis ante implementum nascitur obligatio naturalis, & civilis l. Iulianus. §. offerri. ff. de actioni. empti, & venditi: in conventionibus autem innominatis saltem respectu nec naturalis ante implementum nascitur obligatio, ut docuit Bald. in l. petens C. de pactis, & in l. apud acta. C. de transactio. vbi sequuntur Ioannes Maria. Riminaldus, & Lancellotus Decius col. 2. sequitur Ferdinandus Berengarius in dict. l. pacta conuenta ff. de contrahen. emptione in 9. parte gloss. in subdiu. membrorum, numero. 4. Menchac. de successio. creatione §. 12. numero. 45. plures alios refert Dominus Ferdinandus de Mendocça d. libro. 3. capit. 2. qui tamen cum Baldo non consentiunt, ino contrariam sententiã abiere. Et enim in contractibus innominatis ante implementum consensus non est pare

adhibitus: sed in euentum promissionis alterius, quæ est causa, quare consentiat. Dum enim facio ut facias, non pure promitto me facturum, sed ita ut tu quoque facias, & ostendo me, non facturum, si non promississes facere, & sic vinculum nullum subest ea causa pendente, ut eleganter, & ingeniose considerat Ferdinandus Berengarius dict. num. 4. versiculo contrariam. Præterea, qui naturaliter tenetur, si soluerit repetere non potest l. naturaliter. 13. ff. de conditione indebiti, sed qui soluit in contractibus innominatis, liberam habet repetendi facultatem ante implementum alterius l. 3. §. 1. ff. de conditione causa data, causa non secuta: ergo apparet euidenter ex contractibus innominatis ante implementum non nasci obligationem naturalem. Quam sententiam amplector libenter, tamen si sciam Accursi. Schollo magno in l. petens C. de pactis docuisse contrarium, & probasse plures, ex quibus receptam sententiã dicunt esse Bartol. Socinus in Rub. ff. de verbo. obliga. num. 8. & ibi Ripa numero. 40. Antonius Gomez secundo tomo variarum cap. 8. & defendit Dominus Ferdinandus de Mendocça dict. capit. 2. à num. 2. Hinc sequitur in censu ante implementum cum nominata conuentio sit, nasci nedum naturalem, sed etiam obligationem civilem.

Pro cuius rei cognitione lucidiori videtur dicendum, contractum census in spectata sua primitiua institutione, & origine referendum esse inter eos contractus, qui consensu fiunt: nam census velut quædam est forma, & species emptionis, & venditionis, ut eleganter notat Dominus Franciscus Sarmiento li. 7. selectarum interpretationum cap. 1. & à Martino Quinto, & Calixto Tertio in duabus illis Extrauagantibus de emptione, & venditione census vocantur emptiones, & venditiones. Quam obrem cum emptio, & venditio solo consensu fiat l. 1. in fine ff. de contrahen. emp. text. in princ. inst. de empt. & vendi. l.

Proœmium tertiũ

di. l. ab emptio. ff. de pactis lege. 1. &
 2. C. quando liceat ab emptio. discede-
 re l. 1. tit. 5. part. 5. census quoque fit
 solo consensu. Semel ergo ac conuene-
 rit, vt ego dem tibi centum, & pro illis
 tu mihi constituas annum redditum, cõ-
 fit est. Nam, & hypotheca solo consen-
 su contrahitur, qua ratione differt à pig-
 nore §. Item Seruiana inst. de actio. l. si
 rem. alienam. §. proprie ff. de pignora.
 actione l. 1. tit. 13. part. 5. Cõstanti. Har-
 menopu. in epitome iuris ciuilibus, libr. 3.
 tit. 5. §. de pactione pignoris, Azo in sum-
 ma C. de pignori. numero. 1. Goffre. in
 summa eodem tit. Negusan. de pigno.
 1. p. Ludoui. Maynus lib. 2. actio. ca. 14.
 Bellonus & Cuia. in dict. §. Item Seruia-
 na. iuxta vero Extrauagantem, consti-
 tutionis Pij Quinti, fœlicis recordatio-
 nis, quæ nouam formam in creando cẽ-
 su constituit, censum dici posset annu-
 merandum esse his contractibus, qui re
 perficiuntur. Decreuerat enim Ponti-
 fex ille non aliter posse creari censum,
 quàm in pecunia numerata coram no-
 tario, & testibus instrumenti, & aliter
 creatum censum nullius esse valoris, &
 momenti, ac propterea ex constitutio-
 ne illa Extrauaganti Pij Quinti vide-
 batur rei traditionem necessariam esse
 ad creationem, & perfectionem cẽsus,
 ideoque eum contractum re celebrari,
 quemadmodum mutuum, pignus com-
 modatum depositum. Nec nouum est,
 contractum sublata forma priori, in aliã
 transformari. Nam donatio iure dige-
 storum non perficiebatur, nisi traditio-
 ne, vel stipulatione l. Senatus 35. §. 1. ff.
 de donatio. causa mortis. l. mortis causa
 34. in principio & §. vltimo. ff. de dona-
 tio l. hactenus. §. vltimo ff. de constitu-
 ta pecunia, Paulus lib. 2. sententiarum
 titulo. 16. Cõstanti. Harmenopulus in
 epitome iuris ciuilibus libro 3. titulo. 1.
 Antonius Gomez 2. tomo variarum ca-
 pite 4 de donatio. numero. 1. ideoque
 attento digestorum iure Bart. in l. iuris
 gentium in principio ff. de pactis dona-
 tionem retulit inter eos contractus, qui

re celebrantur, & sequuntur Doctores
 communiter, este Oroscio ibi numero
 1. Riminaldo in principio inst. de do-
 nationibus numero. 43. Ferdi. Berenga-
 rius, in dict. l. pacta conuenta. 3. ca. in 9.
 p. glossa. à numero 11. at Iustinianus in
 l. si quis argentum. C. de donationibus
 statuit, illam nudo consensu perfici, &
 celebrari, iamque non inter contractus
 qui re, sed inter contractus, qui consen-
 su fiunt, connumeratur, vt attigisse vide-
 tur Antonius Gomez, vbi proxime. Sed
 Extrauagantem Pij Quinti responsum
 est in comitijs habitis Madriti, vt supra
 retuli, non esse in his regnis admissam,
 nec receptam, ideoque secundum statũ
 præsentem census consensu solo fieri
 videtur iudicandus. Nihilominus tamẽ
 censeo verius esse, vt etiam ante Pium
 Quintum census referri debeat in nu-
 merum contractuum, qui re celebra-
 tur. Quoniam vt latissime probatũ est
 c. 7. huius libri, versu. Quarta. conditio
 est, ad census validitatem & iustitiã de-
 sideratur præsentia, & traditio pretij cõ-
 tẽporanea formationi, & creationi cõ-
 tractus ipsius: at contractus, qui ex tra-
 ditione rei perficiuntur, & ante nec no-
 men nec substantiam habent, re celebra-
 ri dicuntur, vt egregie notat Barto. &
 post eum Doctores omnes in l. iuris gẽ-
 tium in principio ff. de pactis. Erit ergo
 nuda cõuentio ante traditionem, & nu-
 merationem pecuniæ de creando cen-
 su, vt conuentio de commodando, aut
 deponendo. Quæ licet inefficax sit iu-
 re ciuili l. iuris gentium §. igitur nuda
 pactio ff. de pactis. l. legem. C. eodem.
 l. nuda C. de contrahenda, & commitẽ-
 da stipulatione, tamen Iure Canonico.
 cap. 1. & cap. qualiter de pactis, & iure
 Regio l. 2. titulo. 16. lib. 5. nouæ Compi-
 lationis efficax est vt pasciscentes cogi
 possint ad censum celebrandum. Nec
 memouet, quod sit emptio, & veditio,
 quoniam est irregularis, & anomala,
 ideoque nõ est in omnibus, & per om-
 nia emptio, & venditio: accedit tamen
 ad eam in multis, habens nihilominus

pro-

proprietates ab emptione, & venditione discrepantes, sicut emptione, & teufis ad locationem, & conductionem accedit, & tamē in multis ab illa differt. §. adeo inst. de locatione, & conductione.

20 Rursus sequitur contractus innominatos ante implementum nec Iure Canonico, nec Regio producere obligationem aliquam (loquor autem de respectu non de alijs) Baldus in leg. cum quis num. 17. C. de iuris & facti ignorantia, Iass. in l. iuris gētium. §. sed cum nulla numero. 8. ff. de pactis, dicit communem Dominus Antonius de Padilla in d. l. naturalis §. 1. num. 8. Gregorius Lopez in l. 1. titulo. 11. part. 5. verbo *gran pro*, Didacus Perez in l. 3. titulo. 8. lib. 3. ordinamenticolum. 149. Villalpado in l. 22. titulo. 1. part. 7. partis. 7. quæst. 8. Menchaca de successuum creatione. §. 12. num. 64. tametsi quod attinet ad ius Regium dissentiant Didacus Perez vbi supra, Antonius Gomez 2. tomo cap. 8. num. 4. & alij quos refert, & sequitur Matienço in l. 2. tit. 16. libro. 5. nouæ Compilationis Gloss. 2. num. 6. Azeuedo in l. 11. titulo 1. libr. 4. eiusdē voluminis num. 26. Gutierrez de iuramento confirmatio prima part. cap. 35. num. 1.

21 Est quoque alia differentia inter contractus nominatos, & innominatos, quod innominatis non admittitur pœnitentia l. sicut. C. de actionibus, & obligationibus l. fideiussor §. penultimo. ff. qui satis dare cogantur l. de contractu. C. de rescindenda venditione l. cuius bonis ff. de curatore furiosi l. 1. §. 1. ff. nauaræ, caupones, vel stabularij: inconventionibus vero innominatis locus est pœnitentiæ, adeo vt qui ex parte sua impleuit, ante quam alter impleat, libere pœnitere, & à contractu discedere valeat, datūque reperere, vel conditione ob causam, vel actione præscrip. verbis l. si pecuniam ff. de conditione causa data, causa non secuta l. ex placito C. de rerum permutat. l. 3. titulo. 6. part. 5. resolunt omnes communiter in d. l. iuris gē

tium in principio, latissime Padilla, Méchaca, Berengarius, Didacus Perez Antonius Gomez, Matienço, & Ferdinandus Mendocça vbi supra. Ex quo apparet, dicendum esse in contractu censuali etiam re integra nõ esse locum pœnitentiæ, non solum ciuili iure, sed canonico, & Regio, quia nominata conuentio est, admitteretur tamē pœnitentia, si fuisset innominata, non solū iure Romano, sed Põnificio, & Regio, quia nullam esse discordiam interea iura magis sentio, vt etiam tradidere Méchaca, Padilla, & Berengarius vbi supra. Igitur semel ac conuenit, vt pro certo pretio census constituatur, & solvatur redditus in singulos annos, nullus poterit re integra discedere, nisi simul consentiāt quia nihil tam naturale est, quam vnū quodque eodem genere dissolui, quo colligatum est l. nihil tam naturale ff. de regulis iuris, & omnis res per quamque causas nascitur, per easdē dissoluitur, capite omnis 27. quæstion secunda.

Hinc memini Cõsultum de facto respondisse, licitam esse pœnitentiam iure regio in eo contractu, quo actum est, vt tradat quis alteri prædia sua excolenda, & ipse quot annis tres, aut quatuor soluat modios tritici, quia isthæ conuentio innominata est leg. si olei, & ibi Gloss. C. de locato, & conducto. Gloss. in l. naturalis §. at cum do, verbo, si res. ff. de præscrip. verb. & ibi Dominus Antonius de Padilla numero. 1. gloss. & Theophy. in prin. inst. de locatio. & conductio. Gloss. in l. 1. §. si quis seruum ff. depositi, Gloss. in l. 2. verbo mercede ff. locati, Panormi. in cap. propter numero. 14. eodem titulo, Antonius Gomez 2. tom. cap. 3. numer. 3. Baldui. & Egui. in prin. inst. de locatione agnoscūt esse commune placitum interpretum, Ioannes Corrasius lib. 2. Miscellaneorum iuris cap. 11. Pinelus in Rubric. de rescind. venditione. 2. p. cap. 3. numero 28. tametsi Corrasius, & Pinelus à communi sententia dissenserint.

Hanc

Hanc vero differentiam inter nominatas, & innominatas conventiones, dū taxat iure humano esse proditam, & institutam, contendit Dominus Ferdinandus de Mendoza vbi supra resolvens iure naturæ improbam, & illicitam esse pœnitentiam in contractibus innominatis, & exinde deducens solo consensu, simplici que conventionem absque traditione vlla rei dominium transferri iure naturæ incontractibilem, vt puta ementem, donatarium, mutuo accipientem, & alios id genus.

Virumque autem existimo maximam difficultatem continere, & alienum esse à receptis iuris traditionibus. Nullus enim vñquam admisit leges civiles recipientes pœnitentiam in contractibus innominatis esse iniustas, & contrarias iuri naturali, quinimo communis schola manifeste agnoscit iustas leges esse. Fluxere ergo ex limpidis fontibus iuris naturalis: nam lex omnis iusta ex i. naturæ derivatur, vt docent omnes in capite vltimo de consuetudine, & in c. erit autē lex quarta dist. S. Thom. 1. 2. quæst. 95. artic. 2. & ibi Caietan. & Medina, Fortunius Garcias de vltimo fine vtriusque iuris in principio, Dominicus de Soto libro. 1. de Iustitia, & iure quæstion. 5. artic. 2. Ferdinandus Vasquius Menchaca libro 1. controuersiarum illustrium cap. 29. numero. 20. Alfonso à Castro libro 1. de potesta. legis pœnalis cap. 1. 2. & 3. ac proinde cōuincitur apertissime, pœnitentiam in cōventionibus innominatis non esse aduersam, & contrariam iuri naturali. Nā aduersus legem naturalem nihil, quod sit iustum statuere potest humana lex, & positua cap. vltimo de consuetudine §. sed naturalia quidem iura instituta de iure naturali. eas obligationes ff. de capitis diminutione.

Rursus si pœnitentia in cōventionibus innominatis repugnat, & aduersatur institutis naturalibus, peccarent vti que, qui iuris civilis dispositioni se conformantes re integra pœniterent:

omnis enim iuris naturalis trāsgressio peccatum. dicit cap. cum tanto de consuetudine, quod falsum esse non dubito alleuerare, quippe verum sit, agentem secundum legem iustam excusari prorsus à peccato l. Grachus. C. ad legem Iulian. de adulterijs, & manifestissimum est. Ideoque Socinus in rubrica ff. de verborum obligatio. numer. 8. iure naturæ licitam esse docet pœnitentiam in contractibus innominatis. Nam & si admittat ex illis nasci ante implementum obligationem naturalem, illam tamen dicit esse debilem, & frigidam, quamuis Socino contradicat Fraciscus de Ripa ibi nume. 43. Nec obstat, quod Ferdinandus dicit pactorum obseruationem non spectare ad prima naturæ principia, sed ad conclusiones iuris naturalis, & ideo non æqualiter obligare semper, & in omni populo, & in omni foro, mutabilemque esse, prout iusto legislatoris iudicio visum fuerit. Quoniā legem naturæ non posse mutari, nedū quantū ad prima, & generalissima principia, & conclusiones ex illis immediate procedentes, sed etiam quantum ad conclusiones collectas per mediatam consequentiam, nec aduersus illas legem humanam quidquam posse disponere, semper verissimum esse credidi. Non enim humanæ leges efficere possent, vt liceat mentiri, occidere, fornicari, depositum nō reddere, vel pacta nō seruare, cessare verò effectum, & vim conclusionum iuris naturalis ob aliquā circumstantiam, non est proprie legem naturalem quantū ad conclusiones mutari. Nā id proprie dicitur mutari, quod dum perstat, & manet, alteratur, tollitur, & mutatur, ideoque D. Tho. 1. 2. q. 94. art. 5. in corpore articuli dixit eam mutationem fieri per modum subtractionis, vt scilicet aliquid desinat esse de lege naturali, quod prius fuit secundū legem naturalem. Lex naturæ dicitur depositum esse reddendum, hæc nō mutatur proprie, cum eadem dicitur, gladium depositum à furioso illi non esse reddendum.

reddendum, sed cessat ob eam circumstantiam. Lex quoque naturalis dicitur non esse furandam, hæc non mutatur proprie, cum alienum capitur in extrema necessitate, sed cessat in eo casu. Ut ergo ad propositum accedam, aut lex naturæ, quæ negat, quæque vetat, & prohibet in contractibus pœnitentiam, cessat, & definit obligare in contractibus innominatis ob aliquam circumstantiam, quæ seclusa lege humana facit cessare præceptum naturale, & ab eo intentum: si vero non cessat hoc modo, non poterit humana lege mutari, quia nec aduersus iuris naturalis conclusiones lex humana potestatem habet. Non nego, lege positua effici posse, ut hæc pacta, illi vè contractus non seruentur. Nam cum pacta, & contractus sint actus humani, subsunt, & subiiciuntur humanæ legis potestati: ideoque Ecclesia irritare potest matrimonium, quamuis sacramentum sit, quia lex naturæ, quæ dicit pacta implenda, & contractus obseruandos esse, non negat in particulari, quin humana lex huc vel illum contractum prohibere non possit, si reip. quieti, & tranquillitati expedire videatur, ideoque in particulari cessat naturalis æquitas generalis dictans fidem seruandam, pacta implenda, huicque vel illi contractui resistere potest à principio lex humana, & resistendo impedire, ne ex illo nascatur obligatio naturalis. l. cū lex ff. de fideiussor. l. si non sortem in prin. ff. de conditione indebiti.

Sed esto equitatem naturalem generaliter dictare in omni contractu non licere vni, inuito altero, pœnitere, tamen, quia circa contractus longe, lateque patet humanæ legis potestas, lex civilis potuit statuere, ut inconventionibus innominatis re integra liceat inuito altero pœnitere, ac proinde cū supposita dispositione iuris Cæsarei cessauerit illa naturalis æquitas generalis, proculdubio pœnitentia, quæ admittitur re integra in contractibus innominatis, non potest iam dici contraria, &

aduersa iuri, & æquitati naturali.

Minusque placet quod Ferdināus ait, in foro exteriori legibus Cæsareis denegatam actionem esse contractibus innominatis ante implementum, ut obuiam multis incommodis iretur. Nā leges ciuiles, quæ negant actionem ex contractu innominato ante implementum, non sunt toleratiuæ, aut dissimulatiuæ, sed approbatiuæ, ideoque vires suas extendunt ad animæ iudiciū, & cōscientiæ forum. Præterea cum ex contractu innominato ante implementum non oritur obligatio naturalis, plane sequitur in foro interiori nihil operari. Denique, si recte loquendum est, ante implementum contractus non est, ut colligi videtur ex text. in l. naturalis in princ. ff. de præscrip. verbis, & in l. 1. §. item emptio. ff. de rerum permuta. & docuit solus ex omnibus, quos viderim, Ioann. Corras. lib. 1. Miscellane. iuris capi. 23. num. 7. 8. & 9. ac proinde antequam sit nullum, poterit effectum producere, quia non entis nullæ sunt species, neque qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur.

In altero vero, quod Ferdināus asserit solo consensu, & nuda conuentione absque traditione aliqua dominium transferri, rem nouam profert, & creditu difficilem, nam absque traditione iure ciuili dominium non transferri, ultra text. in l. traditionibus. C. de pactis, probat expressum responsum Callistrati l. C. in l. si ager. 50. ff. de reuendicatione scribentis in hæc verba, *Si ager exemptionis causa ad aliquem pertineat, non recte hac actione agi poterit, ante quam traditus sit ager, tuncque possessio amissa sit.*

Constat ergo ex eo responso Callistrati ex solo contractu emptionis, & venditionis absque traditione dominium non transferri, quia aliàs non negasset Callistratus in rem actionem competere ante traditionem. Quid, nonne aperitissime ita rescripserunt Cæsares Dioclecianus, & Maximianus in l. quod

ries.

Proœmiur totius

res. 15. C. de rei vendicatione? ubi rem esse perquam manifestam rescribere duobus in solidum re vendita, & d. ista præferri eum, cui tradita sit. Nam si sola conuentio, & nudus consensus dominium transferret, Cæsares illi prudētissimi decreuissent eum, cui tradita res est, præferendum esse, & præsertim, quod nisi ex causa publicæ utilitatis dominium vni iuste quæsitum ab eo repugnante, & inuito non possit auferri. Item si verberatum. ff. de rei vendicatione. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. l. Lucius. ff. de euitutionibus, atque rem esse perquam manifestam scribit Hugo Donellus de vsuris pag. 15. & 16. quod vero nec iure naturali absque traditione dominium transferatur, probat mihi text. in. §. per traditionem instit. de rerum diuisione, ubi Iustinianus imperator sic scribit, *Per traditionem quoque iure naturali res nobis adquiruntur. Nihil enim tam conueniens est naturali equitati, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri, ratam haberi, & ideo cuiuscunque generis sit, corporalis res tradi potest, & à domino tradita alienatur.* Apparet igitur ad translationem dominij esse necessariam traditionem iure naturæ. Nam si nudo, simplici que consensu transferretur, frustra Iustinianus dixisset per traditionem iure naturali res nobis adquiri: id que antea docuerat Gaius I. C. in. l. qua ratione. 9. §. hæc quoque res ff. de acquirendo rerum dominio, ibi, *Itæ quoque res que traditione nostra fiunt, iure gentium nobis adquiruntur,* & expressius docet Theophylact. in dicto. §. per traditionem sic scribens, *φυσικὸς τρόπος κτιστῶς εἶναι ὁ τῆς παραδιδόντος, κατὰ τὴν ἐπιβουλήν κατὰ χεῖρας αὐτοῦ καὶ μεταβῆσθαι τὴν πάλαιον καὶ ἀπέδρα, ἢ καὶ φυσικὴν τὴν πρῶτον εἶχοντα,* Quæ verba sic conuertit Iacobus Cuiacius Brugenfis, Theophylactus interpres, *Est, & naturalis acquirendi modus per traditionem, & quid est traditio de manu in manum translatio, naturale in quendam*

minimeque multa solemnitatis actum, & qui facti absolui possit continens. Quæ verba Theophrasti explicat Vbesenbeck. in d. §. per traditionem, num. 1. Iacobus Cuiacius libro 1. obseruatio. ca. 19. Antonius Concius libro 1. disputatio. ca. 8. Rursus probatur ex text. in. §. interdum instit. de rerum diuisione, ubi Iustinianus docet peculiare esse in specie à se proposita sine traditione nudam voluntatem domini sufficere ad rem transferendam propter originariam, & primordialē traditionem, probat quoque text. in l. 1. ff. de acquirend. possessione in illis verbis, *Dominumque res ex naturali possessione cepisse Neruo filius ait.* Denique facit, quod Theologorum schola communis docuisse videtur, ex natura rei promissionem, nudamque voluntatem, nec tribuere ius in re, nec dominium transferre, quemadmodum resoluit Dominicus de Soto lib. 7. de iusti. & iure quæst. 2. arti. 5. versic. Contra hanc autem scribens. *Respondetur autem hoc esse negare manifestissime naturam promissionis, & dationis. Enim vero, qui pecuniam aut equum amico dare pollicetur, non ideo ab se dominium abdicat. Nam si postea alteri daret, teneret datio, itaque à vero domino profecta, alias deberes dicere, quod quicumque alteri aliquid debet, iam non esset dominus illius: quæquidem assertio esset contra omnem legem, & forenses usum. Concedimus ergo, quod homo per voluntatem potest transferre dominium, non tamen per solam promissionem, sed per dationem.* Hæc Domini. de Soto.

Ex quo non verebor affirmare Ferdinand. lib. 1. suarum disputationum civilium ca. 4. num. 62. non recte sensisse matrimonium non dirimere ex natura rei præcedentia sponsalia de futuro, & post illa cum altera contractum nullum esse iure diuino, & naturali. Nam cum id matrimonium ex multorum Romanorum Põtificum sanctionibus valeat, ut constat, ex text. in cap. sicut ca. si in-

ter

ter. c. de illis de spons. dicit r. septu. Co
uar. in 4. r. p. c. in prin. n. 9. Domin. de
Soto. in 4. d. 27. q. 2. art. 5. ver. 5. reliqui
casus Mich. de Palac. in 4. dist. 17. disp.
3. pag. 612. col. 2. Petrus Soto de instit.
clericorū in tract. de matrimo. lect. 14.
Anto. Gubertus Cōstanus in cōmētario
de spōs. & matrim. c. de effectu sponsa
lio, n. 8. plane conuincitur apertissime,
matrimoniu cōtractū cū vna aduersus
spōsalia de futuro celebrata cū altera,
nō esse nullū lege naturæ. Nā Ecclesia
nequit approbare, & permittere matri
monia prohibita, & inualida l. naturæ.

14. **V**ero huic disputationi postre
mam maſſam imponam annotanda est
elegans differentia inter nominatas cō
uentiones, & innominatas, quam lite
ris consignatam reliquit Dominus Frā
cis. Sarmiento de redditibus ecclesiasti
cis. r. p. c. 4. num. 9. vt etſi cōtractus ce
lebrati metu valeant mero iure l. i. &
per totum ff. quod metus causa. c. 2. c.
ad audiētiam de his, quæ vi. l. si quis vi.
C. eodem tit. l. interpositas. C. de transf.
lin omnibus causis ff. de regu. iuris vbi
Decius, Cagno. & Petrus Faber, & ag
noscit communem Fortuni. de vltimo
fine illatione. 21. Nauarr. in cap. accep
ta de restitu. spoliat. oppositione. 5. nu
mero. 8. Menochi. de arbitra. casu 135.
Bursatus consi. 72. tamen innominati
contractus metu facti à principio sunt
nulli. Cuius rei pulchram rationem iu
dicio, & sentētia mea cōsiderat Domi
nus Franc. Sarmien. vbi supra quēvide.

EXCAP. III.

Epitome.

- 1 **B**ona fidei variæ acceptiones
referuntur.
2 Quare dicantur quedam
actiones bonæ fide, & aliæ
stricti iuris, & num. 3.
4 Differitur de ratione, quare certi sint
cōtractus bonæ fidei, & alii stricti iuris.
5 Propōnitur vera ratio, quare mutui
cōtractus non referantur inter bonæ
fidei cōtractus.

6 *Emphyteusis est cōtractus stricti iuris.*
7 *Census non bonæ fidei, sed stricti iu
ris cōtractus est.*

8 *In cōtractibus bonæ fidei dolus dās
causam cōtractui efficit cōtractū
nullum, sed in cōtractibus stricti iu
ris non vtique.*

9 *In bonæ fide cōtractibus à tempore
moræ vsuræ debentur, sed in cōtra
ctibus stricti iuris non.*

10 *Redditus redditū nō licet exigere.*

11 *Usuras commodi percepti recompē
satiuas esse licitas iure canonico ostē
ditur & num. 12.*

13 *Usura triplex est, quæ tā damni re
stauratiua, & quæ dā cōmodi recōpē
satiua, & quædam lucratiua.*

14 *Discutitur nam in cōtractibus stri
cti iuris locum habeat remediū text.
l. 2. C. de rescin. vend.*

15 *Ostenditur ad cōtractū censuale
non spectare remediū text. in d. l. 2. si
cut, nec habet locum vbi cumque a le
ge pretium est taxatum.*

CAP. V. T. III.

*An census sit cōtractus bonæ fidei vel
stricti iuris.*

Nunc autē agēdū est, an cēsus sit
cōtractus bonæ fidei, an verò
stricti iuris. In qua disp. præmit
to, nomen hoc, *Bona fides*, varie in iure
nostro accipi, vt elegāter notat Cor. li.
2. Misc. iuris c. 8. Idē Corr. & Misin. in.
§. actionū inst. de actio. Bris. & Ottom.
de verbis iuris verbo, bona fides, Cou.
in reg. possessor de regulis iuris li. 6. 2.
p. §. 6. Doct. Gonç. Suarez de Paz in sua
praxi. 3. to. c. 6. de actionibus bonæ fidei
n. 2. 3. & seqq. Principio enim bona fi
des dicitur, quæ dolo, & fraude caret &
male fidei opponitur, quæ in omni cō
tractu, siue bonæ fidei sit, siue stricti iu
ris, necessaria est. l. si mādato. §. 1. ff. mā
da. l. bonā fidē. C. de actioni. & oblig. l.
1. C. de rescin. vend. quibus in locis bo
na fides purū significat animum, cons
cientiam rectam, ab omni fraude, & ca
liditate seiunctam. l. res bona fide lege

D *de eam*

Proæmium totius

si eum fundum ff. de contrahen. emptione. in qua significatione bona fides nõ accipitur in illa Iustiniani diuisione actionũ bonæ fidei, & stricti iuris. Rursus bona fides accipitur pro consciẽtia rei proprię l. si existimans ff. pro soluto l. si fundum. ff. de adquirend. possessione, late Couarr. d. §. 6. numer. primo & §. seq. num. 1. Rursus bona fides æquitatem, iustitiamque significat, quam Græci *ἐπιεικεία* appellant (quemadmodum Budæus explicat ad l. 1. ff. de iustitia, & iure) vt docuisse videtur Vlpia. in l. & si quis 14. §. hæc actio. ff. de religio. & sumpti fune. his verbis. *Hæc actio, quæ funeraria dicitur ex bono, & æquo oritur, continet autem funeris causam tantum impensam, non etiam cæterorum sumptuum. A Equum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est ex causa, ex tempore, & ex bona fide, vt neque plus imputetur sumptus nomine, quam factum est, & Thriphoni. l. C. in l. bona fides ff. depositi, inquit, Bona fides, quæ in contractibus exigitur, summam æquitatem desiderat, & Vlpian. in l. 2. ff. de action. & obliga. sic scribit, In his contractibus (loquitur de bonæ fidei contractibus) alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono, & æquo præstare oportet, id est, non eo solo quod cautum est.*

2. Hac autem ratione, & modo bona fides accipitur à Iustiniano in §. actionũ instit. de actio. dum partitur, & distribuit actiones omnes in bonæ fidei, & stricti iuris. In his enim actionibus, & cõtractibus bonæ fidei, alter alteri obligatur, aut officio iudicis tenetur, de eo, quod alterum alteri ex bona fide, hoc est, ex bono, & æquo præstare oportet, & iudex in his amplam, & liberam potestatem habet iudicandi, quod sibi bonum æquumque fuerit visum, quamuis de eo non sit actum dictum, aut à contrahentibus expressum. Quale est illud de vsuris, quæ ex mora debentur in cõtractibus bonæ fidei. l. mora. §. in bonæ fidei ff. de vsuris: in actionibus autẽ, &

contractibus stricti iuris solum viciunt, quæ exiguntur natura actionis, & contractus, quæque sunt expressa à contrahentibus, ob idque stricti iuris appellantur, strictum enim ius, vt docet Budæus, & Corrafi. vbi supra, significat ius prædurum exactũ, rigorisque plenũ, ac proinde in his actionibus vsuræ, & accessiones locum non habent. l. quia tantumdem de nego. gestis. l. 3. C. de vsuris. Ita explicant Accursi. Ange. Gomez. Ozerius, Montanus. Benincasi. Misingi. Baldi. Ottoma. & Vbesembach. in d. §. actionum glo. in cap. cum dilecti de emptione, & venditione, & in cap. cū venerabilis de exceptio. & ibi Panor. nu. 2. Decius in l. actionibus numero. 4. ff. de in litem iurãdo, Corrafi. vbi supra, agnoscit esse communem doctorum explicationem, immortalis commendatione dignissimus præses Couar. in d. reg. possessor. 2. p. §. 6. num. 4. Aluar. Valaf. de iure emphyteutico q. 5.

3. Hæc autem diuersitas actionum bonæ fidei & stricti iuris inde traxit originem, & principium, quod Romanæ ciuitatis Prætores in his actionibus concipiendis vtebantur his verbis, ex bona fide. Romani enim Prætores multis distracti, implicatiq; negotijs priuatas causas non audiebant, sed proposito explicato negotio à litigatoribus iudicẽ Pedaneum dabant, cui formula actionis à Præatore dabatur. l. placet. C. de Pedaneis iudicibus. l. 1. ibi iudicem litigantibus dare. l. imperium, ibi iudicis dandi licentia ff. de iurisdictione omnium iud. text. in princ. versic. ideoque instit. de officio iudicis, Corrafi. lib. 3. Miscel. c. 18. Franc. Duar. li. 1. disp. ca. 51. & in l. iuris gẽtiũ. §. & ideo col. pen. ff. de pactis, & de iuris. c. 2. in prin. Couarr. in d. reg. posses. 2. p. §. 6. n. 4. Egui. Baro. Corrafi. Misingi. & Ant. Vfillus in §. actionũ instit. de action. Ludouic. Chorendas li. 3. verosimilium c. 3. Ante quos docuit Marcus Cice. libro. 2. de inuentione, & Theophy. in principio inst. de interdicitis, vbi Guiacius quoque, & Vbesembach.

dictis vbi Cuiacius quoque, & Vbesem
Béch. notat Aluar. Valat. d. q. 5. num. 5.
iudicium autem bonæ fidei sic Prætor
concepit, si apparuerit Titium Seio
ex vendito centum dare ex bona fide,
eum condemnato, vt docent autores
proxime relati, quibus addendus est Bar
nab. Brissonius de verb. iuris verbo, bo
na fides: actiones vero stricti iuris con
cipiebantur à Prætoe longe diuersa ra
tione, quia in illis non addebat illa ver
ba ex bona fide, sed exposito negotio à
litigatoribus, purum dabat iudicium,
quod ex rei natura competeat, ita vt à
formula præscripta à Prætoe non lice
ret iudici dato recedere, etsi æquum si
bivideretur, veluti in actione mutui sic
formulam concipiebat, si apparuerit Ti
tium centum debere præstare Sempro
nio ex mutuo eum condemnato.

4 Illud tamen diu ac multum sollicita
uit animos interpretum nostrorum, quid
in causa fuerit, cur veteres Romani cer
tos esse decreuerint contractus bonæ
fidei, circa quos se diffunderet, longe la
teque pateret iudicis potestas: reliquos
autem statuerint esse stricti iuris. Ideo
vt veram excogitarent, germanamque
rationem, in varias discessere sententias.
Accursius enim in d. §. actionum ideo
esse ait, quia in his venit aliquid ex
æquitate præter naturam actionis, non
sic in reliquis. Hęc explicatio Accursij
non satisfacit: nam id potissimum inqui
rimus, cur magis in his, quàm in reliquis
veniat aliquid vltra naturam actionis.
Fabet, & Platea in d. §. actionum, idem
Faber in §. item pretium instit. de emp
tione, & venditione dixere ideo appel
latos fuisse contractus bonæ fidei, quia
tã in his, quàm in alijs exigitur, & deside
ratur copiosior, & exuberantior bona
fides, argu. text. in l. Iusto. 44. ff. de vsu
capio. quæ sententia placuit Alciato in
l. bona fides ff. de positi, & communis
traditur esse à Valas. d. quæst. 5. num. 5.
sed laborat eodẽ morbo, quo superior,
& rejicitur ex alio, quia plus vel minus
non faciunt in specie differre l. vlt. ff. de

instructo instrumento que legato, &
elegantè notat Zasius singularium in
tellectuum capite tertio adducens Ga
leni testimonium in libro primo de sa
nitate tuenda asserentis sanitates mul
tas, & varias non specie, sed maioris, mi
noris ve ratione disidere, Ioannes Cor
rasius libro quarto Miscellaneorum, ca
pite primo numero quinto Martinus,
Antonius de Rio in l. contractus fol. 3.
pag. 2. numero. 4. & 5. ff. de regulis iu
ris, Curcius vero Iunior in l. in bonæ fi
dei. num. 4. C. de pactis, & in l. in actio
nibus numero. 4. ff. de in litem iurando,
aliam comaniscitur rationem, imper
fectam quidem, & insufficientem, ni
mirum, quia in istis contractibus de su
bstantia exigitur bona fides, in reliquis
vero in effectu: sed istud est nihil dice
re. Zasius. in d. §. actionum. nume. 51. &
52. & in l. qui autem, colum. 3. ff. quæ in
fraudem creditorum, & in rubr. ff. de le
gat. 1. existimat, contractus bonæ fidei
ideo sic nūcupatos, quod olim apud Ro
manos celebrare nuntur in templo fidei
nemine præsentè, nisi ipsa Dea fidei, in
que huius rei confirmationem laudat
Vld. Zasi. Dionys. Halycarnaseum Cæ
saris Augusti libertum, in suis Romanis
antiquitatibus. Sed Zasiij commentum
confutat Couarru. d. §. 6. num. 4. versic.
20. animaduertens Zasiium falso impo
suisse Dionysio Halycarnaseo eam sen
tentiam, improbat quoque Aluar. Va
las. vbi supra, & Zasiij doctrinam falsam
esse conuincitur apertissime. ex elegan
tissimis illis verbis Ciceronis in Topy
cis ad Trebatium.

*In his omnibus igitur iudicijs, in qui
bus ex bona fide est additum plurimum
earum vsus est. Quæ verba explicans
Boetius eius operis eximius interpre
sic scribit. In his igitur iudicijs in qui
bus additur, vt ex bona fide iudicetur,
id est, vbi iudices dantur, vt non strictas
inter litigantes stipulationes, sed bonã
fidem querant, plurimum causarũ vsus
est, & ex illis verbis eiusdẽ Cic. lib. 2. de
officijs, quintus quidẽ scenola Põiten*

Præmiū totius

maximus summam vim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adderetur ex fide bona.

Ex quibus clare, & perspicue deprehenditur cōtractus bonæ fidei nō fuisse appellatos ex eo, quod peragerentur in templo fidei, sed quod in actionis formula, quæ à prætore, cum iudicem dabat, præscribatur, addebatur illa verba, ex bona fide, vt superius dictum est. Hinc frequentius videtur placuisse rationem eius rei ad eam summam redigendam esse, quod hi cōtractus frequentiores sunt, & magis, quam alij necessarii ad humanū conuictū, & societatem, & sine quibus humanæ vitæ cōmunitio nec momento temporis consistere potest, & hanc partem magis probant Co-uarr. vbi proxime Franciscus Duare. in l. in actionibus n. 4. ff. de in litem iurando, Ludou. Charon. lib. 3. verosimiliū, c. 3. Corras. & Bald. in d. §. actionum: im-probat tamen Eguinarius in §. actionū, & Valasc. vbi supra, quia cōtractus mutui frequentissimus est, & ad conseruādam ciuilem, & polyticam societatem hominum valde necessarius, & tamen non bonæ fidei, sed stricti iuris est. Ideo Iassō in d. §. actionum n. 17. recusans laborem subire pro huiusce rei vestiganda veritate fugit ad doctrinā text. in l. non omnium ff. de legibus. Sed Valasc. tandem in superiore sententiam declinasse videtur, quā ego probo, ad cuius confirmationem expendo duo illa loca Ciceronis producta superius, ex quibus ponderatis accurate perspicuū fuit propter plurimū causarum, & cō-ventionum bonæ fidei vsum, in formula actionis additum fuisse à prætoribus, ex bona fide. Sic enim scribit Cicero, *In his omnibus igitur iudicijs, in quibus ex bona fide est additum plurimum, earū vsum est.*

5 Verum lector curiosus animaduertet manere integram difficultatem illā, quam de cōtractu mutui frequentissimo à primis mundi temporibus aduersus eam resolutionem obijciunt Iass.

Eguinarius Baro, & Aluar. Valasc. cuius explicatio aui me tenet dubium, & suspensum. Tandem post longam cogitationem veram esse rationem deprehēdi, quod etsi is cōtractus ad humani generis supplendas, necessitates valde sit necessarius, tamen Romani iuris conditores eum cōtractum in numerum bonæ fidei cōventionum minime retulerunt, propter improbi fœnoris periculum, quia si in eo cōtractu iudex plenam haberet potestatem, illicitum vsurarum lucrum exercendi malis hominibus daretur ansa. Nam, etsi stipulationem de vsuris soluendis intra modū legitimum Romani mores non improba-uerint, quia conuenire videbatur ad ciuilem amicitiam, & quietem ac tranquillitatem Reip. conseruandam, vt docuit Ioannes Andrea. in reg. peccatum de regulis iuris libr. 6. in mercurialibus, Fortunius Garfias de vltimo fine vtriusque iuris illatione §. tamen absque stipulatione vsuras præstari semper abhoruerunt, ideoque Romani legislatores mutuum abstraxere ex numero cōtractuum bonæ fidei, ipsumque posuerunt in classe cōventionum stricti iuris, quam rationem verissimam postea legi apud Antonium Vfillum in d. §. actionum num. 25. 26. 27. & 28. quo loco subobscore tangit Corrasius numero octauo.

6 Quibus prælibatis oportebit inquirere an census sit bonæ fidei cōtractus, vel stricti iuris, & emphyteusim esse cōtractum stricti iuris docuit Guido de Suzaria in tractatu iuris emphyteutici numero tertio, post quem tradidere idem autores plurimi, quos sigillatim dinumerat Aluarus Valascus de iure emphyteutico quæstion. quinta nume. septimo ea ratione, quia non cōnumeratur à Iustiniano in §. actionum institu. de actionibus inter bonæ fidei cōtractus, qua ratione idem statuentum videbatur de cōtractu census, cū post longa tempora excogitatus, & in Christianam remp. inuectus & illatus fue-

fuerit, ac propterea nulla potest de illo fieri mentio à Iustiniano, magisque à conuentionum bonæ fidei huiusmodi contractus esset excludendus ex sententia Barthol. de Albornoz, qui li. 3. de arte contractuum in genti volubilitate verborum contendit censum redimibilem, vel perpetuum vere esse emphyteusim, sed doctissimorum virorum iudicio saltem Albornoz, ut inferius suo loco demonstrabo. Verum, e contrario dici potest censum esse bonæ fidei contractum, quia Theologorum, & Canonistarum schola communis iam diu unanimi consensu admisit esse emptionem, & venditionem, Conradus, Medina, Soto, Nauarro, Couarruias, Sarmiento, Michael de Palacio, & autores alij locis superioribus annotatis.

Tamen ego non audeo affirmare contractum censiticum esse bonæ fidei nec circa illum iudici tribuerem amplam iudicandi potestatem, imo esse stricti iuris pro certo constituo, ea ratione potissimum, qua permoti iuris Romani conditores mutui contractum in numerum conuentionum bonæ fidei referre noluerunt. Nam hic contractus suspectus est, quasi in ipso contractu producit materia incognita iure communi, ut acute obseruat Dominus Franciscus Sarmiento lib. 7. selectarum interpretationum cap. 1. numero 14. & declinare videtur ad usurariam prauitatem, adeo ut Theologi magni nominis, & præstantes iuris periti acerrime contenderint hunc contractum illicitum, & improbum esse, repugnareque institutis iuris diuini, & naturalis. Ideoque restringi debet, nec circa illum iudex aliquam habere potest iudicandi libertatem: ne fines, & limites huic contractui legibus præfixi excedantur, & ad fœnus improbum causa deflectat, & propèdeat, quod etiã probare videtur Emmanuel Rodriguez ad motum proprium Pij V. cond. 1. & ita contractum esse stricti iuris voluit Bened. Bonius de censu. art. 5.

Est ergo census contractus stricti iu-

ris, quam tamen hæc inuestigatio continet utilitatem? magnam, quidem, & multiplicem.

8 Principio inter bonæ fidei, & stricti iuris conuentiones nota, & celebris differentia est, quod in contractibus bonæ fidei dolus dans causam contractui, contractum inficit, & vitiat omnino, nullusque est contractus ipso iure l. eleganter 7. in principio. ff. de dolo l. 3. §. vltim. ff. pro socio l. in causâ 17. in principio. ff. de minoribus. l. si fraude. C. de præscriptione longi temporis. In conuentionibus vero stricti iuris si dolus dedit causam contractui, contractus non est nullus ipso iure, sed rescinditur proposita actione, vel exceptione de dolo l. si quis cum aliter. 36. ff. de verbo. obliga. l. dolo. C. de inutilibus stipula. Accursi. & post eum fere omnes interpretes antiqui, & Neoterici in d. §. actionum, Bernard. Schollio vlt. in cap. cum dilecti de emptione & venditione, vbi Antoni, Ancharra, Imola, Panormi. Anto. de Burgos, & Beronius, Bart. in l. eleganter nu. 4. ff. de dolo, plures cumulat Dominus Anton. de Padilla in l. 2. C. de rescind. vendi. n. 3. & ibi Cagnolus nume. 17. & Pinel. 3. part. cap. 1. numero 19. Couarr. in reg. possessor de regulis iuris lib. 6. 2. par. §. 6. num. 6. & probat l. 57. tit. 5. par. 5. docet copiose Alua. Valas. d. quæst. numero nono, Michael de Palacio in praxi, Theologica libro secundo capite tertio, Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio prima part. capit. 37. numero 12. Igitur si census celebretur dolodante causam contractui, non erit nullus ipso iure, sed actione, vel exceptione de dolo rescinderetur, quoniam non bonæ fidei, sed stricti iuris contractus est. Nec audienda est contraria sententia Petri de Bellapertica, Iacobi de Arenis, Fabri, & aliorum ultramontanorum existimantium hac in re conuentiones stricti iuris non discrepare à bonæ fidei contractibus, quos sequitur Hispanus Ludouic. Gomezus in d. §. actionum numero 12. 13. & 14. Ioan-

Proximum totius

nes Igneus in l. contractus num. 105. de regu. Iuris, & in l. si ex heredatus numero 30. ff. ad Syllanianum, Stephanus Forcatulus in Necyomancia iuris dialogo 99. quorum argumentis curiose satisfacit Benincasi. in d. §. actionum numero. 272.

9 Est alia inter hos contractus differentia celebris, quod in bonæ fidei conventionibus usuræ debentur à tēpore moræ l. mora 32. §. in bonæ fidei ff. de usuris l. Julianus 14. §. ex vendito. ff. de actionibus empti l. cum quidam 17. §. ex locato ff. locati, & conducti. In contractibus autem stricti iuris usuræ non veniunt l. 1. C. de conditione indebiti l. 3. C. de conditione ob turpem causam, Accursi. in l. 1. ff. de triticaria, & in d. l. 1. C. de conditione indebiti, Bart. in l. 3. §. in hac ff. commodati, Antonius Rubens in l. vinum num. 214. ff. si cert. petatur, Hugo Donellus de usuris pag. 26. & de fructibus pag. 58. & 59. & 63. & de mora pag. 113. Francisc. Ottoma. in disputatione de mora pag. 6. & li. 2. de usuris cap. 4. omnes in §. actionum instituta. de actionibus, glossa, & omnes in capite cum venerabilis de exceptionibus Cuiacius tractu 3. ad Africanū. Ex quo inferitur, quod cum census sit contractus stricti iuris, in eo post moram usuræ non debebuntur. Igitur si debitor annui redditus moretur solvere censum, non tenebitur ultra redditum annum quem debet, aliquid aliud creditori pēdere, nisi aliter probet interfuisse.

10 Ideoque respondi consultus de facto non licere creditori, cui in publica substitutione adicta fuit res censui specialiter supposita, percipere redditum annum ex re ipsa, eiusque fructibus, & eius redditus alium redditum ad rationem unius pro quatuordecim, si alium de non interfit, quam ex mora debitoris. Moueorque ad ita sentiendū, quod nihil interfit, soluat debitor, vel ipse creditor redditum propria autoritate percipiat. Si ergo cum soluit debitor, quamuis morosus sit, redditus redditum non

recte exigit creditor, plane idem esse, cum ex re, eiusque fructibus, aut pētionibus creditor iuum redditum percipit nullus inficiabitur, & ex text. in l. quod si nolit. 31. §. si quis egerit ff. de adilitio edicto, & in l. & quia 32. ff. de euietio, vbi Vlpianus docet iniquum esse eiusdem rei æstimationem bis cōsequi, idēque Vlpianus in l. 2. §. si indemnitas ff. de administratione rerum ad ciuita. pertinen. immodicam, & illicitam computationem appellat, cum quis commodorum cōmoda audet exigere, facit text. in l. neque eorum 5. ff. de usuris l. cum quidam 17. §. in tantum ff. eodem titulo vbi sancitum est, fructuum usuras, & accessionum accessiones peti non posse. Denique conducit ad rem, quod exigi usuras usurarum legibus Romanis semper fuit prohibitum l. placuit ff. de usuris l. vt nullo C. eodem, & latissime tractat. Francisc. Ottomanus. libr. 1. de usuris cap. 3. Hugo Donellus de usuris pag. 35. & 36. Soto libro. 6. q. 1. artic. 1. ad 3. arg. quando ergo in specie proposita creditor redditus redditum percipit, profecto usuras usurarum cōsequitur, & improbum fœnus videtur exercere. Ac propterea sanctissime Pius Quintus fœlicis recordationis extrauaganti constitutione de forma creandi census decreuit censum augeri, & nouum creari super eadē, vel alia re in fauorem eiusdem aut persone per eū suppositæ processibus temporis, vel præteriti, vel futuri non posse: & licet in comitijs Madriti proxime habitis responsum sit, eam Extrauagantem hoc regno Castellæ non fuisse receptam, tamen quotiescumque casus euenerit iudices ea forma census creatos rescindere & improbare debent: quia vitiosi sunt, illiciti, improbi, & usurariam negotiationem redolentes, & ex quibus facile sit, ciuium patrimonia, & facultates exhauriri in maximam perniciem Reipublicæ.

Nec ignoro cū debitor census cōtēdit auocare à creditore re sibi addictā in publica

blica sub hastatione lapsis nonaem diebus (qui ex inueterata cōsuetudine debitori dantur ad retrahendas res immobiles distractas in publica sub hastatione, vt docuit Castillo. l. 70. Tauri. gloss. *el remate*. Couarr. lib. 2. variarum. c. 11. num. 3. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinamēti pag. 627. col. 1. versu. dubitari pręterea solet Suarez de Paz in praxi. 4. p. primi Tomi, cap. 3. nu. 48.) in supremis tribunalibus his temporibus litem, & cōtrouerfiam sic folere cōponi, vt creditor restituat rem cū fructibus, & debitor soluat creditori debitum expēfas litis, & vsuras redditusque tēporis, quos rem creditor possedit, vt testatur Azeuedo in l. vlt. titul. 21. *de las entregas, y execuciones*. num. 127. libro. 4. noue Cōpilat. Id tamen. superiorem exactionē iustam non facit, tum quia hæc compēfatio fit a thoritate supremorum iudicū magis ex gratia: quam ex iustitia: tum quia disparem causam habet, neque in eo casu creditor redditus redditum percipit, quod nos improbum, & illicitum esse contendimus.

21 Sed dicet aliquis inutilem esse hanc disquisitionem, cum iam vsuræ sint prohibiæ omni iure Antonius de Prato veteri consi. 49. inter consilia Alexandri vol. 4. Couarr. lib. 3. variarum cap. 1. numer. 5. Domini. de Soto lib. 6. de iust. & iure q. 1. art. 1. Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. part. c. 2. Petrus à Nauarra. 2. tom. de restitutione in foro conscientię c. 2. à n. 178. Ioann. à Medi. in tract. de vsuris q. 3. Mercado eodem tracta. c. 1. Michael de Palacio in praxi Theologica de contracti. & restitu. lib. 4. cap. 2. & 3. Crauet. conf. 189. Rolan. consi. 55. vel. 2. Octavian. decis. Pedemonta. 137. num. 6. Iulius Clarus lib. 5. in §. vsura. Mexia in pragma. taxę panis conclu. 2. n. 60. & 69. tamen obiectioni facili negotio responderi potest vsuras quæ veniunt in contractibus bonæ fidei post morā, non improbari exigique post iure canonico loco interesse, gloss. verbo bonæ fidei in c. cum ve-

erabilis de exceptio. & ibi Bald. num. 10. Imola 19. Panormi. 16. Decius 58 gloss. in cap. cōquestus de vsuris, & ibi Henri. Panormi. & Annania, idē Henric. in cap. in ciuitate num. 7. de vsuris, latissime Augustinus Beroius in cap. 1. de vsuris à num. 116. cum pluribus sequentibus Ludouicus Gomezius in §. actionum num. 17. & ibi Benincasi. nu. 110. inst. de actio. & hinc est decisionē text. in l. curabit. C. de actionibus empti, & venditi locum habere iure canonicō, gloss. verbo si de feudo in c. conquestus de vsuris, & ibi Henri. Anto. An-carra. Panor. & Annania. Hieronymus Cagnolus in d. l. curavit num. 2. 3. & 4. Panormi. Feli. & Decius in d. cap. cum venerabilis de exceptio Augusti. Beroius vbi supra Hierony. Gabriel cōfi. 57. Couarr. lib. 3. variarum c. 4. n. 1. & profiteretur esse communem Theologorū, & Canonistarum sententiam Ioannes Gutierrez de iuramento cōfirmatorio 1. p. cap. 2. numero. 3. ex eodem fonte illud quoque procedit, quod vsuræ pupillares, de quibus fit sermo in toto titulo C. de vsuris pupillaribus, & tractat optime Barnabas Brissonius, lib. 3. selectarum capit. 1. iuste possunt exigi iure canonico vt docuit Panormita in d. conquestus de vsuris, Carolus Molinaeus de contractibus numero. 57. & quæst. 76. relatus à Couarr. dicto lib. 3. variarum capit. secundo, numero primo, Gaspar Baeza pluribus relatis, in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda capite. 2. a numero. 92. & nouissimus Antonius Ayerue de Ayora Regij prætori, Granatensis aduocatus in tractatu de partitionibus bonorum cōmunium inter maritum, & vxorem, filios ac hæredes eorum prima parte cap. quarto a numero. 21. vbi testatur tutores, & curatores condemnari quotidie ad vsuras, & accisiones licitas prout in regione frequentantur: vbi ergo tutor vel curator pecunias minorum in suos vsus conuerterunt, vel non collocarunt in utilitatem minorum, iuste con-

Præmium totius

demanantur in vsuris, & accessionibus ad rationem vnus pro quatuordecim, quod agnoscit Didacus Perez in proœmio titul. 2. *de las vsuras*, libro. 8. veteris ordinamenti pagina. 19. colum. 1. & secunda.

12 At dicit aliquis hoc modo non satis fieri superiori difficultati, nã, & in mutuo, quod est stricti iuris, vsuræ quatenus interest exigipossunt, & in conuentionem deduci Couarruias, Mexia, & Ioãnes Gutierrez vbi supra, Petrus Nauarra de restitutione, libro. 3. ca. 2. à numero. 276. Michael de Palacio libro. 4. de contracti. cap. 4. Gardin. Sancti Xisti in summa. 14. quæst. 3. Contra. de contracti. quæst. 30. Rebuff. in præfatione legis vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest proferuntur à numero. 22. vbi latissime comprobatur omni iure diuino naturali, & humano interesse deberi etiam in mutuo, Palacios Rubios in repetitione capituli per vestras, de donationibus inter virum, & vxorem sexto notab. num. 5. S. Thom. secunda secunda quæst. 62. artic. 4. & ibi Caiet. Nau. in cap. 1. 14. quæst. 3. num. 44. Aymon Crauet. cõsilio. 116. si ergo in mutuo interesse debetur, & peti, & deduci potest in conuentionem, & vsuræ in contractibus bonæ fidei solum loco interesse præstantur iure Pontificio, plane fit consequens omnino cessare iure canonico per celebrem eam differentiam inter cõtractus bonæ fidei, & stricti iuris. Abbas Antiquus, & post eum Ioannes Andre. & Anto. de Butrio in cap. cum venerabilis de exceptio. absolute docent eam differentiam non habere locum iure canonico. Ego quidẽ durare magis sentio.

13 Pro cuius rei cognitione animaduertito triplicem vsuram à Doctoribus considerari, videlicet lucratiuam, damni restauratiuam, & commodi percepti recompensatiuam, vt docuere Bald. & Salicet. in l. 2. C. de vsuris Anania in capitulo primo, col. penultim. & in cap. cõquestus c. 1. de vsuris, Molinæ. in cõ-

luctu. Paul. sen. titul. primo. §. 1. gloss. 9. numero. 10. Couarr. lib. 3. variar. ca. 4. numer. 2. Hieronym. Cagnol. in l. cura vit C. de actio. empti, & venditi num. 2. Hieronym. Curiel. in tractat. de vsuris in principio, Doctor Ioannes Barahona insignis aduocatus, & causarum patronus in curia Regia in additionibus ad Palacios Rub. in dict. cap. per vestras 6. notabili litera. B. quibus addit Petrum Barbofam in l. de diuisione, num. 14. ff. soluto matti. vsuræ vtrique locratia omni iure improba est: damni vero restauratiua permessa: quia vt superius dictũ est, inter esse damni emergentis, & lucri cessantis licite exigitur in foro fori, & in foro poli retinetur: & commodi præcepti recompensatiua, omni quoque iure licita est, vt concludunt auctores omnes proxime relati, cum ergo in contractibus bonæ fidei à tempore moræ dicimus vsuras venire, nec de lucratiuis, nec damni restauratiuis, intelligimus, sed de commodi percepti recompensatiuis, quas licitas esse nunc pro certo constitui, & resoluit Mexia in l. 5. titulo. 3. *De los propios y reras de los Concejos*. Lib. 7. ordinam. secunda partis. 2. fundam. num. 15. & 16. cum sequentibus. Ex quo sequitur Cæsares, & L. C. cum varijs in locis rescipsere, & respondere vsuras in bonæ fidei iudicijs deberi post moram, de vsuris recompensatiuis commodi percepti locutos fuisse, quæ cum iure canonico debeatur, recte dici potest vsuras in cõuentionibus bonæ fidei post moram peti posse iure canonico, eodemque iure manere integrã illæsam, illibatamque superiorem differentiam: ergo si depositarius vtatur re deposita, vsuras commodi percepti præstabit iure canonico quemadmodum præstat iure ciuili: vt docuit Papinian. in l. Lucius Titius. 24. & in l. de die. 25. §. qui pecuniam ff. de positi, & Scarbola in l. quintus. 28. & Paul. in l. si saculum. 29. ff. eodẽ titulo, & qui mandato meo exegit pecunias meas, & conuertit in vsus suos, in vsu-

ris

ris condemnandus est, pro
 re civili l. idemque. 10. §. si procurator
 meus. ff. de iur. adu. l. si quis. ff. de
 ditor & l. si autem. 7. ff. de pignoratitia
 actione, facit text. in l. at qui. natura. 19.
 §. non tantum ff. de negotijs gestis. Idē
 que statuendum est in tutore, curatore
 negotiorum gestore, commodatario,
 & alijs id genus. Iniquum enim est, vt
 ex re mea, quis lucrum, & commodum
 percipiat, ideoq; naturali consistit acqui-
 tate vsura huius percepti commodi re-
 compensatiua, facit text. in l. Iulianus. §.
 ex venditio. ff. de actio. empt. & in leg.
 vltim. ff. de fundo dotali, qua ratione in-
 terpretor Panormitanum, & Decium
 in capite cum venerabilis de exceptio-
 nibus, aliorumque sententiam, vt qua-
 renus asserunt iure canonico in contra-
 ctibus bonæ fidei vsuras deberi loco in-
 ter esse, debeat intelligi non solum de
 interesse damni emergentis, vel lucri
 cessantis, quale à Doctoribus exposci-
 tur, sed de eo, quod est carere, & desti-
 tui rei suæ vsu, aliumque ex ea commo-
 dum percipere. Hinc fluit vera decidē-
 di ratio ad text. in dict. l. curabit, C. de
 actioni. empti, & venditi, vt emptor vē-
 ditori vsuras pretij non soluti pendere
 debeat, quia ad legem, & æqualitatem
 iustitiæ commutatiue pertinet, vt em-
 ptor, qui commodum, ex re vedita per-
 cepit, eius commodi compensationem
 præstet venditori, etiam si illius aliud
 non inter sit. Quam rationē post Caro-
 lum Molinæum à se relatum scribit Co-
 uarruu. dict. cap. 4. num. 2. deducens ex
 ea emptorē teneri ad vsuras pretij non
 soluti, vsque ad quantitatem fructuum
 rei venditæ, etiam si venditor nullum
 damnum senserit, neque ex pretio sta-
 tim soluto lucraturus esset. Ex eadem
 resolutione displicet sententia eiusdē
 Didaci de Couarruu. lib. 3. variarum c.
 2. num. 1. dum reprehendens Carolum
 Molinæum de contracti. numer. 57. &
 quest. 74. docet vsuras non posse à tu-
 toribus, vel curatoribus exigi, nisi quā-
 tum ad rationem interesse damni emer-

gentis, vel lucri cessantis, & sequitur
 Baeza de decima tuto. cap. 2. numero.
 24. nam si pecuniam pupilarem tutor
 conuertit in vsus suos, sicut iure civili
 præstat vsuras leg. qui sine. ff. de nego.
 gest. l. tutor, qui repertorium §. pecu-
 nia l. non existimo. ff. de administratio-
 ne tutor. l. curator. C. arbitriū tutela l.
 1. C. de vsibus pupilla. ita quoq; per sol-
 uet hodie attentata dispositione iuris ca-
 nonici, quo licitæ sunt vsuræ commodi
 percepti recompensatiua, Bald. in l. 1.
 in fine C. de condictione indebiti, Pau-
 lus de Castro, & Alex. de Imola in l. Di-
 uis. Severus. ff. ad legem falci. Roma-
 nus consilio 28. & 139. & singulari 179.
 & ibi Nicol. Pignola, eius additiona.
 Decius consilio. 178. num. 2. Soci. con-
 silio. 2. numer. 2. volumine 1. Palacios
 Rub. in repetitione capituli per vestras
 de donatio inter. 6. notab. §. tercio nu-
 mero secundo, Antonius Ayerue de
 Ayora in dict. tractatu de partitioni. 1.
 part. cap. 4. numer. 2. cum pluribus se-
 quentibus, & ita praxi quotidie recipi-
 tur. Nam quotidie tutores, & curato-
 res condemnantur, in vsuras pecuniæ,
 quam, vel in vsus conuerterunt suos, vel
 habuerunt otiosam, ad rationem vnus
 pro quatuordecim, in vna tamen spe-
 cie non aliter tutor, vel curator condē-
 nari debet ad vsuras, nisi re vera inter-
 sit minoris, videlicet, quando ex negli-
 gentia, & desidia à debitoribus nō exe-
 gisset minoris pecuniam, argumento,
 text. in l. tutor, qui repertorium §. si tu-
 tor cessaueris, & in §. si post depositio-
 nē in fine versiculo, si quas vsuras ex-
 ctas. ff. de administrat. tutorum leg. idē
 que §. 1. ff. mandati in quibus terminis
 locum habere posset sententia Didac.
 de Couarruu. & Gasparis Baeza vbi pro-
 xime, verum ex ea resolutione videbi-
 tur alicui inferri posse, licere quoque
 in mutuo vsuras exigere: siquidem qui
 mutuo dedit, caret vsu rei suæ, & mu-
 tuo accipies ex re mutuo data commo-
 dum percipit. Nihilominus tamen res-
 ponderi in mutuo longe disparem esse

rationem: nam qui mutuo accepit, non percipit commodum ex re aliena, sed propria l. 2. §. mutui datio ff. si certum petatur: ideoque usuras commodi percepti non debet, quia cessat æqualitas illius iustitiæ commutatiuæ, ex qua pendere rem hanc ex varijs autoribus deduxi superius, & præsertim, quod mutuum eo animo fiat, ut accipiens abutatur re mutuo data d. l. secunda. ff. si certum petatur.

14. Est quoque per celebris alia differentia inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris, quia in bonæ fidei contractibus locum habet remedium, text. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in cap. cum dilecti cap. cum causam de emptio. & vendit. l. 5. §. 6. tit. 3. part. 5. & in tit. 11. de las ventas y compras, lib. 5. nouæ Compilatio. non autem in conuentionibus stricti iuris quemadmodum, ut receptum tradit Iass. in l. si quis cum aliter, num. 18. de verb. oblig. & in l. de quibus, num. 29. ff. de legi. Ex quo videtur dicendum in annui redditus constitutione, quia stricti iuris est cessare prorsus remedium textus in dict. l. 2. C. de rescind. venditio. Sed eadem differentiam non esse veram, omnesque contractus tam bonæ fidei, quam stricti iuris rescindi posse ob læsionem ultra dimidiam post Richardum Malumb. docuit Bald. in dict. l. 2. numer. 5. C. de rescind. venditione, & communi Doctorum calculo, eam sententiam receptam esse tradit Soci. consilio. 85. numero. 13. volumine 1. defendit latissime Pinelus, in dict. l. 2. 1. parte. cap. 3. numero. 6. cum sequentibus, & ibi Dominus Antonius de Padilla, numero 21. Matienzo in l. prima titulo 11. libro. 5. nouæ Compila. glossa 10. numero. 5. ideoque dicendum videbatur in censu locum esse remedium text. in dict. l. 2. nam & in emphyteusi procedit Bald. numero 6. Salyce. numero. 8. Paulus de Castro numero. 14. Pinel. prima part. cap. 3. num. 37. Domin. Anto. de Padilla numer. 28. dicens communem in d. l. 2. C. de rescind. venditione, & plures alij, quos re-

sequuntur Alua Malaf. de iure emphyteutico quaest. 1. num. 19. Matienzo in dict. l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Compilationis, gloss. 8. num. 7. nec consensus Didaco del Castillo, & Antonio Gomezio, qui in d. 68. Tauri per eum textum negant iure Regio in emphyteusi locum habere id beneficium, & remedium, quod quibus quoque differt in Matienzo, ubi proxime, etiam in textus in dict. leg. 68. Tauri, & in l. 1. tit. 15. de los censos, lib. 5. nouæ Compilatio nihil aliud probar, quàm quod pœna commissi admitti debeat in censu, tamen si considerato valore, & capitali census excedat & superet longe dimidiam iusti pretij. Non autem text. ille negat, quod si in creatione, & constitutione census læsio interueniat, vel in emphyteusi, non reparetur remedijs à iure præstitutis: quo sensu videtur accepisse legem illam Ioannes Garsias in tracta. de expensis, & melioratio cap. 9. num. 64. 65. & 66.

Nihilominus tamen constituo ad redditus annuos non spectare decisionem text. in d. l. 2. C. de rescind. venditio. ut etiam notat Couarru. libro 3. varia. capit. 10. numero. 2. Rationem aliqui putant esse, quia text. in dict. l. 2. solùm procedit in conuentionibus commutatiuis & reciprocis, Bartol. consilio. 90. num. 2. & sequuntur Petrus Rebuff. 2. tomo ad constitutio. Gallix in tract. de rescissione contractuum art. vnico gloss. 15. num. 6. Carolus Molinæus in loco quæ refert, & sequitur Pinel. in dict. l. 2. C. de rescind. 1. part. cap. 3. numero 4. Matienzo in dict. l. prima tit. 11. lib. 5. nouæ Compila. glossa 8. numero. 2. & annuus redditus seu census inter commutatiuas, & reciprocas conuentiones non potest referri. Quæ ratio mihi displicet, quia ut superius hoc capite dixi, & in capite primo hoc lib. censu emptio- nis, & venditionis ratione continetur, ideoque dici merito commutatiua conuentionio potest: Quæ propter verum est illa ratio, quod remedium legis 2. C. de ref-

rescin. venditione duntaxat. procedi
in pretio arbitrario, & naturali, quod
non consistit in pacto indiuisibili, sed
latitudinem habet infimi, medi, & su-
premi pretij, non vero in pretio legiti-
mo, quod est à lege, vel magistratu pu-
blico definitum, vt eleganter resoluit
Covarru. lib. 3. variarum cap. 14. num.
3. versic. quod & si quis. Idcirco si quis
pretium legitimum quantum ais in mi-
nima quantitate excesserit, contractus
in vtroque foro vitiosus est, Medina,
Didac. Perez, & alij, quos refert, & se-
quitur Matienço, in d. l. 1. tit. 11. libr. 5.
nouæ Compil. glo. *En mas de la mitad
del justo precio.* num. 9. ac proinde cum
in censu pretium sit à lege taxatum, ad
eum contractum nequit adaptari deci-
sio text. in d. l. 2. C. de rescin. vendi. ex
quo sequitur, quod etsi ex dicto reme-
dio competat electio decipiendi, vt rem
restituatur, vel vt soluat iustum pretium,
illudque suppleat, tamen si census fue-
rit creatus minori pretio, quàm ratio-
nem vnus pro quatuordecim, red-
endus contractus erit ad pretium legiti-
mum, & redditus excessiuos, quos de-
bitor persoluit, creditor conditione in-
debiti cogetur restituere debitori, vel
imputare in sortem, etiã si creditor pa-
ratus sit supplere iustum pretium. Id
que præsertim ex eo apparet esse verum,
quod debitor non tenetur se onerare
superfluo ære alieno. Quod secus est
in creditore, nam si contendat, se læsum
& deceptum, vt quia emerit censum ad
rationem vnus pro quindecim, vel vi-
ginti, vel triginta, nõ debet audiri, si pe-
tat censum reduci ad rationem vnus
pro quatuordecim, quia nõ dicitur cre-
ditor certare de damno incurso, sed de
minori lucro, & lex non resistit: ideoq;
nec reductioni, nec restitutioni locus
est. Minori autem, qui redditum emit
ad rationem vnus pro quindecim, vi-
ginti, vel triginta, concedenda est in in-
tegrum restitutio, vt reformetur con-
tractus, & reducatur ad pretium ordi-
narium, & ad rationem vnus pro qua-

tuordecim: quia minori aduersus lucrũ
conceditur in integrum restitutio. l. &
si sine. 8. in principio, ibi, *Quæsitum est
ex eo, quod in lucro quoque minoribus
subueniendum dicitur, si res eius venie-
rit, & existat, qui plus liceatur, an in in-
tegrum propter lucrum restituendus sit;
& quotidie prætores eos restituunt,
&c. lege. ait prætor. 7. in fine, vbi Vlpia-
nas sic scribit, *Modicæ certo iure vtimur,
vt & in lucro minoribus succurratur,
& in l. non omnia 45. ibi, *Vel ab alijs cir-
cunuenti, vel sua facilitate decepti, aut
quod habuerunt, amiserunt, aut quod
adquirere emolumentum potuerunt,
omiserunt, ff. de mino. copiose nouissi-
mus Caldas Pereira Lusitanus in l. si cu-
ratorem habens. C. de in integrum res-
tutione minorum, in verbo, vel aduer-
sarij dolo num. 3. & 4. ex quo si post li-
citationem in publica subhastatione re-
rum minoris alius plus offerat, concedi
debet illi in integrum restitutio, vt con-
stat ex textu in dict. l. & sine, & probat
iure nostro regio lex optima quinta ti-
tulo 19. part. 6. vbi notat doctiss. Greg.
Lopez, Auendaño de exequendis mā-
da. pa. c. 12. Auiles in capitulis præto-
rum capite 32. gloss. pajar Azeuedo in
l. 2. titulo primo, libro secundo nouæ
Compilatio numero 11. & 12. iure ve-
ro ordinario, & directo facta licitatio-
ne, & vltima subhastatione, non debet
admitti plus offerens, nisi patrie consue-
tudine ita fuerit obtentum, argumento
text. in l. Lucius ff. ad municipalē, & de
incolis.***

Idemque locum habebit in Ecclesia
nam etsi Roman. singul. 762. negauerit
Ecclesiam restitui aduersus lucrum, ta-
men contrarium tenet gloss. verbo. Re-
stituimus in capite, auditis, de in inte-
grum restitutione, & ibi Panormit. nu-
mero 15. Palacios Rubios in repetitio-
ne Rubricæ §. 47. numero 12. & ibi Ber-
nardus Diaz de Lugo, Caldas Pereira
vbi supra, procedit etiam in Hospitalli,
& quolibet loco Religioso, & pio, in-
rep. fisco, & Principe, quippe his omni-
bus

Prooemium totius

bus competat in integrum restitutionis beneficium, quemadmodum latissime prosequitur Caldas Pereira in dict. l. si curatorem habens, verbo, Minoribus, à num. 60. vsquè in finem: si vero contractus census sic esset constitutus, & redditus emptus à prædecessore minoris, cessaret prorsus in integrum restitutio, quia nihil actum est cum minore, argumento text. optimi in leg. AEmylius Largianus ff. de minoribus. Verum antequam huic capiti colophonem addā, libet animaduerrere Bald. in cap. vnico, in fine de plus petitionibus docuisse iure Pontificio omnes contractus esse bonæ fidei, & Bald. sequuntur Iass. in §. actionum num. 4. & in §. quadrupli ad finem instit. de actio. & in l. vltim. quæst. 13. C. de iure emphyteutico, Lancello. Galiaula in l. 4. §. Cato, numero 62. ff. de verbo. obligat. Hieronym. Cagnol. in l. 2. C. de rescind. venditione, numero. 65. ideoque si Baldo assentiendum est, contractus census factus ab Ecclesia, vel inter personas ecclesiasticas bonæ ndei est. Sed Bald. sententia communi Doctorum sententia explosa est, illāque reprobant Iass. in l. cum postea num. 3. C. de pactis & in l. quod te mihi numero 34. ff. si cert. petatur, & in l. cum fundus numero 3. & ibi Alciat. num. 16. ff. eodem tit. Couarr. dicens communem in reg. possessor de reg. iuris libro 6. 2. par. §. 6. num. 5. Dominus Francisc. Sarmient. libro. 3. selectarum interpretat. cap. 3. Aluar. Valasc. de iure emphyteu. quæst. 5. num. 12. fol. 5. vers. sed his non obstantibus.

EPITOME, CAPITIS III.

REFERET autor sententiā Bartholomæi de Albornoz de natura census, eaque impræciat, & docet censum re-

- nihil habere commune cū emphyteusi.
- 2 Defenditur aauerfus Albornoz. Antoni. Gomez, Matienço, & quosdā alios in contractu redditus annui nullum dominium, neque directum, neque utile rei suppositæ annui redditus præstationi transire in creditore, sed manere penes debitorem.
 - 3 Disputat autor, an in contractu censuali possit interuenire fideiussor, & resoluit posse.
 - 4 Contractus censualis principaliter personalis est, & secundo realis, ideoque destructa re manet integra obligatio personalis.
 - 5 Prosequitur autor superiorem difficultatem, an in censu possit interuenire fideiussor, respondeitur ad quasdam obiectiones, quæ em ipsam videntur efficere p-plexam.
 - 6 Constituitur quædam iohannis de Medina diffinitio census, & improbat.
 - 7 Refertur alia definitio Domini Fræncisci Sarmiento fratris Fræncisci Garcia, & Doctoris Sarauia, & reijcitur, ostenditurque in censu non emi fructus rei, nec oportere, vt pretium fructibus proportionetur.
 - 8 Proponitur vera census definitio, vt sit contractus institutus à consuetudine, ex quo vnus vendit, & alter emit ius certi redditus singulis annis soluendi in pecunia.
 - 9 Census æstimandus, & metiendus est fere eisdem regulis, quibus emptio, & venditio.
 - 10 In censu pretium debet esse in pecunia numerata, & ideo quando datur oleum, triticum, argētum, vel aliqua alia species, vt ratione eius soluatür annua pensio, census non est.
 - 11 Etiam si species aerur æstimata, nō contrahitur census.
 - 12 Qui nimo si à principio cōueniat de creando censu ex certa pecunia, & ex interuallo aerur species taxata certa quantitate, census non est, nec si den-

- si dantur simul pecunia, & species.
- 13 Resoluit autor non viciari census constitutionē ex eo, quod euincatur res aliqua supposita censui.
- 14 Inter mutuum, & censum esse differentiam, dilacide ostenditur.
- 15 Referuntur varia census diuisiones.

C A P V T IIII.

Quid sit census.



O C igitur capit. nobis explicanda est vis, natura, atq; substantia census, quam Greci appellant vsiam, quæ res difficills, & perplexa est, indigetq; Dælio natore: Bartholomæus autem de Albornoz lib. 3. de arte contractuum tit. 2. del censo al quitar, ingenij fiducia fretus huiusce tractatus spatiosum pelagus ingressus, velut demersam cesus naturam in lucem se protulisse gloriatur mirum in modum.

Ait inter censum, & emphyteusim, esse cognationem, aut affinitatem quãdam, & substantia, & nomine idem esse censum cum emphyteusi, eiusq; speciem subalternam, solaque redemptionis libertate ab ea differre & discrepare. Fingit enim hic autor in creatione, & constitutione census eã formam, & progressũ obseruari, quod creditor emat rē subiectã, & suppositam cēsui cū pacto de retro vendendo, & statim fitione breuis manus eandem rem concedit debitori in emphyteusim, cū omnibus conditionibus, quæ de iure, & cōsuetudine solent adijci contractui emphyteutico.

Ex quo infert Albornoz primum cēfiticum contractum solum differre ab emphyteusi in pacto de retrouendendo, & libera redimendi facultate, quæ inest censui, & in emphyteusi locũ non habet.

Rursus infert in censu non posse fideiussorem interuenire, & eius interuentum manifestam vsuram cōtinere, reprehenditque liberius, quam par esset, antiquam, & inueteratam consuetudinem, qua obtinuit pro redditibus decursis, in persona, & bonis fideiussoris executionem fieri. Nullaque alia ratione mouetur, quam quod census est ficta quædam emphyteusis, & repugnat in emphyteusi fideiussorem interuenire, quia destructa, & deperdita re emphyteutica consumitur, perit, & extinguitur actio ad ipsam competens. Infert tertio in persona, aut in re mobili censum non posse constitui, aliaque deducit, quæ nunc consulto prætermitto, & reseruo suo loco, & tempori. Ipse quidem cum attente considero fingimētum, & delirium hoc Bartholomæi de Albornoz, vix possum me continere & reprimere, quin acerrime audaciã eius reprehendam. Agnoui enim Democritum Philosophum illum Abderitem clarissimum, solitum fuisse dicere, rerũ veritatem in profundissimo quodam putuo depressam occultari, & delitescere, & singulo quoque anno ad latum digitum assurgere, & quanto quisque visus acumine, & perspicacia præstat, tanto magis illam attingere, & facilius intueri, potuitque Albornozius lineis oculis præditus esse, & veritatem, quã viros doctissimos latuisse clamat, penetrasse, sed rem diuturno vsu confirmatam leuissimis rationibus conuellerenon debuit, & absque fundamento rem nouam, inauditam, & chimæricam configere, & comminisci. Quam etiam Albornozij nouam traditionem appellat Dominus Franciscus Sarmiento libro septimo selecta. cap. primo numero 18. circuitum imaginarium, cōfictũ, & simulatum, non verum, & acute, & sapienter refellit Michael de Palacio in praxi Theologica de cōtractibus, & restit. lib. 4. cap. 6. pag. mihi. 303. cuius argumentis in hac parte vtar. Cesus igitur substantiam non est eãdem, sed di-

uer-

Prooemium totius

uersam longe ab emphyteusi ex verbis eiusdem Albornozij appertissime apprehenditur, nam si (vt ipse fatetur) census, & emphyteusis differunt specie, plane vt substantia differant, necessum est quæ enim specie differunt, substantia differunt, velut ex Boetio Vissorio, Claudioque Canciuncula tradit. Petrus Velcius de Guevara in Topica Ciceronis. l. 8. faciunt quæ scribit Tiraquel. de retract. Lignagier. §. 1. gloss. 7. numer. 11. & constat ex p̄lo manifestissimo. Nam homo, & equus, quia diuersæ, distinctæque sunt animalis species, substantia vtique differre dicuntur. Præterea si census est species subalterna emphyteusis, ergo ad cēsum genus est emphyteusis, quia genus, vt Dialecticorū docet schola, speciei relatum est, constatque ex definitione generis à Porphyrio relata in quinque vocibus. Igitur si assentiendū esset Albornozio, hæc propositio vera esset, cēsus est emphyteusis: ad positionem enim speciei sequitur positio generis l. si quid earum rerum §. inter ff. de legat. 3. l. 2. §. creditum ff. si cert. petatur, & genus continet speciem contentiue, & comprehēsiue: species vero genus illatiue & consecutiue, Arist. libro. 2. Topyco. Marcus Cicer. in Topycis ad Treba. vbi Boetius, Latomus, Strebæus, & Guevara, Rodol. Agrico. de inuentione Dialectica li. 1. capit. 6. Euerardus loco septimo Canciuncula loco octauo, Gamarus libro primo, Viglius in principio inst. de testa. numer. 12. Ac proinde consequitur cēsum, & emphyteusim non differre specie, quia specie diuersa non prædicantur, nec dicuntur de se inuicem. Nec enim de homine equus, nec de equo homo, nec de platano myrtus, aut laurus enūciantur. Deinde illud conuellit sententiam Albornozij, quia cēsus est quid reale existēs à parte rei, ac per consequens debet habere suam essentiam consistētē à parte rei, non per fictionem, & imaginationem. Quarto facit, quia actus agentium nunquam operantur ultra eorum intē-

tionem l. nō omnis ff. si cert. petatur sed qui emit, qui que vendi. censum, nō intendunt rei, super qua constituitur, dominium transferre, vel adquirere: ergo nec nos debemus fingere, & comminisci eam dominij translationem, & acquisitionem, atque contractus absque ratione, & fundamento multiplicare, inuoluere, & confundere, quo argumento vtitur, Auendanius respon. 12. Quarto facit, quia adhuc perfectio, & consumatio cēsu, vtile, & directum dominium manet penes debitore annui redditus, quoniam nec laudimium præstat, nec creditoris consensum ad vendendum rem ipsam exposcere tenetur, nec si cēset per biennium soluere, commissit poenam incurrit.

Denique fere omnes scriptores nominis & autoritatis, qui materiam hæc scriptis illustrarunt suis, manifestissime profitentur, in creditorem non transferri, nec transfundi rei suppositæ censui dominium directū, sed manere penes debitorem. Ideoque Martinus Nauar. in commentario resolutorio de vsuris in caput primum. 14. quæst. 3. Latinitate à se donate notab. 22. numero. 76. increpat Archipræsulem Toleranum fratrem Bartholomæū de Carrança, quod in summa Conciliorum post relatas Extrauagantes Martini Quinti, & Calixti. III. indixerit in cēsu esse necessariā conditionē, vt vendens designet, & exprimat rem aliquam, quam vēdat & alius emat, quia nec ea conditio à Pontificibus exigitur, & id est contra omne ius & morem. Idemque latissime probat Michael de Palacio vbi proxime, Covarr. lib. 3. variar. cap. 7. nu. 6. vers. quinto, quod item diximus, Greg. Lopez in l. 28. tit. 8. part. 5. gloss. a censo, q. prima, frater Francisc. Garc. de contra. 2. p. ca. 3. Sarmie. vbi supra, Medina in C. de restitutione cap. de censibus quoad eorū institutionem, Aymon. Craue. consil. 217. numer. quarto Foller. in diē. pragma. in verbo, huiusmodi census numero. 5. Auenda. diē. respon. 12. n. 1. & 3.

Padi-

Padilla in l. 3. C. de seruitu. numer. 12. Maurus Antoni. Verarduci. in summa corona confessorum, titulo de usura circa contractus censuales in principio, Mercado de contract. cap. de censibus. Mirorque Antonium Gomezium in l. 68. Tauri numero secundo vers. ex quibus ego infero, & Ioanem Matienço in l. 3. titulo. 15. de los censos, libro. 5. nouæ Compila. gloss. 1. & Mieres de maio. 2. part. q. 40. numer. 2. in errorem Albornozij lapsos fuisse existimantes emptorem census videri emere domum, vel possessionem, super qua census imponitur, & breui manu eam reddere venditori, vt in ea census fundetur. Quorū traditio conuincitur apertissime ex l. 1. ibi, *Si alguno pusiere sobre su heredada el gñ censo*, & in l. 2. ibi, *Que de aqui adelante pusieren censos, o tributos sobre sus casas, o heredades, o posesiones*, tit. 15. lib. 5. nouæ Cōpi. quibus probatur fundum, vel domum adhuc censu constituto plenè iure expectare ad constituentem. Neque obstat tex. in dict. l. 3. tit. 15. lib. 5. nouæ Compilatio in illis verbis, *Las casas y heredades, que compran*, ex quibus motus fuit Ioannes Matienço dict. gloss. prima, etenim ea lex nihil aliud vult significare, quàm ex censu creditorem ius annui redditus emere in ipsa re speciatim hypothecæ subiecta. Quod si aliud lex voluisset, profecto fingeret contractum iniquissimum, & iuri, ac rationi naturali aduersum, & repugnantem omnino. Quis enim ferat res, quæ valet mille pro quatuordecim, aut 28. vendi posse licite cum pacto de retrouendendo? Nam etsi res sit opinio nibus diuisa, an sola modicitas pretij simul cum pacto de retrouendendo contractum efficiat usurarium, vt copiose tractat Couarr. lib. 3. variarum capit. 8. numero quarto, & copiosissime Iosephus Mascardus in aureo tractatu de probatio. volum. 1. conclus. 447. Greg. Lopez in l. 28. tit. 8. partit. 5. dict. gloss. de censo q. 2. 3. limitatione, tamē iniquū esse, & illicitum contractum ex pacto

de retrouendendo, & pretij modicitate clara & perspicua res est, si pretij modicitas iusti pretij dimidiam excefferit quod vnico verbo attigisse videtur Sarmien. lib. 7. selectarum, capi. primo numer. 13. apparetergo Albornozij, dū putat se nauigasse prospere, & secure, in scopulos, & ingētia saxa incidisse, & veritatem, quam se in lucem protulisse gloriatur, obscuriorem reddidisse.

Non nego difficile videri, an in contractu censuali fideiussor possit interuenire, ita vt perpetuo coueniri possit pro redditibus decursis. Occasi onem enim dubitandi præstat, quod ex contractu census videtur produci, & generari ius quoddam reale, quo perpetuo prædium tenetur ad præstationem pensionis annuæ, vt præter Bartholom. de Albornoz resoluūt Nauarrus dict. notab. 22. Dominus Franciscus Sarmiento. d. lib. 7. cap. 1. numero. 3. & 4. & 16. & 17. Salazar de usu, & consuetudine, cap. 11. Grego. Lopez in l. 18. tit. 8. par. 5. verborū censo limitatione prima, Iacobus Simancas de catholicis institut. tit. 9. numer. 130. Ioannes Parlado. rerum quotidianarum capit. tertio numero 52. 53. & 54. Domin. Anto. de Padilla in l. prædia numer. 11. C. de fidecō. Gutierrez consil. 18. numero. 77. frat. Francisc. Garfi. dict. 2. part. cap. 4. Auedan. dict. respon. 12. numero 10. Anto. Gama. decis. Lusitana. 145. & docent omnes Theologi, & Pontificij autores qui constanti animo defendunt, censum nō posse sola obligatione personali consistere, quorum cathalogum refert sigillatim Couarr. d. libro tertio variarū capit. 7. num. 5. & frequentissimo omnium consensu esse receptam opinionem agnoscit Matienço in l. prima tit. 15. libro. 5. nouæ Compila. gloss. prima numero 5. & 6. ex quo sequitur ex censu non personalem, sed realem actionē oboriri, ac proinde in eo contractu nō posse fideiussorem interuenire, cū perquam manifestum sit, fideiussorem nō nisi actioni personali accedere. Tum præ-

Proœmiu[m] te[n]ius

præterea, quia re perempta, census eua-
nescit, & perimitur, vt cõstitutione sua
edixerat Pius V. Pontifex Maximus, &
communivoto tradunt interpretes pro-
xime relati, & Doctor Sarauia in instru-
ctione mercatorum ca. 15. ideoque ces-
sare debeat ipsa fideiussio: nihilomi-
nus tamen constituo in censu recte fi-
deiussorem interuenire: nã census emp-
tionis, & venditionis ratione contine-
tur, vt sepe numero dictum est, & emp-
tioni, & venditioni non repugnat acce-
dere fideiussorem, quia omni contra-
ctui, omnique obligationi accedere po-
test fideiussor. l. 1. & 2. ff. de fide. text. in
§. in omnibus inst. eodem tit. l. 5. tit. 2. p.
5. & ibi Grego. Lopez. gloss. *se pue de*
obligar. Antoni. Gomez. 2. tom. ca. 13.
n. 1. Obstare tamen dicet aliquis, quod
in venditione fideiussor solum inter-
uenit, aut pro securitate rei, velut trada-
tur, vel vt pretium soluatur, & ideo cẽ-
su constituto dũtaxat videtur fideiuf-
sor manere obligatus pro securitate rei
super qua census est impositus, eaque
perempta, & destructa, cessare resolui,
& extingui ipsa fideiussio. Nihilomi-
nus tamen fideiussorem censu creato
manere obligatum pro redditibus, se-
cure, & intrepide asseuerandũ est. Cui
do Strinx videtur præstare argumentũ
Scæuolæ iuriconsulti responsum in l.
Titius §. 1. Lucius Titius ff. de contra-
henda emp. quo in loco respondit iure
consistere venditionem, qua ob certam
pecuniam venditor promittit ex certo
prædio se præstaturum alteri centũ mil-
lia modiorum frumenti annua, & ven-
ditorem teneri singulis annis persolue-
re eam quantitatem. Cui promissioni
annuæ præstationis, & hypothecam, &
fideiussorem accedere posse Scæuola
Iuris Consultus non negasset, cum cer-
ti iuris sit cuiuslibet promissioni adijci
posse, imo ita agnoscunt ibi communi-
ter omnes. Igitur non repugnat nature
contractus censitici, vt fideiussor tenea-
tur pro redditibus, & præsertim, quod
in hoc contractu non solum res oblige-

tur, sed & persona, conueniantque duæ
obligationes, vna realis. altera persona-
lis, vt recte probant Sarmiento, Couar.
& Michael de Palacio vbi supra.

Neque obest, quod re perempta cõ-
sus dissoluatur, quia id non arguit, non
posse venditorem census manere per-
sonaliter obligatum ad soluendos red-
ditus, fideiussoremque teneri, quandiu
res durat. Cum enim ea obligatio per-
sonalis cõtracta sit respectu certæ rei,
durabit quandiu res, & extinguetur ip-
sius rei peremptione & interitu, argu-
mento textus in l. Titie textores in fine
& in l. quidam §. si tibi. ff. de legat. pri-
mo, & eorum, quæ docent glossa Bar-
tol. & omnes communiter in l. quod
te mihi, ff. si certum petatur, vbi Cagno-
lus numero 44. cum multis sequentibus
& in l. si ex legati causa ff. de verborum
obligationibus, vbi Segura, Corras. Do-
nelus, & Cuiacius.

Hæc tamen responsio mihi non pla-
cet, quia magis est in contractu censiti-
co principalem obligationem esse per-
sonæ, & accessoriam fundi, ideoque fun-
do destructo, re perempta, absumpta,
vel alienata, personalis obligatio durat,
& perstat integra, & illæsa, vi cuius a
debitore, eiusque hæredibus, & fideiuf-
sore, possunt exigi redditus decursi, &
pignora capi generatim, vel speciatim
census præstationi obnoxia: quod praxi,
& vsu quotidiano receptum esse tradit
Matiêço in l. ti. 15. *de los censos*, li. quin.
nouæ Compilationis, glossa. 1. numero
quinto ad finem, & in foro conscientie
locum habere scribit secure Michael
de Palacio dict. libro quarto capite. 6.
pag. 308.

Ob eamque causam magis censeo
contractum censiticum principaliter ef-
se personalem, & secundario realem
(quamuis Franc. Garcia vbi proxime
acriter contendat solum esse realem)
& quod magis est sola personali obli-
gatione consistere posse, vt infra la-
tissime disputabitur. Cui sententię nego-
tium non facessit extrauagans constitu-
tio

tio Pij Quinti de forma creandi census saepe numero enim respondi moribus Hispanis non fuisse receptam eam constitutionem extrauagantem, vt etiam respondet Michael de Palacio dict. capite sexto pagina 309. columna prima ideoque nullam autoritatem habet, & praesertim quod noui iuris fuerit inductiua, & non antiqui declaratiua.

Verum ex duobus adhuc videtur difficilis doctrina superior, vnum est quod fideiussor videtur cauere, quod fructus fundi erunt certi, quia in censu fructus dicuntur emi & vendi, vt prosequitur Franciscus Garc. d. capite quarto & docet Sarabia dict. capite 15. quae cautio iure non probatur, imo mala est, vt ex lege non moriturum C. de contrahend. & committend. stipula. obseruat Dominus Francisc. Sarmiento, libro septimo capit. primo numer. 21. ac proinde apparet fideiussorem ex sua promissione, & interuentu non adstringi. Alterum est quod inutilis est conditio, qua venditor promittit, & assecurat venditae rei durationem, & conseruationem in longius, maiusque tempus, quam ipsa possit secundum suam naturam durare, & conseruari. Nam cum venditionis, emptionisque natura ea sit vt perfecto contractu periculum spectet ad emptorem l. fina. ff. C. de periculo, & commodo rei vendite l. si in emptione §. si emptio. ff. de contra. empti. l. Lucius ff. de euictio. l. cum emptor ff. de rescind. vendit. l. necessario. l. si vendita ff. de periculo, & commodo rei venditae §. cum autem institut. de emptio. & venditio. l. 13. titulo quinto part. quinta plane pacto, & conuentione non potest effici vt venditor de rei assecuratione teneatur facit text. in dict. l. non moriturum §. C. de contrahen. & committend. stipulatione vbi Cæsares Dioclecia. & Maximia. rescripserunt in hæc verba, *Non moriturum praestari ser. vni impossibilis promissio est.* Ex quo text. deducitur inutilem esse promissionem, qua quis promittit rem

duraturam ultra terminos, & limites iux durationi, & conseruationi praefixos a natura. Prima vtiq; difficultas tantum videtur potuisse, vt Dominum Franciscum Sarmient. dict. libro septimo capite primo numero tertio dubium reddiderit, adeo vt nec certam sententiam videatur protulisse de hac re. Secunda mouit fratrem Francisc. Garc. dict. capite quarto ad existimandum fideiussorem non teneri re perempta, in quo declinat in sententiam Albornozi, manente tamen re ipsa fideiussorem conueniri, exigique posse pro redditibus decursis, sed hanc Francisci Garsias opinionem probare non possum, nã si fideiussor in censu contra actu interuenire potest propensionibus ipsis, plane consequitur subesse aliquam obligationem primitiuam personalem, cui vt subiecto in hæreat, insit, & accedat fideiussio, quae cum de perse consistat & non dependeat a fundo nec respectu illius sit contracta, fundo absumto, & perempto non moritur, sed viuit, duratque proprijs radicibus suffulta, ex his, quae notant glossa. Bartol. & Doctores communiter in leg. quod te mihi ff. si cert. peta. & in l. incendium C. eodem titulo. Igitur si Franciscus Garsias agnoscit aliquo modo in censu posse fideiussorem interuenire, fateri debet necessario semper teneri fideiussorem ipsum, cum actio primitiua duret quandiu census non est redemptus.

Ex quo infero non recte sentire eundem Franciscum Garsiam, censum esse duntaxat contractum realem cum enim in censu admittat fideiussorem, profecto debet admittere esse contractum quoque personalem. Et licet variet Doctores an census sit contractus personalis an realis an mixtus, tamen vt dixi, magis est vt principaliter sit personalis, vt voluere Conrad. Medina Dominic. de Soto, Couarruu. & Michael de Palacio, Ioannes Garsias in tractatu de expens. & m. lio. c. 4. numero

Proæmiuntius

mero 41. & plerique alij: obligatio tamendi fundi, quæ accessoria est, non habet effectum simplicis hypothecæ, sed fortio rem, & in multis longe diuersum, vt dicemus infra, ita vero, vt de hypotheca ad fundum censui suppositum valeat argumentum quia eius fundi suppositio quædam est hypotheca irregularis. Nô obstat prima difficultas, quia resp. quod debitor census non se obligat ad soluendum redditum ex fructibus fundi solum, sed ad reddendum singulis annis censum vndecumque voluerit. Ideoque fideiussor nô cauet, nec promittit certos futuros fructus fundi, sed certas futuras pensiones annuas, quas venditor census promittit. Secunda quoque difficultas nihil officit, quia in omni materia verum est pacto, & cõuentione fieri posse vt de rei interitu, & peremptione quis teneatur, & fortuiti casus periculum in se suscipiat l. si vt certo §. nunc videndum versic. certe si hoc ff. commo. l. prima C. eodem titulo l. 1. §. sæpe euenit ff. depositi l. & Aristou. 39. ff. mandati. l. si quis fundum, 10. in principio alias est l. si quis domum. 9. §. Iulianus l. item quæritur 13. §. si gema ff. locati l. Põponius ait 6. ff. de pact. dotali. cap. vnico, de commodato lege 23. titulo. 8. par. 3. resoluunt Alexand. Iacob. Zasi in l. sed & si quis §. quæsitum ff. si quis cautio, asserunt esse communem sententiam Corneus cõsilio 128. numero 13. libro secundo, Iass. consilio 207. colum. 3. libro primo, Pinellus in l. secunda C. de rescind. venditione prima part. cap. 3. numero. 26. cum sequentibus, Gregor. Lopez in dict. l. 23. titul. 8. part. 5. gloss. prima Antonius Gomez 2. tomo cap. 3. nume. 19. professus quoque esse Doctorum commune placitum Dominus Franciscus Sarmiento, d. lib. 7. capit. primo numero 13. Ioannes Cuetierrez in tractatu de iuramento cõfirmat. prima part. cap. 24. numero. primo Mart. Antonius del Rio in l. cõtractus cap. 21. ff. de regulis iuris, ideoque venditor videtur posse rei venditæ pericu-

lum in se suscipere, quod in contractu censuali licere scribit Paul. Paris. consilio 75. numero 31. volumine quarto quod si hoc visum alicui fuerit difficile, concedam nihilominus nullum generare præiudicium resolutioni superiori, procedit enim ea difficultas, quando res venditur, & transit in potestatem emptoris, tunc enim prædurum videtur vt pacisci valeat ad venditorem spectare periculum rei venditæ. At vero in censu non venditur res aliqua, quia neque prædium, neque fructus illius, sed solum ad soluendum redditum, & pensionem annuam, ex quo sequitur neque venditorem census neque fideiussorem promittere durationem, & cõseruationem rei, sed solum obligari ad annuos redditus, vt etiã tradit Salazar de usu, & consue. cap. primo numero 79. cui obligationi, & promissioni nihil est, quod repugnare possit. Quam rationem satisfit rescripto Cæsarum Diocleciani, & Maximiani in dict. l. non moriturum. Cuius decisio vrgeret nimis in hoc casu, si de securitate & duratione rei censitæ venditor, vel fideiussor cauerent. Quamobrem cum id venditor, & fideiussor nõ promittant, is text. nullam præstat in proposito difficultatem: & dato, quod venditor census, & fideiussor expresse promitterent rei durationem, & cõseruationem, adhuc tenerentur, quia non cauent de sola rei duratione, sed etiã promittunt, quod si res pereat, redditus nihilominus persoluent. Quam formam cõuentionis text. in dict. l. non moriturum non improbat, neque reijcit: imo esse vtilem docet ibi gloss. in intellectu postremo, & sequuntur Odofre. Petrus de Bellapertica, Cynus, Faber, Baldus, & Salycerus. Vnde non placet nouissima sententia Nauarri consilio nono sub titulo de censibus, aientis, in contractu censuale admitti fideiussorem de euictione, non vero de redditibus soluendis, quoniam, v. opinor, abunde ostensum est, etiam pro redditibus ipsis soluendis fideiussorem posse

Posse interuenire, idq; procedere etiā stante motu proprio Pij V. de forma creandi census tradit Molina post hæc impressa visus libro secundo de iust. & iure disput. 391. colum. 908.

6 Aliter autem, quā Albornozius Ioannes de Medina, quem maximum huius Academia Complutensis decus, & ornamentum appellat Dominus Antonius de Padilla in l. secunda. C. de resc. vendi. numero 11.) censum diffinit in C. de restit. cap. de censibus quoad eorum institutionem scribens, quod census est ius percipiendi fructum, seu re aliquam vtilem, aut etiam pecuniam de re illa, in qua dicitur census constitutus aut est ius percipiendi pensionem aliquam de re ipsa, in qua est census. Quā diffinitionem videtur secutus Nauarr. in commentario resolutorio de vsuris notab. 22. numer. primo Maurus Anto. Berarducius vbi supra, sed displicet, quia census proprie non est ipsum ius percipiendi annuam pensionem: quini mo ius istud ex censu oboritur, & procedit, est que eius effectus. Nam quem admodum contractus obligatio, & actio differunt, vt causa, & effectus, eodem modo differunt inter se census proprie loquendo, & ius percipiendi redditum annuamque pensionem. Ergo census non recte definitur ius, quoniam causa suo causato differt, sicut mater a filio l. licet. §. ea obligatio ff. de procura. libr. 5. §. stipulatio ff. de verbo. obliga. & diffinitio, quæ per effectum explicat vim, & substantiam rei, insufficientis est, Bartol. & alij in l. 1. ff. de appella. Alciat. & Bero. in Rub. de prescriptio. Hier. Cag. in l. omnis definitio num. 17. ff. de reg. iuris, Alcia. in tract. de eo quod interest in principio. Præterea ex alio displicet ea diffinitio, quia videtur in ea Ioannes de Medina pro certo cōstitueret ad substantiam, validitatem, & iustitiam contractus censitici esse necessarium, vt in re aliqua fundetur, & constituatur, nec posse consistere sola obligatione personali: cuius contrarium ipse docuit d. ca.

censibus quoad eorum institutionem verfic. sed quæret aliquis, quam varietatem, & repugnantiam Ioannis de Medina notauit, insignis Dominic. de Soto lib. 6 de iust. & iure quæst. 5. art. 1. verfic. sequitur 2. & magis est ad valorem & iustitiam census non esse necesse in re immobili cōstitui, posse q; in solaperfona fūdari, vt inferius suo loco patebit.

7 Quamobrem Dominus Francisc. Sarmiento, Francisc. Garcia, & Sarabia vbi supra docent, censum esse quandā emptionem, & venditionem, qua emitur, & venditur ius quoddam præsens ad certos fructus percipiendos ex fundo debitoris propter pecuniam illi datam consignatos solui in singulos annos, vel vt melius conuenerint. Quare sentiunt auctores isti in censu non vendi ius percipiendi annuam pensionem pecuniariā, sed fructus ex prædio, quod etiam docuerunt Inno. & Ioannes de Ligniano in cap. vltimo de vsuris Lau. de Rodolphis in tract. de vsuris p. 2. q. 12. Bero. in cap. in ciuitate nu. 9. de vsuris. Sylu. verbo vsura 2. quæst. 12. Bonau. tract. de contract. Panormi. in disputatione quinta, Ange. verbo vsura D. Antoni. 2. part. tit. 1. cap. 8. §. 10. Bernardi. Senensis de Euange. æterno, sermone 41. c. 2. Areti. consilio. 151. Didacus Perez in proemio tit. 2. lib. 8. ordinamenti veteris pag. 37. col. 1. & 2. Grego. Lopez in l. 28. tit. 8. part. 5. glo. á cēso ad finē limitationis primæ, & in principio limitationis secūde Auēdaño d. responso. 12. n. 3. verfic. ex supradictis patet, vbi refert Casaneū, Ioan. de Med. Nauarr. Pizarrū filiū Greg. Lop. idē tenuisse. Quomnes auctores subinde resoluūt iniquū, illicitū, & vsurariū esse cōtractū census, vbi bona non reddūt tot fructus, quot sunt annui redditus, quia cēsent ad huius cōtractus iustitiā requiri, vt pensio respōdeat fructibus, quorū loco penditur & præstatar: ea tamē diffinitio laborat eodē vitio, quo superior, & refellitur ex Extrauaganti prima Martini V. in illis verbis. *Et vendidit annuos*

Proæmiu[m] atq[ue] titus

census vnius, in l. rium Marcarum
aut Grosorum Pragensium numi Ro-
lom. ei, & pagamenti consueti: ad rati-
onem, & pro qualibet marca annui cen-
sus decem, vndecim tredecim, quatuor
decim marce, aut plus vel minus secun-
dum temporis qualitatem, prout ipsi cō-
trahentes inter se cōuenerant: & in ex-
trauaganti secunda Calixti. III. ibi su-
per eorum bonis domibus, agris, prædijs
possessionibus, & hereditatibus an-
nuos marcarum. flo. seu grossorum mo-
netæ in partibus illis currentis redditus
seu census vendentes de emptione, &
venditione, inter communes, Ex quibus
apparet licitum, & iustum esse census
contractum, in quo agitur vt pensio in
pecunia reddatur, non habita fructuū
ratione. Quod si ad iustitiam eius con-
tractus esset necessaria proportio pecu-
niæ ad fructus, plane Pontifices Marti-
nus V. & Calixtus III. cū referunt, &
probant formam conuentionis, nō præ-
termisissent qualitatem adeo notabilē,
& necessariam argumento text. optimi
in l. Item apud Labeonem 15. §. ait præ-
tor, ibi, Ea enim quæ notabiliter fiunt,
nisi specialiter notentur, videntur qua-
si neglecta ff. de iniurijs. Rursus refelli-
tur ea sententia ex eo, quia contractus
censiticus, eiusque forma pendet a con-
suetudine, quoniã vt resolui, in capite
primo huius libri numer. 18. institutus,
& inuentus primum est à consuetudi-
ne: sed a primis temporibus, quibus in
lucem prodijt cōtractus hic, cernimus
consuetudine obtentum vt conueniat
de danda pensione in pecunia nulla fa-
cta de fructibus prædij mentione, nec
proportione, aut relatione habita: ergo
consequitur in censu non emi neq; vē-
di fructus, sed pecuniariam pensionem
commensuratam quantitati, ex qua cē-
sus creatur, quo argumento vtitur Mer-
cado vbisupra, & reiicit hanc opinionē
Et accedit, quod in omni contractu
mens contrahentium inspicienda est. l.
insulam ff. de præscrip. verb. l. si cū vno
ff. locati l. si olei C. eodē titu. notat Bar.

in l. ff. si cert. petatur, in l. 2. C. com-
modati, Bald. in Rubri. C. de iure em-
phyt. & in l. ædem sub numero 7. C. lo-
cati, Feli. in cap. quæ in Ecclesiarum nu-
mero. 51. de constitutio. Couarr. lib. 2.
variarum capite quarto numero 9. at
cum partes celebrant censiticum con-
tractum, non intendunt fructus fundi
emere, vel vendere, sed redditum an-
nuum pecuniarium, & de eo cogitant
dumtaxat: ergo dicendum non est incē-
su fructus emi, & vendi. Sed dicit ali-
quis argumentationem istam nihil aut
parum concludere: quia nec consuetu-
do, quantumuis antiquissima, nec ani-
mus contrahentium tantam potestatem
habet, vt contractum improbum, & ve-
titum l. naturæ possit licitum, & iustum
efficere, ex his, quæ resoluunt Rochus
Curcius in cap. vltim. de consuetudine
in principio, & ibi Marcus Mantua. nu-
mer. 78. & 79. cum sequentibus: ideo-
que, nec humana dispensatione vsura
licere potest c. super eo de vsuris: & cū
ex natura rei iustitia, & validitas con-
tractus censitici exposcat ita fieri vt fru-
ctus prædij emanent, & vendantur, cō-
suetudo, vel contrahentium animus nō
poterit eam qualitatem immutare. Res-
pondeo tamen nullam esse legem natu-
ralem, ciuilem, Canonicam, aut Regiã,
quæ iubeat expresse, quæ constituat nō
aliter iustum esse contractum censua-
lem, quam si pensio proportione habi-
ta ad fructus persoluatur, nec id cōuin-
ci posse vrgenti ratione: idcirco mens
contrahentium, & insita, ac inueterata
consuetudo magnam in hac parte auto-
ritatem obtinebunt. Præterea si pensio
deberet fructibus prædij corresponde-
re, euenire posset, vt in redditus solutio-
ne magna fraus, & iniustitia sæpe nume-
ro committeretur, quia aliquando ma-
ior, aliquando minor propter abundan-
tiam, vel sterilitatem solueretur pensio
non variato, nec diminuto capitali.
Nam si pro numis quatordecim aureis
census ita constitutus esset, vt singu-
lis annus vnus tritici modius pendere-
tur,

Opus de Censibus.

tur proculdubio fraude, & iniuria non careret huiusmodi præstatio: quia tritici pretium ex temporum varietate crevit, & minuitur ut rebus omnibus commune est l. pretia rerum ff. ad legem Falci. Ideoque pensio non proportionetur capitali, sed aliquando maioris aliquando minoris valoris esset, quod iniustum, & iniustum esse nemo disitebitur. Deinde probatur quia si in censu fructuum prædij emptio, & venditio contraheretur plane consequens esset nullis collectis fructibus ex prædij debitorem census liberum fore debere a præstatione redditus annui, quia periculum spectat ad emptorem l. ultima ff. de periculo, & commodo rei venditæ cum pluribus superius adductis: sed id per quam falsum est, & iuri ac consuetudini repugnat. Quia quotidie debitor solvere cogitur, nulla habita ratione an fructus collegerit, vel non: ut agnoscit frater Francisc. Garfias dicto capite tertio ergo in censu non emuntur neque veduntur fructus prædij. Quinto probatur, nam si census mille ducatorum constitueretur in domo sumptuosa & magnifica, quæ nihil aut parum redderet, non improbareretur, quia in re ipsa saluum & securum est capitale: ergo nec in censu fructus emuntur, nec est necesse, ut illis pensio respondeat. Postremo ex natura rei & seclusa omni humana constitutione census potest in sola persona constitui, ut septimo capite latius confirmabo: ergo dici non potest census substantiam consistere in illa emptione & venditione fructuum, ex quo primum displicet, quod asserit Dominus Francisc. Sarmiento d. libro. 7. Selecta. cap. primo numero. 14. versicul. si vero materia census, in quibus contractantes non habent intentionem fructus emendi, sed pecuniæ certum fructum quærunt, non esse usurariæ prauitatis expertes, quia intentio hæc sola facit contractum usurarium, & prohibitum l. in §. fin. ff. qui, & a quibus, & sequitur Didacus de Espino. in speculo

estamentorum cap. pag. gloss. Rubri. numero. 37. nam cum census iustitia non consistat in emptione, & venditione fructuum prædij, ut supra copiose demonstratum est, licite & absque vitio, & suspitione prauitatis usurariæ contractantes possunt intendere perceptionem redditus pecuniarij, & non fructuum: aliàs esset multorum animas trudere infernum præcipites, quod absque sufficienti causa, & fundamento asserendum non est.

Rursus non probo id, quod pro certo constituit idem Dominus Francisc. Sarmiento d. cap. primo numero. 19. versic. singite utrum, quod si quis emat super prædij aliquo censum viginti corbium frumenti re, etiam ipsa, ac cæteris bonis obligatis, prædijque certum, sit, non reddere dicta viginti, imò neque decem, neque in vulgari venditione ex vendito agere posset, quia sciens emit rem, quæ verisimiliter non erit, ideo ad pretium tantum, quod dedit agere poterit, non ad redditus, qui non sunt. l. domum l. neque emptio ff. de contracten. emp. nam, ut dixi, census in sola persona, & in re, cuius fructus non ascendant ad quantitatem pensionis, fundari potest. Posset autem habere locum sententia Domini Francisci Sarmiento, si census fructuarij expresse quis emeret, non si pecuniarium. Etenim cum non sit necesse, ut fructibus prædij respondeat, & proportionetur quantitas pecuniæ, quæ singulis annis soluitur, nihil interest ad iustitiam contractus, ut fructus prædij ascendant usque ad pensionis annuæ quantitatem, ut etiam accurate, & neruose probat doctissimus Michael de Palacio d. lib. quarto ca. 6.

8 Qua propter in hac opinionum dissensione censum sic ego definio, ut sic contractus institutus à consuetudine, ex quo vnus vendit, & alter emit ius certi redditus singulis annis soluendi in pecunia. Quæ definitio, si expèdatur ex acte, omnem videbitur census cõplexa substantiam, constat enim genere, & differen-

Proæmium to ius

9
tia, quibus ex parte omnis perfecti-
difiinitio debet absolui, & expleri. Co-
tractus enim loco generis ponitur, quia
plures formas suo ambitu comprehen-
dit, emptionem, venditionem, pignus, de-
positum, commodatum, mutuum. l. cõ-
tractas ff. de regu. iuris. l. iuris gentium
in principio l. 1. §. conuentionis ff. de pa-
ctis. l. 1. ff. de actio. & obligatio. §. vlti.
inst. de obligatio. & census contractus
est, referrique debet inter eos, qui re ce-
lebrantur, vt obseruaueram in cap. 2. n.
9. hoc lib. dixi esse a consuetudine insti-
tutum, vt originem, & principium ostē-
derem, a quo fluxit & processit, quod
in recta difinitione vitio verti non de-
bet, quo, & reliquis verbis contractus
censiticus distinguitur ab alijs contrac-
tibus, & in propria essentia cõstituitur,
quæ cum abstrahat à persona vel à præ-
dio, nec personæ, nec prædij indifinitio-
ne volui mentionem facere.

9
Igitur in censu emptio, & venditio
contrahitur, ac propterea æstimandus,
& metiendus erit fere eisdem regulis, &
legibus, quibus contractus emptionis,
& venditionis. Ideoque vbicunque in
contractu cõsus esset defectus talis, qui
efficeret vt emptio vitaretur, vel emp-
tor non teneretur, idem in censu erit
constitueudum, quia contractus emp-
tionis, & venditionis est, vt sapienter
animaduertit Dom. Francisc. Sarmiento
d. c. 1. num. 19.

10
Ex quo primum infero ex natura rei
esse necessarium, vt pretium, quo emi-
tur, & venditur ius annui redditus con-
sistat in pecunia numerata. Nõ dico ex
natura rei esse necessariam veram nu-
merationem pecuniæ coram tabellio-
ne, & testibus, quoniam id sola consti-
tutione Pij V. exposcitur, sed pretium
non posse in alia re, quam in pecunia
constitui. Idque probatur ratione ma-
nifestissima. Nam pretium & rem esse
de substantia emptionis, & venditionis
certum est, neque indiget peculiari pro-
batione, & pretium debere consistere
in pecunia numerata constat ex tex. in

l. 1. ff. de contrahen. empt. l. 1. ff. de re-
rum permutatione l. pacta cõuenta 72.
ff. de contrahen. empt. §. pretium & §.
Item pretium, inst. de emptione & ven-
ditione l. empti. fides C. de contrahen.
emptio. l. emptionem. C. de rerum per-
mutatione. l. naturalis §. & si quidem
ff. de prescrip. verbis, & obseruant Cõ-
stanti. Harmenopulus in epitome iuris
ciuilis libro tertio titulo tertio, Azo, &
Placenti. in sũma. C. de contrahen. em-
tione, accurate Pinelus in Rubr. C. de
rescind. venditi. 2. par. cap. 1. numero. 1.
& 10. 11. & 12. Dominus Antonius de
Padilla in d. l. naturalis §. & si quidem
numero 1. ff. de prescrip. verbis, Vaco-
nius à Vacuna libro quinto declaratio-
num iuris declaratione 68. numero 6.
Quam ob rem cum cõsus vera sit emp-
tio, & venditio, plane sit consequens pre-
tium, ex quo census creatur, debere cõ-
sistere in pecunia numerata, quod in
specie notat Rebuff. secundo tomo ad
constitutiones Gallicas tractatu de cõ-
stitutione reddituum artic. 1. gloss. 5.
Ex quo subinde infertur non esse cen-
sum, cum quis dat oleum, triticum, aut
quodlibet aliud granum, merces, mas-
sam auri, vel argenti, vt ratione eius sibi
soluatur annua pensio, argumento tex.
in d. l. naturalis. §. & si quidem l. insulã
6. ff. de prescriptis verb. l. 6. §. 1. ff. de ac-
tionibus empti, quia in ea specie non
esset venditio, vt conuincit Pinelus. d.
capit. primo numero nono & 12. Ideo,
si census ea forma creatus esset, vt loco
pecuniæ species interuenisset, emptor
teneretur redditus solutos, & pensio-
nes perceptas imputare in sortem prin-
cipalem, quia census non fuit, Albor-
noz d. titulo secundo versic. quarta cõ-
clusio, & pluribus Arestis in Regno
Franciæ ita difinitum fuisse scribit Re-
buffus d. gloss. quinta & apud nos in su-
premo Regio consilio quotidie rescin-
duntur tales contractus, & in hac cu-
ria Complutensi frequentissime vidi
ita obseruatum, & obtentum.

Parumque iuuare potest nomen à
contra-

contrahentibus adiectum ex textu in l. 1. in d. l. infulam 6. ibi, *infulam hoc modo, ut alia n. ref. ceres, vendidi, respondi nullam esse venditionem, sed civili actione incerti agendum esse ff. de præsc. ip. verb. l. 6. §. 1. ff. de actio. empti. Ias. in l. si tibi pecuniã ff. si cert. petatur, Tiraquel. de vtroque retractu §. 30. gloss. 1. numero. 11. & §. 32. gloss. 1. num. 34. Pinelus vbi supra, & in d. Rub. 2. p. c. 2. numero. 2. & cap. 3. numer. 24. Auenda nius responso. 12. num. 2. Antoni. Gomez in l. 45. Tauri numero. 41. Petrus Peralta in l. Lucius Titius numero. 12. ff. de leg. 2. Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 27. numero. 11. fol. 156. pag. 2. Rolandus consil. 96. num. 39. 40. 41. & 42. volum. 1. qui omnes docent, non attendi nomen a contrahentibus impositum, vbi natura conuentionis, vel deducta in conuentionem repugnant nomini expresso, & addendus est Vaconius à Vacuna lib. 5. declaratione. 69. nu. 10. nec placet sententia Nauarri in d. commentario resolutorio de vsuris numer. 105. afferentis, solo iure naturali, & diuino attentò posse iuste constitui corã Deo censum soluto pretio eius in alia re, quam pecunia numerata, si illa corã ipsius diuina maiestate esset æque utilis, aut vtilior venditori, quam pecunia numerata. Quoniam cum ex natura contractus ipsius requiratur, vt pretium interueniat in pecunia numerata, plane fit consequens, si deficiat, nec cẽsum esse coram Deo.*

Quam doctrinam primum extendo, vt habeat locum, tametsi speciem contrahentes à principio æstimauerint ad pecuniam. Nam si massam auri, vel argenti, marchas, libras, vel vacias, triticum, oleum, merces, & reliqua id genus certa pecunia æstimata daret quis loco pretij, eoque censum & redditus annuos sibi cõpararet, nihil ageret, nec cẽsus cõtraheretur, & redditus percepti in sortem essent imputandi & cõtractus rescindendus. Quod ratione perspicua verum esse demonstratur. Quo-

am substantia emptionis, & venditionis, vt dictum est, desiderat pretium in pecunia numerata. Igitur consensu partium tolli, mutarique non poterit. Nemo potest ff. de lega. l. 1. vbi ita donatur ff. de donatio. causa mortis, nec partes fingendo poterunt inducere, vt taxatio rei sit pecunia iuxta regulam text. in l. in bello. §. facta ff. de capti. & post limi. reuersis, Pinelus d. cap. 1. numer. 11. reprehendens Fabrum contrarium existimantem, & numero 16. improbens autores plurimos Fabro cõsentientes. Tum quia Martini V. & Calixti III. cõstitutione extrauag. aperte desideratur pretium in numerata pecunia, quod cũ non interueniat, vbi datur species æstimata, apparet dicendum ea censum constitutum inutilem esse. Neque obstat text. in l. pretij 9. G. de rescindenda vendit. vbi Cæsares Dioclec. & Maxima. sic rescripsere, *Pretij causa nõ pecunia numerata, sed pro ea pecoribus in solutum consentienti datis, contractus non constituitur irritus.* Quibus verbis docuisse videntur emptionem, & venditionem consistere posse in re æstimata ad pecuniam. Quia is text. procedit quando à principio fuit conuentum de pretio in pecunia numerata, & postea in solutum data fuit res æstimata loco pecuniæ, vt ibi explicat Accursi. verbo consentienti, Odoffredus legum pater numer. 1. Petrus de Bellapertica, Cynus Faber Bald. Ang. & Salycet. Dominus Franciscus Sarmiento libro. 7. Selectarum cap. primo numero. 23. & 39. versiculo, *Item mercis loco.*

Nec etiam obstat text. in l. 1. C. de rerum permutatione ibi, *Licet non taxata quantitate,* dũ his verbis significare videtur in specie taxata à principio quantitate venditione, emptioneque consistere, & docuerunt ibi Accursi. verbo taxata, Bart. Bal. Fulg. & alij Paul. de Castro in l. 1. ff. de rerum permutatione, Alcia. nu. 23. Ripa. 26. in l. 2. ff. si cert. petatur, Decius consil. 160. col. 2. Tiraquel. de re-

Proæmiu[m] t[er]tius

tractu Lignagier. §. i. gloss. 4. num. 19. Molinæus in consuetudi. Parisien. §. 13. gloss. 5. num. 47. Cassanæus in consuetudi. Burgundiæ folio. 333. num. 3. Quia id colligitur per argumentum à contrario sensu, quod nō est magni pōderis, & verba illa magis probare videtur idem iuris esse, eo casu non taxata quantitate quod esset si taxaretur, & ita is text. probat, quod si altera species taxata daretur pro venali, minus dubiū esset competere tunc actionem ad interesse, ad similitudinem empti, & venditi. Quo circa dissentio à fratre Ludouico Lopez in instructorio negotiantium. lib. primo cap. 59. versic. ad hæc, qui existimat, quod stando in iure naturali, & in sola natura contractus, id rationi & iustitiæ non repugnat. Verum est enim eam formam conventionis vitiosam esse, non solum iure humano, & positiuo, sed etiam iure diuino, & naturali, ex his quæ nunc resolui.

Limitari tamen posset superior propositio in specie duplici. Prima est cum à principio conuenit de creando censu ex certa pecuniæ quantitate, & postea contractu perfecto species taxata quantitate datur venditori insolutum loco pretij cōuenti à principio: hoc enim casu videtur census irritus non esse: venditorque singulis annis redditum persolvere compellendus: nec excusari debeat, si dixerit, nō pecuniam, sed speciē solutam sibi fuisse, ex text. in d. l. pretij. C. de rescin. venditione iuxta communem eius intellectum à me supra relatū, & facit text. in l. si olei. C. de locato & conducto, iuxta interpretationē quam ibi magis amplectūtur Bar. Bal. Angel. Salycet. & Fulgo. Alexand. in l. si pecuniam num. 8. & Iass. num. 4. ff. de conditione ob causam, & interminis ita consuluit Naua. cons. 1. sub titulo de emp. & vendi. cessante motu proprio Pij V. sed contrarium arbitror esse verius. Quoniam vt probaui supra cap. 2. numero 9. census ex natura rei, ac iure diuino, & naturali requirit verā, & rea

le pretij numerationem contemporaneam ipsi formationi contractus. Ideo nihil proficiet à principio cōuenisse de pretio, nisi actu detur tempore celebrationis & perfectionis actus ipsius. Altera quidem species est, cum emptor dat simul pretium, & rem aliquam, vt constitutatur sibi ius annui redditus, quia hæc forma censui non repugnat, eā admittatur in emptione, & venditione, & præsertim quod in hac specie partes videantur habere animum emendi, & vendendi, quo casu emptionem, & venditionem esse, non permutationem, nec alium contractum docuit Bart. in l. Aristot. numer. 2. ff. de donatio. & in l. si in emptione ff. de contrahen. emptione, & in l. 1. ff. de rerū permutatione, quæ dicunt esse receptum communiter Tiraque. de retractu Lignagier. §. 30. glo. prima numero secundo, Boerius decis. 144. Couarr. lib. 2. variarum cap. 4. n. 9. Antonius Gome. 2. tome cap. 2. nu. 10. Oroscius in l. iuris gentium §. & ideo num. 17. ff. de pactis, Pinelus in d. Rubr. 2. p. c. 2. nu. primo, Dominus Antonius de Padilla in l. naturalis §. & si quidem nu. 2. ff. de præscrip. verbis. Quam sententiam, licet recepta sit communiter, reputo difficilem in censu, nam cum legibus Regijs redditus solui debeat ad rationem vnius pro quatuordecim, respectu speciei, quæ traditur simul cum pretio, male poterit solui ad eam rationem, & quia pretium pro forma requiritur vt actu tradatur in pecunia numerata. Præterea infertur, quod si census imponatur super re aliena, non venditoris, & postea euincatur, emptor potest recuperare libere precium, quod dedit, & damna, & interesse ratione, euictionis illata, vt in alijs emptionis contractibus fit.

¹³ In damnis autem, & id quod interest venit etiam pretium datum, & quantitas censuum vsque ad diem restitutionis, quia apparet de lucro cessante ex eo, quod super re non sua, sed alia censum venditor constituit. Nam si non esset

re aliena, hæc deberet emptori, & in
 dubio: nõ ergo venditor debet esse me-
 lioris cõditionis, quam si non deliquif-
 set, facit text. in l. venditor hominis ff.
 de euct. & ita resoluit Dominus Fran.
 Sarmiento d. lib. 7. cap. 1. num. 30. vers.
 quinta conclusio. Quæ resolutio digna
 est eximio, & admirabili ingenio Do-
 mini Francisci Sarmiento, & cum eo vi-
 detur sentire Nauarr. in proprium mo-
 tum Pij V. de for. crean. cens. nu. 118.
 & 119. Medina in C. de restitu. in cap.
 de censura dimibili, vers. sequitur hinc.
 Sed ego, qui alia via procedo, illã pro-
 bare non possum ea ratione, quia in cõ-
 su, vt latissime demonstraui superius,
 non emitur, nec venditur prædium, nec
 fructus illius, sed ius quoddam soluendæ,
 & percipiendæ annuæ pensionis pe-
 cuniariæ, & hoc ius saluũ, integrumq;
 manet, re vna eucta, vel in alijs prædijs
 quæ non negat Dominus Franciscus
 Sarmiento censui posse supponi, vel in
 persona, quæ principaliter, & de per se
 etiam tenetur. Ideoque vna re eucta
 emptor non recte petet pretiũ, & red-
 ditus restitui sibi. Probat quõque ex
 Martini V. & Calixti III. extrauagan-
 tibus, quibus definitur, rebus omnibus
 peremptis, saluum ius manere ad exigẽ-
 dos redditus, nec posse capitale repeti:
 ergo nec vna re eucta, imò, nec omni-
 bus repeti fors valebit.

Et postquam hæc scripseram, incidi
 in speculum principum Petri Bellugæ,
 qui Rub. 41. §. leges Regni numer. 12.
 tractans hanc difficultatem, duo conf-
 tituit. Primum re eucta non posse repe-
 ti pretium ex natura contractus, sed ex
 clausula, quam dicit solere adijci instru-
 mentis censualibus de faciendo, habe-
 re, licere, tenere, & possidere. Secundũ
 in regno Valentiæ praxi fuisse receptũ
 suis temporibus, vt re eucta aliquãdo
 debitor condemnatur ad restituendũ
 pretium, aliquando vt aliam rem æqui-
 ualentem reponat in speciali obligatio-
 ne per text. in l. si quis accepto ff. de cõ-
 dictione causa data, & in cap. Ecclesia

Sanctæ Mariæ 2. vt lite pendente, aut pre-
 tium restituat, & vtramque praxim de
 iure sustineri, posse quam regni Va-
 lentiæ praxim defendit Franc. Garcia.
 de contracti. 2. par. cap. 4.

Ipse tamen admitterem eam senten-
 tiam tunc locum habere posse, quando
 omnia bona obnoxia præstationi cõsus
 euincerentur à venditore, quia cum in
 sola persona fragilis sit, parumque se-
 cura census persolutio, æquum est, vt
 vel venditor noua prædia supponere,
 vel pretium cũ redditibus decursis co-
 gatur restituere. Vel posset habere lo-
 cum, vbi venditor fuit in mala fide, ne
 ex delicto commodum cõsequatur, ca.
 intelleximus de iudicijs l. itaque fullo.
 ff. de furtis. Vltimo deducitur magnam
 esse differentiam inter censum, & mu-
 tuum.

14 Pro cuius rei notitia aduertendũ est
 quatuor potissimum in mutuo depre-
 hendi. Primum, quod pecunia fiat acci-
 pientis: secundum, quod fiat gratis: ter-
 tium, quod detur ius vtendi aliquo tẽ-
 pore: quartum, quod accipiens oblige-
 tur cum effectu ad idem genus, siue ad
 tantundem in eodem genere restituen-
 dum, idque adeo precisse, vt nullo inte-
 ritu liberetur l. 2. in principio ff. si cert.
 petatur.

Primum non est soli mutuo propriũ
 quia conuenit emptioni fundi, & quã-
 plurimis alijs contractibus, in quibus
 quoque necessum est pecunia fiat acci-
 pientis. Secundum etiam mutuo com-
 mune est cum donatione & deposito
 ad numerum contracto. l. Lucius. l. die
 spõsaliorum ff. depositi. tertio, & quar-
 to constituitur propria, & specifica dif-
 ferentia mutui, & propter quartum di-
 stinguitur essentialiter à censu, & emp-
 tione redditus annui, siue perpetui, si-
 ue temporalis. In censu enim recipiens
 seu venditor nullo modo obligatur ad
 reddendum pretium, quod accepit, ne-
 que in corpore, neque in genere, sed ip-
 sa pecunia, pretium, siue fors abaliena-
 tur in perpetuum absque vlla prorsus

Prooemium totius

spe repetendi, quod emptiois proprium est. Cuius oppositum ex diametro reperitur in mutuo, in quo tametsi accipiens efficiatur dominus pecuniæ, non tamen libere, neque pecunia omnino abalienatur à mutuante, Hieronym. Gab. consil. 152. num. 3. 4. & 5. quia mutuatio non est alienatio, sed administratio. l. rogasti §. si fugitiuus, & ibi Alex. Decius, & alij ff. si cert. petatur, quoniam veritur in creditum, & recipiens obligatur ad restituendum idem genus, non in abstracto, quod nihil est, sed veram, & realem substantiam genere, & qualitate non in diuiduali corpore eadem, & certam. Quæ vera, & pulchra explicatio est ad text. in l. 2. §. mutui datio ff. si cert. petatur. Illa enim verba Pauli I. C. *Quia in genere suo functionem recipiant per solutionem quam specie* (Vt legunt Gregorius Haloander, & post eum Anto. Aug. lib. 4. emendationum. capit. 8.) ita sunt accipienda, vt res mutuabiles recipiant, *in genere suo functionem*, id est, formalem, & substantialem æquipolentiam, vt vna res fungatur vice alterius vni forme, & substantialiter, idque *per solutionem*, id est per soluendi facultatem, *quam specie*, id est magis, quam per ipsum corpus indiuiduum mutuo traditum. Non enim indiuiduum illud est in obligatione, neque genus abstractum, aut quid incertum, sed certa substantia, quæ certitudo non est restricta ad ipsum corpus in indiuiduo mutuatam, sed ad substantiam eiusdem generis, qualitatis, & quantitatis. Igitur res mutuabiles recipere, *in genere suo functionem per solutionem*, nihil aliud est, quam in mutuo id quod redditur, & soluitur recipere subrogationem consubstantialem, & identificam, cum re mutuata, quæ fit per solutionem, id est, soluendi facultatem, quia satis est tantundem soluere, non autem per speciem, seu corpus ipsum mutuatam.

Circa cuius text. intellectum à principio mundi se torsisse mirum in modum, dum glossas, & DD. scribit Nicolaus

Bellonus lib. 1. supputationum cap. 5. sed hyperbolice Bellonus loquitur. Nam cum à principio mundi non fuerint is text. neque glossæ, profecto circa eius explicationem non potuerunt à principio mundi se torquere. Et ipse Bellonus torquet, & contorquet se, & laborant Alcia. lib. 2. paradoxorum cap. 20. Zasius singularium intellectuum ca. 1. Conanus lib. 7. commentarior. cap. 1. Franciscus Duarenus lib. 1. disputationum cap. 14. Ludouicus Charondas libro. 3. verosimilium cap. 13. Vacanius à Vacuna libro. 3. declaratione. 46. Ioannes Robertus libro. 3. sententiarum iuris cap. 14. Stephanus Forcatulus in penitus cap. 13. superior tamen explicatio Pauli mentem magis videtur complexa. Ergo substantialis differentia inter censum, & mutuum procedit ex ea radice, quod census vera emptio est, & in eo fors, & pecunia abalienatur à dante, sitque accipientis absque vlla prorsus spe repetendi: quia venditor census cogi, compelli que non potest, vt pretium restituat aliquando, eo que maxime consistit iustitia huius contractus. At in mutuo accipiens tenetur restituere pecuniam non eandem numero, quã accepit, sed aliam pecuniam eiusdem generis tantam, & eiusdem qualitatis, ad idque compelli potest. Quod est maxime notandum ad multa, quæ inferius venient in disputationem. Et quoniam definitioni cõiuncta, & succedanea diuisio est, erit opportunum explicare hoc loco, quotuplex sit census, & census plurimas diuisiones retulere Contra. Ioannes de Medina, Dominicus de Soto, Maurus Antonius Berarducius, & Franciscus Garfias vbi supra.

15. Primum ergo census diuiditur in re seruatium, & consignatium: re seruatius appellatur, quando quis concedit alicui rem suam re seruato sibi iure percipiendi singulis annis fructus, vel pensionem aliam exicare: concedit autem rem quantum ad vtrumque dominium, directum scilicet, & vtile ad differentiam

tiā in emphyteusis, in qua manet in res concedentem dominium directum, & in emphyteutam vtile transit, vt copiose resolutum est in præfatione huius operis. De hoc censu, vt tunc dixi, non est præsens disputatio, isque parum nostris temporibus frequentatur. Confignatiuus est, quando quis retentis apud se bonis suis certam pensionem confignat super eisdem bonis reddendam alteri singulis annis, de quo sermo est in presentiarum. Secundo diuiditur in realem, & personalem, & mixtum, realis est, qui constituitur super re aliqua, ita vt ipsa solum maneat obligata: personalis, in quo solum persona obligatur ad pensionem reddendam: mixtus qui in re & persona simul constituitur. Tertio diuiditur in pecuniarium, & fructuarium: pecuniarius dicitur ille, qui pecunijs soluitur: fructuarius, qui penditur in fructibus, vt vino, oleo, &c. licet autem censum soluendum in fructibus constitui posse docuerint Ioannes de Medina, Conradus, Dominicus de Soto, Franciscus Garfias, Mercado, Sarabia, Dominus Francisc. Sarmiento locis superius adductis, & Ioannes Maior in. 4. d. 15. quæst. 42. Rebuff. in tractatu de constitutione reddituum in principio tertio tomo ad constitutiones Galliarum, Gregor. Lopez in l. 28. tit. 8. par. 5. gloss. à censo, & plures alij, quorum superius mentionem feci: & Didacus Perez in Proemio tit. 2. lib. 8. ordinamenti veteris pag. 30. col. 2. & facit text. in l. si debitor. §. verisimile ff. de contra. emp. & in l. 1. ff. de condi. & demonstr. l. certus numerus. ff. de tritico, vino, oleo que legato. l. ex eo ff. eod. tit. l. legatum est. §. vini ff. de annuis legatis. Tamen in nostro Regno solutio nequit fieri in fructibus, vt puta vino, oleo, tritico, aliove frumento, & census non nisi in pecunia soluenda constitui potest, & constitutus a principio in fructibus redactus ad pecuniam ad rationem vnus pro quatuordecim, vt constat ex l. 4. tit. 14. de los censos, libro quinto nouæ Compil.

Si gloss. vnica, notat Matienço. Quod etiam in Gallia censuisse senatum Parisiensem scribit Imbertus Rupellanus libro primo institutionum forensium capit. 34. & Carolus Molinæus de contractibus quæst. 21. quos refert Ioannes Garf. in tracta. de expensis, & meliorationibus cap. 9. num. 74. qui numeris sequentibus rem extendit ad census perpetuos, & creatos absque pacto redimendi, in idque refert pragmaticam Philippi II. domini nostri æditam anno 1573. mense Februario, quæ hodie inserta est nouæ Compilationi typis excussæ anno. 1581. & est in ordine lex. 7. tit. 15. de los censos lib. 5. docet Olano litera A. num. 94. de cuius legis intellectu vide Couarru. lib. primo variarum cap. 10. num. 11. & Ioann. Gutierrez libro secundo quæstio. pract. super leges Regi. nouæ Cõpil. quæst. 170. quæ quidem lex ampliata & protensa est ad census vitalicios in commitijs Madriti publicatis anno 1590. cap. 47. Quarto diuiditur in certum, & incertum: certus est, quando quantitas est determinata: vt mille aurei: incertus vero est, quando quantitas, quæ soluitur, non est determinata, vt quando soluitur tertia pars bonorum. Quinto diuiditur in temporalem, & perpetuum: & temporalis ad huc est duplex, alter est determinatus, vt prodecem annis, alter indeterminatus, vt pro vita alicuius.

Sexto diuiditur in censum redimibilem, & irredimibilem: de omnium ergo iustitia, & securitate disputandum est. Et quoniam multa oportet ad eius rei explicationem præmittere, duxi operæ pretium aliqua elegãtia, ac pulchra, & scitu digna prælibare, sine quibus gustu, & sapore, careret ea disputatio, cūque difficultas omnis in eas angustias reducatur, an hic contractus redoleat usuram, primum de usura sermonem instituam, in quo quid sit, & in quibus contractibus locum habeat, quibusque rationibus, & quo iure improbetur, edifferam.

- 1 **D**e multiplici usura acceptione differitur.
- 2 Constituitur una usura definitio, quod sit omne id, quod accedit sorti, & rejicitur.
- 3 Proponitur altera definitio usurae tra hita ab Innocentio, quod sit, quidquid sorti accedit ex pacto, & spe precedenti.
- 4 Vbi creditor suam explicuit debitori mentem, & intentionem, nullo modo intentionalis, sed realis usura dicenda est, usuraque mentalis, & intentionalis est vere, & proprie usura.
- 5 Quando aliquid venditur carius, ac creditum, quam ad numeratum, vera, & propria usura contrahitur, & vendentes incurrunt easdem poenas, quibus plectuntur usurarij.
- 6 Si in iudicio ex creditoris confessione constaret de eius prava, & corrupta intentione, ex Zabarella sententia puniendus esset: sed contrarium resoluitur esse verius.
- 7 Aliud est usura, & aliud peccatum usurae: usura enim est ipsum lucrum peccatum vero usurae ipsa voluntas, seu acceptio lucri.
- 8 Refertur, & improbatum alia definitio usurae, quod est, lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum.
- 9 Quarta usurae definitio tradita a Covarruu. quod est voluntas capiendi ultra sortem lucrum aliquod temporale, vi & causa mutui principaliter, quae similiter improbatum.
- 10 Proponit, & refellit autor duas alias definitiones usurae traditas a Dominic. de Soto, & Francisco Otomano.
- 11 Vera usurae definitio est, ut sit lucrum pecunia estimabile suapte natura vi mutui veri, vel palliati questum, vel speratum.

- 12 licet mutuanti sperare lucrum ex amicitia, & gratitudine.
- 13 Discutitur, an vbi debitor dedit creditori sine pacto aliquo precedenti gratis, & liberaliter aliquid ultra sortem principalem, teneatur creditor ad restitutionem, quando ipse in rentione corrupta mutauit.
- 14 Usura in solo contractu mutui reperitur, & vera ratio constituitur.
- 15 In emptione, & venditione, aliisque contractibus non committitur usura, nisi quatenus sub his lateat quoddam mutuum palliatum.
- 16 Omni iure naturali diuino, positivo canonico, civili, & Regio usura prohibita est.
- 17 Latissime agitur de intellectu illius loci Deuteronom. 23. Non faceris fratri tuo, vari. quae autoris expositiones referuntur.
- 18 Iure diuino, Evangelico, & iure Pontificio, civili, & regio usura prohibita est.

C A P V T. V.

De usura.

USURA nomen ab vtendo trahit: ideoque proprie accepta vsu absolute significat. Vnde lucis, vite, pecuniae usura concedi dicitur, cui vti luce, vita pecunia conceditur. Sic Marcus Cicer. i. q. Tusculana. *Natura* (inquit) *de die usuram vite, tanquam pecuniae nulla praestituta die: quid est igitur, quodque rare, si repetit, cum vult ea enim conditione ceperas.* Idem Verrina quinta, *Quis enim hoc fecit vnquam, ut cum senatus publicanos usura saepe iuisset, magistratus a publicanis pecuniam pro usuris audeat auferre?* Et Verrina septima, *cur Pyratis lucis usuram tam diturnam dedisti?* & pro Rabirio Posthumo. *Vos obsecro iudices, ut huic optimo viro,*

viro, quo nemo melior unquam fuit. *io. men equitis Romani, & usuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiat. Et ad Appium Pulchrum lib. tertio, Perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebri- tate, & magnitudine officiorum meorum sarciam.* Hinc usura sæpenumero solet usurpari pro incremento, quod ex usu cuiusque rei tanquam eius fructus pro- cedit, ut constat ex illo Ciceronis in li- bro de Senectute, *terra nunquam sine usura reddit, quod accepit.* Quo in lo- co fructus appellat Cicero usuram se- minis, & generatim nomen usuræ fre- quens, & usitatū est pro pretio, & mer- cede usus cuiuslibet rei: simili forma, & figura loquendi, qua locationē, & con- ductionem pro locationis, & conduc- tionis mercede posuit Paul. in l. locatio 9. ff. de publicanis, & vestiga. ibi, *Loca- tio vestigalium, qua calore licitantis ultra modum inflatur.* & in l. fideiussor- res 68. ff. de fide iussori, ibi, *Quonia in- sola centum annua se obligauerat, non in omnem conductionem.* Ac proinde multis in locis incrementum illud, quod cum eo, quod accepit, debitor reddit quasi propter sortis usum, usuram Ci- cero vocat. Idque ipsum loquendi ge- nus imitati sunt nostri I. C. appellantes usurā, quod propter sortis usum simul cum ipsa sorte redditur, eamque signi- ficationem in omnibus iuris ciuilibus lo- cis, & præsertim in titulo ff. de usuris te- nuisse, & probasse videtur. Ex eaq; sig- nificatione tandem obtinuit, ut usura accipiatur frequentissime pro eo, quod ex usu pecuniæ, aut rei cuiuscūque usu consumptibilis accrescit, & sorti princi- pali accedit, & adiungitur. In qua accep- tione usura quoque scenus dicitur a La- tinis, quod (ut Marcus Varro, Festus Pompe. & Gellius scribunt) ab eo dic- tum est, quasi pecuniæ sit scœtura quæ- dam a Græcis vocatur *τοκος*, id est, par- tus *παδωρισ*, quod significat parere. Nam ut Aristo. scribit libro primo Po-

lico. sicut similia generantur a simili- bus, ita in usura, & scœnore numus nu- mum parit. Hebræi autem usuram ap- pellant morsum a verbo. *Iasarmomor- dit: Amos quinto, & numero 21. unde Deuteronomi. 23. vbi nos legimus, Nō scœneraberis fratri tuo, Hebræi habent, Nō morsum inferes fratri tuo, seu non scœnore mordebis fratrem tuum.* Et qui- dem usura morsus appellatur propriissi- me. Nam quemadmodum dentibus ca- nis viscera cadaueris, sic scœnator de- bitoribus suis substantiam exhaurit, & diuellit, & bellissime D. Chryso- st. in Matthæ. cap. 5. usuram comparat mor- sui aspidis, & D. Bernar. in libro de cu- ra rei familiaris latroni legali prædicē- ti, quod intendit rapere, & Bald. confi. 449. lib. 3. ait, quod usurarius similis est vermiculo ligni, quia vermiculus ad ta- tum lenis apparet, sed dentes habet ita durissimos, quod omne lignum rodit, & deuorat: ita usurarius est vermis pa- trimonium rodens: & sicut ignis com- burit in infinitum, si combustibile sibi habeat approximatum: ita usurarius tã- quam os inferni deuorat, & rodit, quã- to plus habet in marsupio. Iodo. Dam Houdierius in Enchyridio Parium, & si- milium, verbo usurarius, & Cato cum de æconomica disseruisset, interroga- tus quid scœnerari? respondit, quid ho- minem occidere? usurarium homicide comparans, Sarmiento libro septimo, cap. secundo numero. 14. Usuræ vero diffinitiones variæ varijs in locis refe- runtur, & primum solet definiri, quod est omne id, quod accedit sorti.

Quæ diffinitio probari videtur ex tex. in cap. si scœneraueris cap. putant ca- pit. plerique cap. usura 14. quæst. 3. qui- bus in locis testimonio Augustini, Hie- ronymi, Ambrosi, & Concilij Agathē- sis, Gratianus ostendit usuram esse quid quod accedit sorti. Quam diffinitionē se- quitur, & explicat Marianus Sozinus in Rubric. de usuris numero nono, illam tamen improbat ibi Panormit. numero tertio, Ancharran. in regu. peccati ve-
nia.

Præmium totius

in cap. de regularis lib. 6. Cardin.
in cap. de rate de usuris numero.
earatione, quia posset accedere aliquid
forti gratis, & tamen non esset usura, ar
gumento text. in cap. sicut prima quæst.
2. & in cap. dilectus de Simonia, & in c.
& si quæstiones eodem tit.

3 Qua propter Innocentius in Rubri
ca de usuris alter usuram diffinit, ut sit
quidquid forti accedit ex pacto, vel spe
præcedenti. Sequuntur Ioannes An
dreas in Regula peccatum de regulis iu
ris libro sexto. Panormi. & Anania. in
d. Rubri. de usuris numero tertio. Saly
cetus in Rubri. C. eodem titulo, Henri
in cap. in ciuitate numero 1. & 2. docēs
cum ea coincidere alteram diffinitio
nem traditam ab Hostiense in summa,
& ibi Cardina. numero 5. de usuris, spe
culator titulo de usuris numero 6. sum
ma Pisana verbo usura, primo in princi
pio, Goffredus in summa de usuris nu
mero primo Syluest. verb. usura primo
in principio, Maurus Antonius Berar.
in summa corona cap. septimo de us
ura circa mutuum & nostrorū interpre
tum communi voto approbatam esse,
agnoscunt Augustinus Beroius nume
ro 16. in dicta Rubrica de usuris, & Co
uarruias libro tertio variarum resolu
tionum capite primo numero primo,
Alphonf. Guerrero in Thesauro Chri
stianæ religionis capite. 67. in princi
pio.

4 Quan tamen oppugnat Augustinus
Berous vbi proxime eo argumento,
quia videtur consequi ex ea diffinitio
ne usuram mentalem, seu intentionale
esse vere & proprie usuram, & credi
torem propter solam spem & deprava
tam intentionem dici vere, & proprie
usurarium. Quoniam terminus diffini
tur, prout vere, & proprie capitur non
utem prout improprie, & sicte leg. 1.
& secunda ff. de usufructu leg. 2. ff. de
usufructu earum rerum, quæ usu cōsu
muntur capitulo ultimo, & ibi gloss. de
pignori. bonus textus in le. prima §. do
lū ff. de dolo, & faciunt notata per Bar

tol. Doctores in leg. 1. de acqui. en.
nos. scione, quod falsum esse contem
dit probare Bero. ex textu in capite cō
suluit de usuris in illis verbis, *Quasi usu
rarius debeat iudicari ponderando par
ticulam, & dictionū quasi, quæ improp
rietatis dicitur esse nota, & ex textu in
cap. in ciuitate eodem titulo ibi, licet au
tem contractus huiusmodi ex tali forma
non possit censeri nomine usurarum,*
etc.

Quo circa numero 19. & 20. duplicē
esse distinguit usuram mentalem, & in
tentionalem. Vnam enim ait esse, quan
do creditor qui mutuauit, habuit pro
positum ab initio, vel ex post facto lu
crandi aliquid ultra sortem principale
idque propositum mente retinuit, nec
vnquam modo aliquo manifestauit de
bitori, & hanc usuram mentalem non
esse proprie & vere usuram, nec com
prehendi superiori diffinitione: alterā
inquit esse, cum creditor ab initio, vel
ex post facto habuit animum recipien
di aliquid ultra sortem, non aliter mu
tuaturus, ipsumque animum notum fe
cit debitori: & eā vere, & proprie usu
ram esse includi continerique ea diffi
nitione: quia non remanet in puris, &
meris terminis intentionis, sed vim ob
tinet taciti pacti. Sed leuissimo argumē
to impulsus doctissimus Bero. a verita
tis tramite aberrauit. & in præcipitium
deflexit.

Nam cum creditor mentem animi i
que notum fecit debitori, & debitor ip
se exploratam, & compertam habuit in
tentionem creditoris, non intentio, na
lis, sed vere realis usura contrahitur.
Quia usura realis ex pacto expresso,
vel tacito, quale hoc est, cōstituitur, ut
resoluūt Medina & Soto vbisupra, Na
uarro in commentario resolutorio de
usuris notabili quinto numero 12. & fe
re omnes autores Theologi, & Ponti
ficij superius laudati, Cardina. in clemē
tina 1. quæst. 24. de usuris, Scot. in 4. d.
15. quæst. 2. articulo 2. & ibi Durandus
quæst. 5. articulo 5. Petrus Nauarra li
bro

bro tertio de restitutio. capite secundo numero 212. 213. Caietanus secunda secundæ, quæstione 78. articulo primo, qui omnes communi consensu docent usuram mentalem vere, & proprie usuram esse, & intendentem absque vlla conuentione capere aliquid ultra sortem, vi mutui, usuræ peccatum incurre re. Idque Pontifex Romanus apertissime docet in dict. cap. consuluit de usuris. Neque obstat illa verba, *Quasi usurarius debeat iudicari*, quæ pro se expedit Augustinus Bero. quia partis dubitantis verba sunt, prout ex decretalis illius serie, & tenore perspicue colligitur. Quoniam vbi ad dubitationem propositam Urbanus tertius respondet in ea specie usuram proprie & vere committi, manifestissime docet, vt apparet ex illis verbis, *Cum omnis usura, & super abundantia prohibeatur in lege*. Quibus non satisfacit Berous vbi supra.

Præterea Beroi causam parum iuuat Alexandri III. responsum in dict. cap. in ciuitate. Nam & si Federicus de Senis consilio 62. contenderit in specie textus in dict. cap. in ciuitate non contrahi veram, propriam, & formalem usuram, & vendentes carius creditum, quæ ad numeratum non comprehendit pœnis statutis aduersus usurarios in capi. quæquam de usuris, libro 6.

Tamen verius, & receptius contrarium est, prout resoluit Panormitanus consilio 22. volumine primo, & in capite ad nostram numero secundo de emptione, & venditione, & ibi Anto. de Burgos numero septimo & Berous contrarius sibi columna 6. Iasson in l. eius, qui in prouincia colum. 2. si cert. petat. Syluest. verbo usura 2. §. 2. Henri. Butrius Ancharra. Cardi. Panormi. Anania, & Vero. in dict. cap. in ciuitate, Couarru. lib. secundo variarum cap. 3. n. 7. & li. 3. c. 3. n. 9. vers. 8. Nauar. in manua. capite 17. numero 206. & 228. Alfons. Guerrero in thesauro Christianæ religionis capite 67. numero 13. Sarabia. in instructione mercatorum capite 14.

Franciscus Garfi. de cōtracti. prima parte. cap. 23. Mercado de cōtractibus prima part. cap. 11. & tertia part. cap. 9. Dominic. de Soto libro 6. de iustitia, & iure quæst. quarta artic. primo, Michael de Palacio libro quarto de contractibus, & restitutione cap. tertio §. cōclus. versic. hæc prompta est, copiose Petrus Nauarra libro tertio de restitutione capite secundo numero 101. Cum enim res venditur carius ob dilatam solutionem, lex Canonica fingit venditorem de præsentem recepisse iustum pretium, ipsumque emptori mutuasce accepturum ultra sortem id plus, quo vendit, quam res ipsa valet. Itaque in ea specie subest latet, & occultatur sub emptionis, & venditionis forma, & figura mutuû quoddam. In quo cum accipiatur aliquid ultra sortem, usuram vere committi necessum est, & licet ipsum mutuum tacitum, præsumptum, & palliatum sit, tamen ipsa usura, quæ circa id mutuum versatur, nõ ficta, nec impropria est, sed formalis, & vera: quia ad rationem formalem usuræ propriæ, & veræ sufficit, quod sit lucrum ex mutuo, siue vero, siue præsumpto, & palliato, & illa verba Alexandri III. in dict. capit. in ciuitate, *Licet autem contractus huiusmodi ex tali forma nõ possit censerì nomine usurarum*, sic sunt intelligenda, quod vbi res venditur carius ob dilatam pretij solutionem, contractus quantum ad formam, & apparentiam exteriorem non potest dici usurarius, nec censerì eo nomine, quia exterius apparet emptio, & venditio, & non nisi in mutuo usura locum habere potest: tamen quia sub habitu, & gestu emptionis, & venditionis præsumente lege Canonica latet mutuum, velut quoddam pallio obuolutum, re vera ibi usura formalis, & propria est. Cessat ergo Augustini Beroi obiectio, apparetque usuram mentalem esse vere, & proprie usuram.

Ex quo Cardinalis Zauarella in Clementina prima quæstio 24. de usuris infert, quod si in iudicio constaret de prauo ani-

Prooemium r̄tius

uo animo, & intentione creditoris, & cum locū haberent omnes p̄c̄n̄æ, quæ sunt à iure in vsurarios factæ. Pro qua sententia facit celebris doctrina Glossæ verbo eo ipso incurrāt in Clementina prima §. verum de hæreticis, quæ docet hæreticum mentalem innodari vinculo excommunicationis, incurritque p̄c̄nas legibus statutas aduersus hæreticos.

Quam glossæ doctrinam sequuntur ibi Ioānes de Ligniano, Paulus de Eleazar, Stephanus Cardinalis, Ancharranus, Imola, & Bonifacius de Vitallinis, Cardinalis in Clementina prima §. ceterum de vsuris numero septimo, Panormitanus in prooemio Decretalium, numero sexto, & in capite extirpandæ. §. quia vero numero 21. de præbendis, Felinus in capite ultimo de hæreticis, & in capite, si vero el. 1. de sententia excommunicatio. Marsillis in leg. qui falsam numero 13 ff. de falsis asserit esse cōmunem Arnaldus Albertinus de asseritionibus Catholicis dignoscendis quæst. 33. numero 27. 29. & 32. Adrianus quodlibeto 8. litera G. Ioannes Rojas de hæreticis prima parte nume. 247. & inclinatur in eam partem doctissimus Ioannes Medina in C. de oratione capite de potestate Ecclesiæ respectu actuum cordis, Cardinalis tamen doctrinam falsam arbitratur, Couarru. in regula peccatum de regulis iuris libro sexto in initio secundæ partis electionis numero octauo motuseo argumento, quod crediderit actus mentis interiores non subijci neque subiacere humanæ legis potestati, & iurisdictioni. Quod manifestissime docuit S. Thom. prima secundæ quæst. 100. articulo nono, & quæst. 91. artic. 4. & sequuntur Caietanum secundæ quæst. 11. articulo tertio, Paludanus in 4. dict. 17. quæst. 2. Almai. q. prima, idem Almai. in tractatu de potestate Ecclesiæ capite tertio, Ioannes Maior. in 3. dist. 25. quæst. tertia D. Antoninus tertia parte titulo 24. capite quarto, Syluester verbo excommunicatio 7.

Secundo notabili. 1. Nauarrus in principio de p̄c̄nitentia dict. 5. numero 22. Alfonso à Castro de lege p̄c̄nali libro secundo capite ultimo & libro secundo de iusta hæreticorum punitione capite 12. Symancas de Cathol. institutio ca. 42. numero tertio Camillus Cæpegus in additionibus ad Zanchi. Vgolinum in tractatu de hæreticis capite 18. in quâ partem semper ipse magis propendit, quippe, quæ firmioribus consistat fundamentis. Qua propter improbandam censeo doctrinam Cardinalis, & creditorem, qui prauam intentionem in iudicio detexit, nulla p̄c̄na afficiendū esse. Nec exinde sequitur vsuram intentionalem non esse proprie vsuram. Nā hæresis mentalis vere, & formaliter hæresis est, vt resoluunt Theologi, & Canonistæ omnes, & priuatim docet Couarruu. libro tertio variarum capite primo, numero primo & tamen hæreticus mentalis licet hæresim se habuisse in animo confiteatur coram Inquisitoribus, p̄c̄nis exterioribus non est puniendus, Franciscus Victoria Theologus magni nominis in D. Thomã. secunda secundæ quæst. 12. artic. tertio & post illum a se relatum Symancas dict. cap. 42. numero nono Couarruu. in d. regula peccatum in initio secundæ partis num. 7. ad finem.

Alio modo reijcit eam definitionem Couarruias libro tertio variarum capite tertio, numero primo, scilicet quia non peccatum, & crimen vsuræ, sed potius rem ipsam ex crimine partam, nempe æstimationem, aut pretium pecuniæ ipsius vsus explicare videtur.

Et quemadmodum non esset congrua definitio, si quis furtum esse diceret rem alienam inuito domino acceptam; sic minus perfectam, & insufficientem arbitratur Couarruu. superiorem vsuræ definitionem. Quoniam aliud esse materiã ipsam criminis, aliud crimen ipsum res perspicua, & manifesta est. Hæc vero ratio qua impulsus Couarr. improbat eam vsuræ definitionem.

fini-

definitionem, meo quidem iudicio debilis, & infirma est.

7 Pro cuius rei cognitione lucidiori animaduerto, aliud esse peccatum vsuræ, aliud vsuram ipsam, ut prudenter obseruat insignis Nauarr. in commentario resolutorio de vsuris in caput primum 14 quæst. 3. notabili 5. & notabili 9. in principio, & in manuali Latino reformato cap. 17. numero 207. Peccatū enim vsuræ est ipsa voluntas, seu appetitio, vel acceptio lucri illiciti ex mutuo: ipsa vero vsura est lucrum ipsum improbum, turpe, & illicitum, quod ex mutuo desideratur, vel accipitur. Vsuræ ergo ut sic non supponit pro ipso crimine, & peccato, sed pro lucro pacto ex mutuo, pro æstimatione, & pretio vsus ipsius pecuniæ. Idque manifestissimum est, & constat ex superiori resolutione. Ac proinde sequitur insufficientem fore vsuræ definitionem, quæ complecteretur rationem, qua vsura peccatum est, & non qua lucrum ex mutuo, cum ut sic non sit peccatum ipsum, sed quidpiam distinctum, omninoque diuersum. Igitur apparet aduersus communem definitionem parū habere momenti rationem doctissimi Didaci de Couarruu. aliunde tamē deficit, & corruit. Nam occasione mutui sperari licite potest lucrum rei spiritualis meriti, & gratiæ, vel quasi spiritualis virtutis, & amicitia, ac beneuolentiæ D. Tho. secunda secundæ quæst. 78. articulo primo, quem esse receptum communiter testatur Martinus Nauarr. in dict. commentario de vsuris notabili quinto numero 6. & Petrus Nauarra libro tertio de restitutione capite secundo, numero 196. quod plane nō liceret sperare, intendere, neque conciliare, si iusta, & vera esset definitio superior. Rursus in mutuo intendi, exigi, & in pactum deduci potest lucrum cessans, & damnum emergēs, Sanct. Thomas secunda secundæ quæst. 62. articulo quarto & dict. quæst. 78. articulo secundo, & ibi Caietanus, Aymon Sabillianus cōsilio 116.

Hieronym. Gabriel consilio 57. Bero-
us in capite primo a numero 116. de
vsuris, Coradus, Caietanus, Turrecre-
mat. Gabriel. Syluest. Maior. & Diuus
Antoninus, quos refert, & sequitur Co-
uarruu. libro tertio variarum capite 4.
numero quinto Nauarrus dict. commē-
tario notab. 15. numero 40. Nauarra d.
capite secundo numero 287. cum mul-
tis sequentibus, & profiteretur esse recep-
tam Theologorum, & Canonistarum
sententiam Ioannes Gutierrez de iura-
mento confir. 1. p. cap. secundo num. 3.
post Ludouicum Mexiam in pragma-
taxa panis conclusione 2. num. 75. Igi-
tur non quidquid accedit sorti ex pac-
to, vel spe præcedenti, vsura est.

8 Idcirco alia solet circumferri vsuræ
definitio, quod est lucrum ex mutuo
pacto debitum, vel exactum, quam se-
quuntur plures, quos refert, & sequi-
tur Hierony. Curiel in tractatu de vsu-
ris secunda quæst. primæ partis princi-
palis, Ioannes Andre. in regula pecca-
tum de regul. iuris libro 6. in mercuria
libus, summa Rosella in verbo, vsura 1.
in principio, & esse definitionem vsuræ
tam Theologorum, quam Canonista-
rum scribit Alberi. in l. iubemus col. 4.
versiculo, quid de tali C. de sacrosanc-
tis Ecclesijs, prout refert Iulius Clarus,
libro 5. receptorum sententiærum §. vsu-
ra numero 1. Don. Ludoui. a Peguera
in libro quæstio. crimina. in actu practi-
co frequentium capite 30. numero pri-
mo, est tamē imperfecta hæc vsuræ dif-
finitio, nam solam complectitur vsurā
realem: similiq̄ vitio laborat alia dif-
finitio Ioannis de Medina in C. de res-
tutione capite de rebus per vsuram
adquisitis, & Conradi de contractibus
quæstio. 21. & Gabrielis in quarto dist.
15. quæstio. 11. quod est lucrum ex mu-
tuo intentum. Etenim solam inten-
tionalem vsuram comprehendit, &
quid sit, explicat, cumque ex mente
omnium Theologorum, & professo-
rum iuris Pontificij vsura distribuatur
in duas formas, seu species, vnam v-
suram

Libri Primi

suram realem, quæ in pacto expresse vel tacito consistit, alteram intentionalem, quæ ex sola spe lucri percipiendi contrahitur, plane defectuosa est definitio, quæ non nisi vnam formam usuræ, seu speciem suo complexu continet, & præsertim quod vulgare sit axioma Dialecticorû, & Rhetorum suis numeris absolutam definitionem de uere euoluere omne id, quod in definito lateat implicitum, & inuolutum, quod non ignorauit Vlpianus in Dialecticorû, Rhetorum, Philosophorumque institutis exercitissimus in l. i. §. dolum ff. de dolo.

9 Aliter usuram diffinit Couarruu. d. lib. tertio variarum capite primo numero primo vers. usura. Igitur ut sit voluntas capiendi ultra sortem lucrum aliquod temporale vi, & causa mutui principaliter; quam prius docuit Ioannes Maior in quarto dist. 15. quæst. 23. col. 1. cuius nomine supresso illam sibi arrogauit Couarruu. & sequi videtur Palacios libro quarto ca. 1. col. 8. improbat tamen Nauarr. in dicto commentario resolutorio de usuris notab. 9. num. 15. quoniam non definit usuram, sed peccatum usuræ, inter quæ magnam differentiam esse superius demonstratum est.

10 Aliter diffinit Domini. de Soto libr. 6. de iustitia & iure quæst. 1. art. 1. scilicet quod est premium vsus rei mutuatæ. Quam desumpsisse videtur ex D Tho. secunda secundæ q. 78. art. 1. & in quæstionibus de malo q. 13. artic. 4. & sequitur Petrus Nauarra libro tertio de restitutione cap. 2. num. 178. dicens esse receptam a permultis; qui usuræ naturam diligentius considerarunt, & Didacus de Espino appellans singularé in suo speculo testamentorû 13. parte glossæ Rub. n. 4. Mercado in tractat. de usuris ca. 6. quam etiam definitionem Nauarr. ubi supra reijcit triplici argumento. Primum est, quia proponitur verbis in hac materia inusitatis, & rem ipsam obscurantibus. Quod vitium in definitione fugiē

am etiam. Secundum est, quia sequeretur, quod non esset usura mutuo dare centum aureos, ut postea reddantur centum, & decem non propter usum eorum, sed propter bonum mutuarii opus. Quod falsum esse, & contra mentem omnium scribentium inquit Nauarrus, quo argumento oppugnat etiam eam definitionem Michael de Palacio, ubi proxime col. 9. versiculo, Porro S. Thomas. Tertium est, quia mutuum ad obtinendum aliquod beneficium ecclesiasticum est dare ad usuram, & beneficium non est premium, neque aliquid pretio æstimabile iuxta Theoricam gloss. celebrem in capite coram de officio delegari.

8 Alio modo diffinit Franciscus Ottomanus in tractatu de usuris libro 1. ca. 1. ad finem suarum disputationum, quod est merces vsus sortis consumptæ cum damno creditoris: sequitur Didacus Perez in proemio tituli 2. libro 8. ordinamenti veteris pagina mihi 16. col. 2. Oppugnari tamen potest hæc Ottomanii definitio eisdem argumentis, quibus Nauarrus contendit conuellere definitionem traditam à Dominico de Soto.

Ipse quidem in hac dissentientium opinionum varietate animaduertit recte Iuris Cons. Iauolenum censuisse in l. omnis definitio. 202. ff. de reg. iuris omnem definitionem in iure nostro periculosam esse. Licet autem Iauoleni sententiam de regula, & non de definitione accipiendam esse tradiderint Ioannes Corrasius, in Rubrica ff. de seruitu. n. 10 & lib. 2. Miscellan. c. 6. num. 2. Viglius in principio inst. de testam. n. 25. Marcus Mant. singulari 187. Pinel. in Rubr. C. de rescinden. venditione 1. p. capi. 3. num. 28. tamen magis est, ut de definitione intelligi debeat, quemadmodum ut receptum agnoscit ibi Hieronym. Cagnolus, & Andreas Alcia. li. 6. Paradoxorum capite 9. Dominus Ferdinandus de Mendoça libro 1. disputationum iuris civilis capite octauo numero octauo ingeniose & subtiliter explicans I. C. men-

C. mentem in d. l. omnis diffinitio.

Qua propter dum quid res sit, comprehendere potest, innane duco de rerum diffinitione perscrutanda nimis angere, & sollicitari.

11 Placet tamen in proposito Nauarri diffinitio in dict. commentario de usuris notabili quinto, ut sit lucrum pecuniae aestimabile suapte natura vi mutui veri, vel palliati quaesitum, vel speratum.

12 Ex qua diffinitione colligo primum, quod absque vlla suspitione, & scrupulo usurae licitum est mutuanti sperare lucrum ex amicitia, & gratitudine. D. Thom. de malo quaest. 13. articulo ultimo, Alma. in quarto dist. 15. q. 2. Angelus verbo usura 1. q. secunda, Caietanus secunda secundae q. 78. articulo primo, & opusculi de usuris tomo secundo opusculorum, Mercado tracta. de usuris capite. 10. in principio vers. *Digo lo tercero*. Dominic. de Soto lib. 6. de iustitia, & iure quaest. prima artic. 1. 2. & 4. Nauarrus in Manua. capite 17. nume. 109. & in dict. commentario de usuris notabili 11. numero 22. Petrus Nauarra lib. 3. de restitutione capit. 2. numero 197. 198. & 199. Michael de Palacio libro quarto de contractibus & restitutione capit. 3. pag. 236. columna prima D. Ludou. Peguera capite 32. num. 13. & 21. & ratio constat, quia usura essentialiter est iniustitia, ac furtum, sed fieri non potest esse iniustitiam alicui illa tam in eo quod ille libenter dat, nemo videtur fraudare 187. ff. de reguli iuris reg. scienti eodem titulo libro sexto l. prima §. vsque adeo ff. de iniurijs l. cum donationis C. de tractio. Igitur in ea specie nequit usura committi. Nam quemadmodum non esset furtum, nec dici posset mens furandi ea, qua quis capit aliquid voluntarie datum ab amico, sed solum quando quis proponit inuito domino capere: ita certe cum quis non cupit lucrum coacte, & ex necessitate mutui, vel ut illius pretium datum, sed ex grata voluntate alterius, non potest dici usura, vel iniustitia, nec proximus de illo animo po-

test esse rationabiliter inuitus, sicut de animo furandi. Rursus usura interior, & exterior sunt eiusdem rationis, & speciei, quia exterior actus, ut est Theologorum celebre placitum, supra interior actum non addit bonitatem, nec malitiam specie distinctam. Sequitur ergo, quod si licet accipere lucrum ex gratitudine, licebit etiam sperare ex eadem gratitudine.

13 Iterum ex eadem definitione infero ad quaestionem illam celebratissimam, an quando debitor dedit creditori sine pacto aliquo praecedente gratis sponte, & liberaliter aliquid ultra sortem principalem, teneatur creditor ad restitutionem in foro conscientiae, quando ipse mutuauit animo recipiendi aliquid ultra sortem, alias non mutuaturus. In qua eximia & per celebri controuersia Ioannes Andre. in regula peccatum de regulis iuris lib. 6. & in capite consuluit de usuris, & ibi Panorm. & Ioannes de Anania fuerunt in ea opinione, ut existimauerint hunc mentalem usurarium teneri ad restitutionem. Sequuntur Henricus in ciuitate de usuris, Ancharran. in regula peccati venia. q. 1. col. 6. de reguli iuris lib. 6. Cardi. in Clementina unica quaest. 24. de usuris, Caiet. secunda secundae quaest. 78. articulo primo, Iacobus Alma. in 4. dist. 15. q. 2. Adrian. in quarto in tractat. de usuris vers. 8. dubium, Bartholo. de Medina in suama lib. 1. c. 14. §. 21. Nauarrus Manua. c. 23. num. 102. versic. 5. quod non, Mercado tract. de usuris ca. 10. in principio vers. *Digo lo tercero*. Cuius opinionis illud est fundamentum principale, quod qui sine pacto praecedente accipit aliquid ultra sortem, si teneatur ad restitutionem, propterea est, quia in mutuando habuit deprauatam intentionem recipiendi occasione mutui aliquid ultra sortem, & spes illa sine intentione reprobata est iure diuino, & consuluit de usuris: sed creditor, cui debitor donat aliquid ultra sortem gratis & liberaliter, habet a principio intentionem malam recipiendi uerum, ergo teneatur ad resti-

F
tutio

Libri Primus

rationem. Sed contrariam sententiam magis probavit D. Thom. secunda secundæ quæst. 78. artic. 2. Ricar. & Sco. in 4. dist. 15. quæst. 5. artic. 5. Caieta. contrarius sibi in opusculo de usuris quæst. 3. tom. 3. opusculo Gab. in 4. d. 15. q. 11. dubitatione 17. Ange. verbo restitutio q. 18. Armilla verbo usura quæst. 34. Sylæst. verbo usura. 6. §. 3. Diuus Antoni. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 1. Soto libr. 6. de iustitia, & iure quæst. 1. art. 4. ad finē, Paulus de Eleazar in Clemen. vnica de usuris, Baldus in l. penult. ff. de conditione ob turpem causam, copiose Couarruu. in regula peccatum, de regulis iuris libro 6. in initio secundæ partis numero 4. Hieronym. Curiel in tractatu de usuris, quæst. 10. secundæ partis principalis, Michael de Palacio de contracti. & restitutione libro. 4. capit. 3. Petrus Nauarra lib. 3. de restitutione capit. 2. a. num. 25. qui omnes cōmuni voto resoluunt, id lucrum non esse illicitum, & usurarium, neque obnoxium restitutioni. Et probatur efficaciter hæc sententia, quia omnis restituendi obligatio dimanat ex iniuria, læsione, & damno proxime illato: sed quando mutuatarius ob meram beneuolentiam gratis, placide, & sponte quidpiam confert mutuanti ultra sortem, nullam læsionē, nullumque damnum sentit, quia ipse libere donat: ergo mutuans iure diuino, & naturali fit dominus eius, quod sic accipit, neque ad restitutionem tenetur. Præterea si debitor remiserit usuras inique extortas creditori habēti animum non restituendi, sed retinendi illas, creditor securitate fruitur in conscientia, vt ex Federi. de Senis, Ancharra. Perusino, Lauren. de Rodulphis, Alexan. & D. Antonin. ac plerisque alijs tradit Couarruu. in direg. peccatum in initio secundæ partis num. 5. & docet Gloss. in cap. quia frustra de usuris, Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. Medi. de restit. q. 3. causa 2. Nauarr. in manu. ca. 17. num. 75. dicit communem Alex. consilio 91. volum. 1. Ergo creditor securus erit in conscientia

ex libera, & gratiosa donatione debitoris. Probo consequentiam, quia remissio isthæc non ob aliam causam securitatem præstat in cōscientia, quam quia donatio quædam est libera, & spontanea. Remissio enim, siue liberatio, siue renuntiatio gratis facta vim obtinet donationis l. contra §. si filius ff. de pactis l. 1. ff. de transactio. l. si mulier, & ibi Bal. & Alexand. ff. de conditione ob causam l. peculium la 1. in principio, & ibi Bart. ff. de peculio l. si fundum sub conditione §. Titio fundum, & ibi gloss. & Docto. ff. de lega. 1. copiose vt solet Tiraquelus in l. si vnquam, verbo donatione largitus numero. 173. C. de reuocan. donationibus.

Quam posteriorem opinionem semper esse veriorē arbitratus sum. Oportet tamen ad maiorem huiusce rei cognitionem aliquot casus distinguere sigillatim, quibus explicatis apparebit multarum rerum dilucida notitia. Primum enim obseruo rem esse extra omnem controuersiam, quod quātumuis adsit, adfuerit vè praua intentio recipiendi lucrum ultra sortem, eaque fuerit causa finalis mutui, si nihil exterius acceptum est, non est aliquid restituendum, quod videtur comprobari ex tex. celebri in cap. ultimo de simonia.

Secundo animaduerto, quod si ex vtraque parte adfuit purus animus, ita quod mutuans omnino libere, & ex gratitudine speret, & mutuatarius eo animo offerat, nullū est usurę vitium, neque ad est obligatio aliqua restituendi.

Tertio cōstituo, quod si creditoris, & debitoris simul malam esse, ita quod mutuans intēdit, & sperat occasione mutui lucrū, alias nō mutuaturus, & mutuatarius dat ultra sortē propter mutū nō libere, sed coactus, cōmittitur usura vere, & proprie, & acceptū subiacet restitutioni, quia in specie procedit Urbani III. Pontificis maximi respōsum in d. e. cōsultuit de usuris, vt cōmuni consensu explicant omnes Theologi, & Pontificij autores, vt scribunt Couarruu.

Soto

Soto Medina, Nauarrus, & Nauarra
bi supra.

Quarto loco statuo, quod si mutuatarius dedit coacte & velut debitum, mutuans vero bona fide, & intentione mutuo dedit absque vlla spe lucri durante innocentia, & bona fide ex parte sua mutuans lucrum id capiens, nec peccat nec tenetur restituere. Cum autem veritatem cognouerit, tenebitur restituere in quantum est factus locupletior, & in hoc consentiunt omnes.

Quinto quando corrupta est intentio mutuantis, sed mutuatarius sana mente offert, dubium est: & in hac specie extant duae illae opiniones inter se pugnautes, quas superius retuli: tamen in hoc casu magis est committi peccatum mortale usurae internae, nullam tamen adesse restituendi obligationem. Neque obstat argumentum superius propositum pro contraria opinione. Quia respondeo in hac specie restituendi, obligationem non nasci ex intentione corrupta creditoris, sed ex modo, animo, & mente, qua debitor soluit. Et ideo licet lex diuina vetet lucrum sperare ex mutuo, non tamen ex eo, quod quis sperat, & lex prohibet, tenetur restituere. Quemadmodum enim animum, voluntatemque furandi cohibet & improbat lex diuina & naturalis, & tamen si furetur quis rem alienam, non domino inuito, sed volente non tenetur restituere, licet peccet, probat text. optimus in lege inter omnes 47. §. recte ff. de furtis, vbi I. C. Ulpianus in haec verba scribit, *Per contractum queritur, si ego me inuito domino facere putarem, cum dominus vellet, an furti actio sit. Et ait Pomponius furtum me facere.*

Verum tamen est, ut cum ego velim eum vti, licet ignoret, ne furti sit obligatus. Ita quidem est in proposito. Nam etsi lucrum intendens capere ex mutuo peccet aduersus legem diuinam, & naturalem quae praecipit, ut mutuum dantes nihil sperent: tamen si aliquid a debitore volente acceperit, restituere non

tenetur. Quia ex domini voluntate libera, & absoluta capit. Et haec tenus de usurae diffinitione.

Quoad secundum res perquam manifesta est, usuram in solo contractu mutui reperiri. Ideo Cardina. Zabarella in capite in ciuitate numero quinto de usuris eleganter inquit, quod sicut in quolibet re naturali duo sunt principia, scilicet principium materiale, & formale, ut in domo materia sunt lapides, cementum, ligna, & huiusmodi, forma vero est ipsa formalitas, domus, scilicet, sic se habere in altitudine, latitudine, & huiusmodi. ita in contractu usurario materiale principium est mutuum, quia sine mutuo usura esse nequit, in solisque rebus consistentibus pondere, & mensura consistere potest: quoniam in his solis mutuum consistit leg. secunda §. mutui ff. si cert. petatur, & in principio inst. quibus modis recontrahitur obligatio: formale vero principium est pactum, quia citra pactum non est usura: formalis. Sed in hoc quod putat Cardinalis citra pactum non esse formalem usuram, fallitur, ut constat ex his, quae superius copiose resoluta sunt. Iccirco melius Ioannes Andreas in regula peccatum de regulis iuris libro sexto in mercurialibus numero. 11. scribit duo esse de ratione usurae: vnum materiale, scilicet lucrum proueniens, & genitum materialiter ex mutuo: alterum formale, ut puta quod gignitur ex mutuo tali modo, vel per solam prauam intentionem vel per pactum & exactiorem. Inquiri autem opportune potest, quare in solo contractu mutui usura committatur, & ratio colligi potest ex his, quae docent D. Thom. secunda secundae quaest. 78. articulo primo in corpore articuli, & Durand. in tertia dist. 37. quaest. secunda. digerunt Ioannes Andre. in dict. regula peccatum a numero. 17. Mercado dict. capite sexto Couarruu. lib. tertio resolu. cap. 1. nu. 5. Alfon. Guerrero in Thesau. Christianae religionis c. 67. num. 3. & 4. Pe-

F

trus

Proæmium totius

trus. dicit. libro tertio c. 2. n. m.
180. Ricbar. in quart. dist. 15. q. 5. & ibi
Scot. q. 2. Nam vt ex veterum iuris con-
sultorum placitis constat apertissime,
mutuam consistit dūtaxat in his rebus,
quæ consistunt in pondere, numero, &
mēsurā, quæque in genere suo functio-
nem recipiant, & quarum vsus est ipsa-
rum rerum consumptio l. 2. §. mutui ff.
si cert. petatur leg. 2. mutui autem datio
ff. de actioni. & obligat. in principio in-
stit. quibus modisrecontrahitur obliga-
tio l. 1. tit. 1. part. 5. Azo, & Placenti. in
summa C. de rebus credi. si cert. petat-
tur, Francisc. Ottomanus libro 1. de vsu-
ris capite 2. Antonius Gomez secūdo
tomo variarum capite. 6. numero 1. in
rebus vero, quæ consistunt in pondere,
numero, & mēsurā, quarumque vsus
earum consumptio est, non potest seor-
sum computari vsus rei à re ipsa, sed cui-
cunque cōceditur vsus ex hoc ipso, cō-
ceditur res. Ideo q; si quis seorsum vel-
let vinū vēdere, vellet quoq; seorsum
vēdere vsū vini, vēderet eandē rem
bis, vel venderet id, quod non est, quod
iniquitatem continet, & iniustitiam, &
qui mutuatur vinum simili ratione, aut tri-
ticum petens sibi duas recompensatio-
nes, vnā restitutionem æqualis rei, a-
liam vero pretium vsus inique agit, &
iniustitiam committit, & in hoc posita
est tota ratio vsuræ. Quia vniuersa vsu-
ræ formalitas eo tantum videtur con-
stare, quod iniquum sit, & repugnans
institutis naturalibus eiusdem rei velle
capere duas recompensationes, & pre-
tium vsus colligere in his rebus in qui-
bus vsus rei nō distinguitur à re ipsa, &
quoniam solus contractus mutui versa-
tur, & consistit in his rebus, in solo con-
tractu mutui vsura committitur.

25 Ex quo sequitur, quod in emptione
& venditione, mandato, deposito, pig-
nore, commodato, locatione, & condu-
ctione, alijsque contractibus non con-
trahitur vsura. Quod etsi verum sit cō-
tingit tamen aliquando vsurariam la-
bem execrandam deprehendi in alijs

Contractibus, quam in mutuo, non qua-
tenus tales contractus sunt, sed quate-
nus ex legis præsumptione latet sub eo-
rum forma, & figura palliatum quod-
dam mutuum. Cum enim res venditur
carius ob dilatam pretij solutionem,
vel vilis emitur ob anticipatam, vsura
cōmittitur, capite in ciuitate de vsu-
ris, & superius hoc capite late resolu-
tum. Nam, etsi contractus habeat formam,
& apparentiam emptionis, & vendi-
tionis, re vera iudicatur contractus mu-
tui, quia lex præsumit partes in effectu
celebrasse mutuum, finxisse tamen, &
simulasse emptionem, & venditionem,
simileque est, cum res venditur cum pa-
cto de retrouendendo, & pretio modi-
co, concurruntque ad eliciendam præ-
sumptionem mutui aliæ circumstantiæ
capite ad nostram de emptione, & ven-
ditiōe, capite illos vos de pignoribus,
de quo sequenti cap. sermonē instituiam.

Præterea appposito pacto in contra-
ctu societatis, vt capitale siue pecuniæ,
siue laboris, siue industriæ manere sal-
uum debeat, vsuram committi, quia
præsumitur, & est mutuum quoddam
nomine societatis palliatum, commune
Theologorum, & Canonistarum pla-
citum est, prout resoluit Petrus Nauar-
ra dicit. libro tertio de restitutione capi-
te secundo numero 440. versiculo se-
cunda dubitatio, Franciscus Ottoma-
nus libro secundo de vsuris capite se-
cundo.

Quoad tertium constituo vsuram
improbari omni iure diuino positiuo
veteris testamenti, Evangelico, natura-
li, Canonico, ciuili, & Regio quemad-
modum copiose tradunt Alexander
cōsilio 49 in principio volumine quar-
to, & consilio primo in principio volu-
mine secundo & consilio 107. in prin-
cipio eodem volumine, Carolus Ruy-
nus. consilio 149. volumine quarto, Car-
dinal. Paulus Parisius consilio 54. nu-
mero sexto volumine primo, Aymon
Crauetā consilio 189. Octavianus
decisione Pedemontana 137. nume-

mero 6. Rolandus à Valle consilio 55. numero 11. volumine secundo, Couarr. libro tertio variarum capite primo numero 5. Julius Clarus libro 5. sententiarum §. usura. Iure itaque naturali usuram vetari, & ex communi Theologorum, & Canonistarum, multisque rationibus resoluit Couarru. dict. capi. 1. numer. 3. Osascus dicta decisione 137. numero 7. Ioannes Corrafi libro 3. Miscellaneorum iuris cap. 21. numero 8. & 9. Franciscus Ottomanas, libro secundo de usuris capite 1. Petrus Navarra dict. cap. 2. num. 180. explicans accurate, an usuras sit malaintrinsece, & ex obiecto, an vero solum ratione circumstantiæ. Quique omnes per plures elegantissimas explicant rationes, quare usura sit aduersa legi naturæ. Improbare etiam usuram iure diuino veteris testamenti constat ex illo Leuitici capit. 25. *Si mutuat us fueris fratri tuo, non accipies ab eo usuras. Exod. c. 25. Si pecuniã mutuo dederis pupillo meo pauperi non urgebis eum, Ezechiel. 18. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & iustitiam in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esuriienti dederit: & nuquam operuerit vestimento: ad usuram non commodaauerit, & amplius non acceperit, &c. Et Psalmo. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram. & munera super innocentem non accepit. Habet tamen difficultatem eximiam locus ille Deuteronomij 23. cap. *Ne fœneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges nec quamlibet aliam rem; sed alieno. Quo loco videtur probari licitum, & permissum fuisse in l. veteri dare alienigenis & exteris ad usuram.**

17. De cuius loci explicatione laborant mirum in modum Theologi, & Pontificij autores, & varias excogitarunt interpretationes. Etenim Diuus Thomas 2. 2. quæst. 78. articul. primo pro constanti affirmat Iudæis etiam erga exteros, & alienigenas non fuisse a Deo premisam usurarum exactiõem: sed quoniã ea gens arderet auaritia, & alieni appetens esset, cõcessum dissimulatione quadam illorum effrenatæ cupiditati fuisse vt se barbaris nationibus expilcãdis explerent, sicque à suæ gentis hominibus abstinerent, similiq; modo ob duritiã cordis eorum permisas fuit populo Israelitico, repudij libellus S. Thom. in 4. dist. 33. quæst. 2. articulo. 2. & ibi Richardus articulo 3. Soto artic. 2. Nicolaus de Lyra Deuteronom. 34. & Matthæi. 19. & ibi Burgens. Magist. in 4. dist. distinctione 33. cap. secundo, & ibi Bonauentura articulo vltimo, Michael de Palacio disputatione tertia, Couarru. in 4. 2. parte cap. 7. §. 4. numero 4. Tiraquelus in prefatione de retractu Lignagier numero. 10. Alfon. a Castro lib. secundo de lege pœna. ca. 11. secundo principali argumento, & agnoscit communiorẽ sententiam doctissimus Petrus Soto in instit. clericorũ titulo de indissolubilitate matrimonij lectione 13. & ante docuerunt expresse Diuus Chrysostom. in Matthæ. homilia 33. Diuus August. lib. primo de sermone Domini in monte Theodoret. Græcus autor eximius in comment. ad Malachi. 2. part. Chry. 1. Pauli ad Corinth. 7. c. & Hieron. in Malachi. 2. ca. qua ratione fere omnes mundi resp. ab antiquissimis tẽporibus lupanaria tolerarunt ad præcabenda maiora mala, & leges civiles Canonice, & regie vt litium iurgia, an fractus, & multitudinem repellerent, ac procul exterminarent, deceptionem intra dimidiam iusti pretij dissimulari voluerunt. Quam explicationẽ D. Thom. probarunt Caietanus ibi, Conradus de contracti. q. 24. cõclusionẽ 2. Turre. in cap. vltimo 14. q. 4. Soto lib. 6. de iustit. & iure

Proximum totius

& iure quæst. 1. art. 1. Hostiensis in summa tit. de usuris §. in aliquo versicul. 8. Anania in capite primo de usuris colu. ultim. Couarruu. libro tertio resolu. capit. primo nu. 7. Alfon. Guerre. in The- sauro Christianæ religionis dict. capit. 97. numero quarto ad finem. Idque ante- rea videntur docuisse Iosephus libr. 4. antiquita. Iudai. Eusebius Cæsarien. li- bro octauo de præpara. Euangelij capi- te secundo.

Multis autem hæc sententia non pla- cet, nam cum usura improba sint iure naturali, habeantque turpitudinem, & malitiam intrinsicam, videtur credi, nõ posse vitijs, & estranata Iudæorũ cupi- ditati Deum indulsisse, illorumque aua- ritia lenocinari, & inferuire voluisse: tum quod verisimile nõ est, Deum per- misse populum illum suum, quem pu- rum, & liberum omni macula, sanctum & castum haberi vellet, eo tam turpi, & foedo questu pollui, & coinquinari. Quo fere argumento multi grauisimi auctores docuerunt libellam repudij ex dispensatione diuina licitam fuisse Iu- dæis. Sic enim tradidit Durandus in quarto dict. 33. quæst. 2. & ibi Sco. Pa- lud. & supplem. Gabrielis, Ioãnes Ma- ior, & Iacobus Almazin. Abulẽ. in Mat- thæum quæstione. 49. dicens contrariã opinionem esse irrationabilem, & in eundem locum Matthæi Gaetan. Mar- tinus Ledesma egregius Theologus ordinis Dominicani in secundam quar- ti asseuerans hanc opinionem nostra æta- te communiorem esse, sequitur quoq; Petrus Soto vbi supra.

Quapropter Diuus Antoni. 2. part. titulo 1. cap. 7. §. 2. Ioannes Maior in 4. dict. 15. quæst. 29. Conrad. de contract. quæst. 42. & Ioannes de Medina de res- titut. capit. de rebus per usuram acqui- sitis §. ad 3. arg. aliter explicant eum lo- cum Deuteronomij, scilicet Deum ibi non dissimulariue, sed approbatiue Iu- dæis permisisse usurarum exactiõnem, non absolute, nec erga omnes alienige- nas, & ext. s. sed tantum erga eos, qui

bus cum iuste gerebant bellum. Pro cu- cuius interpretationis autoritate, lau- dant & expendunt auctores isti senten- tiam Diui Ambrosij in capi. ab illo. 14. quæst. 4. vbi D. Ambro. sic scribit, *Ab illo exige usuram, cui nocere desideras, cui iure inferuntur arma, huic legitime auferuntur usura, quem bello vincere non p. te, ab hoc usuram exige, quem non sit crimen occidere. Sicut ferro dimi- cat, qui usuras flagitat, sicut gladio se de hoste vlciscitur, qui fuerit usurarius ex- actor inimici, ergo vbi ius est belli, ibi ius usurae.* Ex quibus Diui Ambrosij verbis colligi videtur licere usuras exi- gere ab hostibus, quibus cum iuste bel- lum geritur, prout etiam docuit gloss. ibi, & post eam Hostien. in capite salu- briter de usuris, & in summa de usuris §. an aliquo casu, Romanus singulari. 269. expenditque pro ea parte aliquot fundamenta Berous in capite primo de usuris numero 114. & licet Cõra. dict. quæstione 42. Gabriel in 4. dist. 15. quæ- stio. 11. & alij, quos refert Carolus Mo- linæus in consuetudini. Parisiensi. tit. 1. §. 1. gloss. 9. asseruerint eum text. non es- se Diui Ambrosij: tamen vere esse Di- ui Ambro. in lib. de Thobia ca. 15. in prin- cipio affirmat Couarruu. dict. lib. tertio capit. primo numero septimo, & Am- brosius tribuit Iuo Garnotensis cap. 37. part. 23. & in decreto excusso typis & emendato iussu Gregorij XIII. Pontifi- cis Maximi foelicis recordationis eidẽ auctori adscribitur. Verum hæc eius lo- ci Deuteronomij interpretationem im- probat Franciscus Ottomanus libro se- cundo de usuris capite 30. ratione pro- fecto verisimili, quoniam ea lex Deu- teronomij in omne tempus lata fuisse videtur, & non in id dumtaxat, quo cũ illis gentibus bellũ esset Iudæis. Et præ- terea quia vt ipse considero, generali- ter locus ille ostendit populo Israeliti- co erga omnes alienigenas, & exteros Deum indulsisse usurarum exactiõnem. Denique quia falsum est licere usuram exigere ab hoste, quo cum iuste bellum

geri-

geritur, vt prudenter resoluit Couarru. vbi proxime sapienter, & accurate explicans sententiam Ambrosij in dict. c. ab illo locum habere. vbi vsura accipitur, & retinetur in satisfactionem damni illati ab inimico, Ludou. Peguera post Didacum Stellam insignem religiosum instituti Franciscani a se relatū dicto cap. 30. numer. 11. Quo circa Frāscas Ottomanus sic explicat locum illum, quod aliā barbarā nationes Moysaiceis legibus non tenebantur, quæ ciues scænis inter se exercere prohibebat, ac si quid aliquando cū Iudæis contrahebant, quibus præsentī vt sit pecunia opus erat, illos grandi scænore premebant, vt ius inter vtrosque æquabile & vnum omnibus esset, Iudæis similiter permissum fuit, si quando illis pecuniā mutuam darent, vicisim vsuræ nomine aliquid stipulari. Eamque explicationē fatetur Ottomanus se didicisse à quodā Theologo magni nominis. Sed displicet mihi Ottomanī explicatio isthæc. Nā videtur Ottomanus pro certo constitutere in ea specie, quam ipse refert, vsurarum exactiōem dumtaxat licitam fuisse Iudæis ex positua Dei permissiōe: ita quod si Deus non permisisset expresse, vtique illis non licuisset. Ego vero magis sentio in ea formā, quam fingit Ottomanus ex natura rei, ac iure diuino & naturali esse licitam acceptiōnē vsuræ. Moueor ea ratione, quia cōmuni voto omnes admittunt exigī posse vsuram licite in compensationem, & satisfactiōnē damni illati, quemadmodum resoluit Couarru. d. capit. primo numero septimo sic explicans sententiam Ambrosij in dict. capite ab illo 14. quæst. 4. prout dixi superius. Licuisset ergo ex ipsa rei natura iure diuino, & naturali Iudæis vsuram exigere ab his gentibus, & nationibus, a quibus premebantur vsuris in compensationem damni, quo afficiebātur ob negotiationem vsurariam, quam illæ gentes exercebāt erga populum Israeliticum. Quod si hæc sententia visa fuerit alicui parum

probabilis, nõ reluctabor assentiri. Etenim alia ratione reiici, & confutari potest explicatio Ottomanī. Nam sentire videtur eo loco Deuteronomij Deum Optim. & Maximum dumtaxat Iudæis permisisse vsuram accipere ab his gentibus, & nationibus, a quibus grādi quoque scænore exhauriebantur, eamque permissiōem restrictam, & limitatam fuisse ad eas gentes, & populos, quod quidem perquam falsum est: quia euidenter apparet generaliter Deum permisisse Iudæis scænerari alienis, exterisque nationibus. Accirco dominus Ignatius de Mendoça olim primarius professor iuris Pontificij Academiæ Complutensis pro sui ingenij admirabilis acumine sic eum locum exponebat quod ibi Deus omnipotens Iudæis absolute vsuræ acceptiōem interdixit, non solum erga fratrem, sed etiam alienigenam. Quod vt persuaderet, sic legebat locum illum, *Nõ scæneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniæ, nec fruges, nec quālibet aliam rem, sed alieno, fratri autem tuo absque vsurā id, quo indiget, commodabis.* Ita vt verba illa, *Scæ alieno*, & illa *fratri autem tuo*, continuatiue legatur: quæ interpretatio, licet peracuta sit, & digna ipsius ingenio singulari, difficilis est, ex eo quod in Hebræo, & Græco exemplari, Latinaque editione vulgata, & omnibus Codicibus vsque in hæc tempora typis mandatis locus ille Deuteronomij sic legitur, vt post illa verba, *sed alieno*, punctus sit, ibique periodus finiatur, & in sacris literis, nec apicem licet immutare.

Rursus dictio, *autem* quæ aduersatiua est si Grammaticis credimus, & glo. & Bartolo in l. mariti §. vltimo. ff. de adulterijs, Doctoribus in l. hoc autem §. de his autem ff. de damno infecto, & in l. transigere. C. de transactio. Nicola. Millis in reportorio dictione, autē, ostēdit manifeste verba illa, *fratri autem tuo*, non posse legi continuatiue ad præcedentia eo modo, quo vult dominus Ignatius de Mendoça. Minini me olim legisse

Proœmium totius

legisse Molinæum in lib. de contractibus in principio aliter interpretantem locum illum scilicet, quod alienum vsura mordere, nec præcipere, nec permittere Deus videtur. Sed hoc innuere, & significare, quod si quem vsuris opprimas, iam non tractas vt fratrem, nec officium proximo debitum impendis, sed pro extraneo habes, vel pro hoste. Quæ interpretatio ex textu sacro eiusque litera confunditur manifeste.

Expectavit autem a nobis lector curiosus nouam aliquam eius loci interpretationem, quæque impleat omnes difficultates superius excitatas. Quam excogitare tentassem, ni pro certo haberem, nouas explicationes sacre pagine periculo non carere. Ideoque duco amplectendam communem sententiã D. Thom. Nec cum Dominus Deus noster permisit Iudæis accipere vsuram ab alienigenis, eorum cupiditati, & vitij cor sensisse putandus est, sed permisit illis mala facere, ne facerent peiora, quod in legislatore vitio tribuendum non est.

18 Usuram quoque improbari iure Diuino, Evangelico, constat ex illo Lucæ 6. cap. *Mutuum date nihil inde sperantes.* Quem locum Ecclesia Catholica, quæ Spiritu sancto duce scripturam sacram interpretatur, in capite consuluit de vsuris sic accepit, vt docuerit Christum Dominum ibi vsuræ labem, & peccatum prohibuisse sub præcepto & culpa mortali. Et docet expresse Alexan. III. in capite super eo quarto de vsuris ibi, *Quod cum vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestetur.*

Nec placet quod scribit Ottomanus libro secundo de vsuris capite tertio in principio locum Evangelicum non esse intelligendum de fœneratione, quæ turpis questus est. Nam loquitur contra communem omnium sententiã, & Ecclesiæ Catholicæ sensum, in d. capit. consuluit. Displicet quoque sententia Domini. de Soto libro sexto de iustitiã & iure. quæ prima articulo primo in

corpore articuli pagina. mihl. 470. col. secunda aientis in loco non constituit præceptum aut prohibitionem, sed consilium cui consentit Alciat. in parergis relatus ab Ottoma. vbi proxime. Quoniam verbis illis Seruatorem nostrum vsurariam prauitatem interdixisse, docet manifestissime Urbanus III. in d. c. consuluit, cui textui non bene satisfacit Soto. Nam Pontifex ex loco Evangelij vt rem certam, & indubitatum colligit vsuræ interdictum, & prohibitionem. Meritoque increpat Ottomanus Alciatum, quod dixerit interdum aliter, atque aliter placere Ecclesiæ scripturam diuinitus traditam interpretari: & quibusdam Pontificibus olim visum fuisse, Lucæ locum ad consilium referre: ac deinde Gregorio, Clementi, alijsque Pontificibus placuisse locum Evangelicum ad præcepti necessitatem trahere: iusque diuinum non adeo certum, & indubitatum esse, quin varias interpretationes habeat, ipseque miror Andream Alciatum virum pium sic fuisse proiectum ad audiendum, vt similia de Ecclesia sancta Catholica, eiusque summis pastoribus protulerit. Neque obstat locus ille Matthæi. 25. *Veniens ego recepissem, quod meum est cum vsuris: & Lucæ. 19. Quare non dedi tibi pecuniam meam ad mensam, ego veniens vti que cum vsuris exegissem illud?* Nam in sacris literis sæpe mala trahuntur ad significationem bonorum: sicut adulterium Bethsabe significabat coniunctionem gentium cum Christo Iesu. Vnde ex vsura pecuniæ Seruator noster demonstrat, & insinuat aliam vsuram, non pecuniæ sed sanctorum operum, quæ est vsura spiritualis: igitur ex vsura culpabili trahit nos ad vsuram bonam, vt quemadmodum mercatores propter pecuniæ lucrum fœnerantur diligentissime: ita & nos propter Regnum cœlorum negotiemur solícite in spiritualibus rebus habere incrementa, quæ sunt fœnus spirituale, prout sapienter explicat Michael de Palacio de contracti. & restitutione

lib.

EPI TOM E

capitis VI.

lib. 4. cap. 2. pag. 321. colum. 1. & 2. Kar-
 sus Ecclesiam Catholicam à primis tem-
 poribus. ~~...~~ prauitatē exosam ha-
 buisse, ac cohibuisse multis pœnis, ostē-
 dunt elegantissimæ, & pucherrimæ au-
 toritates multæ ex Concilio Niceno,
 Arelatensi, Tarraconensi, Agatensi, Au-
 gustino Hieronymo, Ambrosio, & res-
 ponsis multorum Pontificum Romano-
 rum collectæ à Graciano 14. quæst. ter-
 tia & quæst. quarta, Iuone Carnotensi
 par. 13. per multacapita, prohibet quoq;
 multa iura relata libro quinto decreta-
 lium titulo 19. iure etiam Regio sum-
 ma cura habita est de interdicens, ve-
 tandisque vsuris l. 1. & 8. titulo secun-
 do libro octauo ordinamenti veteris
 vbi multa effundit Didacus Perez leg.
 1. cum sequentibus titulo sexto libro. 8.
 nouæ Compilation. legibus vero Ro-
 manis quid fuerit decretum circa pro-
 hibitionem vsurarum dabiū est inter
 vtriusque iuris professores. Sunt enim,
 qui affirmant veterem licentiam perci-
 piendi legitimas vluras displicuisse Im-
 peratori Iustiniano: ideoque illas omni-
 no reiecisse. Ita enim Accurs. tradit in l.
 1. C. de summa Trinit. & fide Cath. &
 in authent. ad hæc C. de vsuris, Ioannes
 Theutonicus in cap. quid dicam 14. q.
 4. Bernar. in ca. quia in omnibus de vsu-
 ris. Quorum sententiam agnoscit com-
 munem Osalcus Cacheranus decisio-
 ne Pedemontana 137. numero octauo.
 Alfons. Guerre. d. capit. 67. numero 5.
 Iulius Clarus libro. 5. sententiarum. §.
 vsura numero 4. Rolandus a Valle con-
 sil. 55. volum. 2. numero. 11. Don Ludo-
 uic. Peguera. d. cap. 30. numero. 16. cō-
 trarium post Panormi. Contra. & alios
 tuetur Couarr. lib. 3. variarum ca. 1. nu-
 sexto, & testatur communem opinionē
 Andreas Alciat. in cap. primo numero.
 78. de officio ordinarij, & ex Christo-
 pho. de Castel. consil. 36. Iulius Clarus
 d. §. vsura numero quarto, quidquid, sit
 exploratum est apud omnes prouincias
 Christianas, vsuras improbas, & illicitas
 iudicari.

- 1 **I**n cōtractu emptionis, & vēditionis
 frequens est duplex genus pactorū
 legis commissoria, additionis in diem,
 & de retrouendendo, & quale vnū-
 quodque sit explicatur.
- 2 **I**n pacto legis commissoria, additio-
 nis in diem dominium rei venditæ re-
 transfertur in venditorem absque
 noua traditione, ita tamen si apposi-
 tum fuerit in continenti.
- 3 **A**pposito pacto de retrouendendo ad
 dominij rei translationem est necessa-
 ria traditio.
- 4 **R**esoluto cōtractu ex pacto legis cō-
 missoria, vel additionis in diem, ne-
 dum ex distractu sed neque ex cōtra-
 ctu gabella debetur, resoluto vero ex
 pacto de retrouendendo debetur ga-
 bella ex cōtractu, licet non ex dis-
 tractu.
- 5 **R**esoluto cōtractu ex pacto legis cō-
 missoria, vel additionis in diem re-
 stituuntur fructus venditori, secus
 est in pacto de retrouendendo.
- 6 **R**esoluto cōtractu ex pacto legis cō-
 missoria vel additionis in diem ita de
 manu absque traditione retransfer-
 tur dominium si cōceptum fuerit ver-
 bis directis, secus vero, si obliquis.
- 7 **I**mprobatur communis sententia, &
 ostenditur esse differentiam inter pa-
 ctum legis commissoria, & additio-
 nis in diem.
- 8 **R**ejicitur Aemilij Ferreti, & An-
 tonij Gomezij sententia.
- 9 **O**stenditur aduersus Menchacam in
 pacto legis commissoria haberi fidē
 de pretio, & dominium trāsire in em-
 ptorem.
- 10 **R**efertur celebris controuersia, an
 pacto de retrouendendo concepto ver-
 bis directis retransferatur dominium
 in venditorem absque noua traditi-
 one, & resoluitur retransferri.
- 11 **P**acto

docunq̄ue, vel intra certum tempus eo
de ~~...~~, de quo pacti gene-
re est text. in l. 2. C. de pactis inter emp-
torem, & venditorem secundum com-
munem Doctorum intellectum, tamen
si Hieronym. Cagno. ibi numero. 12. af-
firmet eum text. non agere de pacto de
retrouendendo, sed de pacto de resti-
tuendo, inter quę longam differentiam
ex Aretino consilio 6. Corneo consilio
4. colum. 2. volum. 1. Socino. 253. 3. q.
volum. 1. constituit, & Corrafi. libro. 3.
Miscellaneo. cap. 9. numero 1. loquitur
etiam de eodem pacto, text. in capit. ad
nostram, vbi multa effundunt Burgen.
& Berous de emptio. & venditio. & in
cap. illo vos de pignoribus, & in l. 42. ti-
tulo 5. par. 5 confecitque integrum tra-
ctatum multiplici rerum varietate dis-
tinctum Tiraquelus de retractu conue-
ntionali, scribunt multa Couarruu. libro
tertio variarum cap. octauo, Cagnolus
in d. l. 2. C. de pactis inter emptorem, &
venditorem, Antonius Gomez secun-
do tomo variarum capite secundo nu-
mero 27. cum sequentibus, Gregorius
Lopez in l. 42. titul. quinto par. quinta,
Caldas Pereira dicto verbo sua facilita-
te a numero 58. Oroscius in l. ab emp-
tione ad finem ff. de pactis, Ioanes Cor-
rafi. libro. 3. Miscella. cap. 9.

Inter hæc vero tria pacta eximia à
Doctoribus nostris constituitur diffe-
rentia. Quod in pacto legis commissio-
riæ, & additionis in diem dominium
rei venditæ absque noua traditione re-
transfertur in ipsum venditorem, qui
legem contractui apposuit l. si quis hac
ff. de rei vindicatione l. vltim. ff. de leg.
commissoria l. commissoria C. de pac-
tis inter emptorem & venditorem l. si
hominem ff. de vsucapio. l. si duobus §.
vltim. ff. de diuers. & tempora præscr.
docet glossa & ibi Baldus, Salyce. De-
cius, Curcius, Claudius, & cæteri in l.
traditionibus C. de pactis, Angelus in l.
tertia C. de pactis inter emptorem, &
venditorem, Bartolus in d. l. si hominē
ff. de vsucapio. & Imola. in l. naturali-

ter ff. eodem titulo. Carolus Ruynus
consilio 22. & 23. volumine primo, An-
tonius Gomez d. capite secundo nume-
ro 30. versiculo. Item, adde Couarru.
d. cap. 8. numero primo, Gregori. Lo-
pez in lege. 38. titul. quinto par. 5. glos-
sa. 3. & agnoscit communem Aemilius
Ferrerus in l. iuris gentium. §. adeo nu.
8. ff. de pactis, Ioannes Oroscius in d. l.
ab emptione numero 34. ad finem. De-
siderant tamen omnes autores isti ap-
poni hæc pacta in continenti, vt operē-
tur retranslationem dominij ipso iure,
vt etiam docuit glossa in l. ab emptio-
ne. Quam dicit receptam ex pluribus
Caldas Pereira d. verbo, sua facilitate
numero. 56.

Pactum vero de retrouendendo nõ
operatur, neque inducit dominij retrã-
slationem absque noua traditione Bart.
in l. prima numero 10. ff. de donatio. Sa-
lycet. in l. si prædium C. de ædificijs ac-
tionibus, Aretinus in l. qui absenti §. 1.
ff. de acquire. possessione, plures, quos
recenset Couarru. d. cap. octauo nume-
ro secundo, Aemilius Ferretus in d. l. iu-
ris gentium §. adeo numero octauo, ff.
de pactis, Cagnolus in l. secunda C. de
pactis, inter empto. & vendito. nume-
133. Antonius Gomez d. capite secundo
numero. 29. dicit communem opinio-
nē Andreas. ab Exea de pactis numero
567. Tiraquelus libro secundo de retra-
ctu §. 1. glossa 7. numero 12. Berous in
cap. ad nostram numero 25. de emptio-
ne, & venditione.

4 Ex quo solet annotari alia differen-
tia inter hæc pacta, quod celebrato con-
tractu, & resolutio ex vi pacti l. commis-
soria, & additionis in diem, non me-
do ex resolutione, & distractu, verum
neque ex cõtractu gabella, laudimium,
releuium, aut alia onera debentur, & so-
luta repeti possunt in debiti conditio-
ne, Belapertica in l. vltim. §. sed quia C.
cõmunia de legatis, Paulus in l. ab emp-
tione numero 9. ff. de pactis, & in l. pri-
ma C. quando liceat ab emptione disce-
dere, Bal. in l. traditionibus C. de pactis
& pro-

Libri Primus

& proficitur communem resolutionem Antonius Gomez d. cap. 2. numero 31. tamen illam impugnet frivolis argumentis Ioanes Iañez Parladorius rerum quotidianarum cap. 3. §. 4. numero 37. Tiraquelus de retractu conventionali §. 6. glossa secunda numero 3. dicens in hoc neminem discordare Riminal. con filio. 86.

Ex contractu inito cum pacto de re rouded. debetur gabella. laudimium, ruit releuium, licet ex distractu non debeat, omnes in d. l. ab emptione, vbi Orosius num. sexto, & septimo, Paulus, & Alexand. in l. iuris gentium §. adeo ff. de pactis Tiraque l. vbi proxime numero 16. Molin. Cagno. & alij, quos refert, & sequitur Pinelus in l. 2. C. de rescind. venditio. 2. par. cap. tertio numero 36. Parladorius d. nume. 37. Ioanes Gasias in tracta. de expensis, & melioramentis c. 18. a numero 46. & esse Doctorum commune placitum asserunt Suarez, & Bonacossa inter communes opiniones libr. septimo verbo, gabella, Didac. Perez in proemio tituli. 2. libro octavo ordinament. pagina. 33. & 34.

Est quoque inter hęc pacta elegans alia differentia, quod resolutio contractu ex pacto legis commissoria, vel ad additionis in diem, quia resoluitur ipso iure, & dominium absque noua traditione retransfertur, venditori fructus restituuntur. l. item. quod dictum est 9. lege Imperator 19. ff. de in diem additione l. si fundum 4. ff. de l. commissoria. Resoluto autem contractu ex pacto de retrouendendo, quia non re transferuntur dominium ipso iure, fructus non restituit emptor l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, vt eleganter obseruat Ioannes Corraff. libr. tertio Miscellane. c. 6. n. 9. neque obstat responsum Vlpia. in l. quoties fundus. 2. ff. de in diem additione, ibi, *lulianus scribit, hęc cui res in diem addicta est, & vsu capere posse, & fructus & accessiones lucrari, & periculum ad eum pertinere.* Ex quo

improbat Corraffij traditionem. Ceu. libro tertio resolutio, ~~et re numero~~ primo: nam procedit, accipique debet iuxta distinctionem propositam ab eodem Vlpiano in d. l. item quod dictum est, in qua Vlpia. explicat, quod antea generatim, & absolute dixerat in d. l. 2. quod apparet ex eo, quia vtraque lex Vlpiani est libro vigesimo octavo ad Sabinum. Emptor enim, cui res in diem est addicta, interim suos facit fructus, sed oblata meliori conditione restituit, non oblata retinet perpetuo. Cum enim interim dominus sit l. non ideo minus. ff. de reuendicatione, interim lucratur fructus. Similiter enim dicimus bonę fidei possessorem interim facere omnes fructus suos, vt docuit Pau. l. C. in l. bonę fidei emptor 48. ff. de acquiren. rerum dominio. Non tamen omnes facit suos irreuocabiliter, quia re euieta restituit naturales, retinet tamen industriales, qua ratione conciliari debent Paulus in d. l. bonę fidei emptor, & Pópo. in l. fructus. 45. ff. de vsuris, vt post Cuiacium, & Goueanum conciliasse videtur Matthæus Vbesembe. in §. si quis a non domino instit. de rerum diuisione numero 13. & 14.

Id autem, quod statui superius, scilicet resolutio contractu ex pacto legis commissoria, & additionis in diem ipso iure retransferri dominium in venditorem, solet a Doctoribus explicari habere locum, quando pacta concipiuntur verbis directis, vt si dictum fuerit, res sit inempta, vel habeatur contractus pro infecto, vel quod venditor ipse sine iudicis ministerio rem ipsam capere, possidere, & frui propria autoritate possit. Qua in specie competit venditori rei vendicatio, quod si verbis obliquis hęc pacta fuerint concepta, dominium non redit ipso iure ad venditorem absque noua traditione, nec rei vendicatio competet, sed sola personalis actio, vt docet glos. ordinaria in l. 1. ff. de donatio. & ibi Bart. Paulus, & Imola, l. ass. numero 7. Orosius numero 34. in l. ab emptione.

uione ff. de pactis, Tiraquel. Couarruu. Gregor Lopez Antonius Comez ubi supra, Caldas Pereira, in d. verbo, sua facilitate numero 54. testatus esse communem sententiam, Alciat. responso. 164. num. 12. & responso 676.

Cui tamen receptæ sententiæ negotium facessere videtur text. in l. si quis hac 41. ff. de rei vindicatione, in cuius specie I. C. Ulpian, docet contracta venditione cum pacto additionis in diem hoc modo, vt si alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione, post allatam conditionem emptor iam non posse in rem actione uti. Nam in eo responso Ulpiani I. C. pactum additionis in diem conceptum verbis obliquis est: & nihilominus adhuc dominium dicitur in venditorem retro translatum sine noua traditione. Quod autem verbum, *recedatur*, sit obliquum, non directum constat ex eo, quia vt nostris autoribus magis placuit, illa dicuntur verba directa, quæ significant resolutionem contractus fieri ipso iure: obliqua autem, quæ denotant in resolutione contractus factum, & ministerium hominis necessarium, prout ex pluribus resoluit Caldas Perei, in d. gloss. sua facilitate num. 53. at verbum, *recedatur*, vt futurum concernens videtur exigere contrahentium factum. Argumento eius, quod autores notant in l. in criminali. C. de iurisdictione omnium iudicum, & in l. si quis in tantam C. vnde vi, copiose Andreas Tiraquelus in l. si vnquam verbo, reuertatur num. 732. C. de reuocandis donationibus.

Ex quo textu abhinc aliquot annis arbitratus sum constituendam esse differentiam inter pactum legis commissoriae, & pactum additionis in diem. Nam in pacto legis commissoriae communis sententia, & distinctio vera est, vt si verbis directis conceptum fuerit, transeat dominium sine traditione: non autem sine illa, si obliquis verbis exprimat, idque propter text. in l. tertia C. de pactis inter emptorem, & venditorem, in

cuius specie Alexander Imperator rescribit pacto legis commissoriae, ita concepto, vt nisi pretium reliquum intra certum tempus restitutum esset, ad venditorem reuerteretur, non reuendicationem, sed actionem ex vendito primo venditori competere, si emptor possessionem non tradidit. In pacto vero additionis in diem falsam esse credo communem distinctionem, & aio semper resolutio contractus ex pacto additionis in diem dominium transferri in primum venditorem sine traditione, siue verbis obliquis, siue directis concipiatur. Quod Salycet, docuit in l. traditionibus num. 11. & ibi Claudius de Seyffello col. secunda C. de pactis, Couar. d. capite octauo numero 11. ad finem.

Vnde improbanda est opinio Aemylij Ferreti in l. iuris gentium §. adeo numero octauo ff. de pactis indistincte docentis ex pacto legis commissoriae & additionis in diem retro transferri dominium sine traditione, siue concipiatur verbis directis, siue obliquis. Nam quantum attinet ad pactum legis commissoriae, euidentis est, si fiat verbis obliquis, solam actionem personalem competere ex rescripto Alexandri Caesaris in d. l. tertia C. de pactis inter emptorem, & venditorem. Quoad vero pactum additionis in diem Aemylij sententia recipienda est ex text. in d. leg. si quis hac. Rursus displicet traditio Gomezij d. c. secundo num. tertio versic. Item etiam infertur ad finem, constituentis nullo casu contractus resoluti ex pacto legis commissoriae, & additionis in diem absque traditione, dominium reuerti ad venditorem. Loquitur enim doctissimus vir contra iura apertissima superius producta, & contra inueteratam, & receptissimam omnium iuris interpretum traditionem. Neque obest, quod dominium non transeat absque traditione l. traditionibus. C. de pactis. Quia negat eam propositionem absolute Dominus Ferdinan. de Mendoça libro tertio disputationum ciuiliu. cap. 2. contendens neque

Libe r Primus

que iure humano, neque naturali ad do-
minij acquisitionem esse necessariam
traditionem, sufficereque solum con-
sensum, nudamque voluntatem contra-
hentium. Sed verum non esse multis ra-
tionibus ostendi cap. secundo huius li-
bri numero 13 idcirco respondeo regu-
lam esse dominium no adquire sine tra-
ditione, limitari tamen, & praestringi in
hac specie. Cuiusque limitationis ratio-
nem esse scribit Salycet. in d. l. traditio-
nibus, quia lex fingit rem retro nunquam
venditam fuisse. Etenim conditio resol-
uens impleta retrahitur ad tempus
contractus. l. qui balneum l. potior ff.
qui potiores in pignore, eamque ratio-
nem constituere Petrus Cynus, & Ful-
gosius in l. quarta C. de pactis inter em-
ptorem, & venditorem explicat Caldas
Pereira in d. verbo sua facilitate num.
55. Meo tamen iudicio subtilior illa vi-
detur esse ratio, quod resolutio contra-
ctu ex pacto legis commissoriae, & ad-
ditionis in diem retro redditur titulus
nullus, unde traditio remanens sine cau-
sa non habet annexum dominium in
persona possessoris, & ita tradens recu-
perat directum, quod habebat primo.

9 Minusque probo, quod tentat Ferdi-
nandus Menchaca cap. 69. controuersia-
rum frequentium celebrato contractu
cum pacto legis commissoriae etiam re-
tradita dominium non transire in emp-
torem, sed manere semper penes vendi-
torem ipsum, motus ea ratione, quod
in ea forma contractus non sit habita fi-
des de pretio, quod etiam probat Pe-
trus Bellous libro secundo variorum iu-
ris ciuilibus capite tertio. Nam hac Ferdi-
nandi Mencha. noua sententia confun-
ditur expresse ex Neratij responso per
opportuno in l. lege fundo 5. ff. de lege
commissoria ibi, *Sed si fundus reuenis-
set, Aristo. existimabat venditori de his
iudicium in emptorem dandum esse,
quia nihil penes eum residere oporteret
ex re, in qua fidem fessellisset.* Quibus
verbis perspicue, & manifeste Nera-
tius l. C. docet celebrato contractu cum

pacto legis commissoriae habitam esse
fidem de pretio. Conf. *l. i. de iur. iur.*
rescripto Alexandri Imperatoris in l.
quia ea lege tertia C. de pactis inter
emptorem, & venditorem, quo loco
aperte demonstratur, legem commissio-
riam adiectam contractui non impedi-
re, quin dominium abeat in emptorem:
denique Petri Belloi. d. cap. tertio sen-
tentia displicet, quatenus existimat in
pacto legis commissoriae semper trans-
ferri dominium absque traditione, &
nunquam in pacto additionis in diem,
aduersatur enim responso. l. C. in d. l. si
quis hac, cui recte non satisfacit.

10 Illud autem iam in de ab antiquis, he-
roicisque temporibus habuit celebré,
& eximiam controuersiam, an concep-
to pacto de retrouendendo verbis di-
rectis dominium regrediatur statim,
conuoletque ad venditorem absque
traditione aliqua. Summi enim iuris
verices hac de re dimicant inter se acer-
rime, nec quidem pugna, & altercatio
in hunc diem conquieuit. Nam Bart.
in l. prima numero 10. ff. de donatio. ab-
solute docet contractu resolutio propter
pactum de retrouendendo nunquam
dominium ad venditorem reddere abs-
que traditione. Sequuntur Salycet. in l.
si praedium. C. de adilitijs actioni. Are-
ti. in l. qui absenti §. 1. ff. de adquirend.
possessione, plures, quos refert Couar-
ruu. d. capite octauo numero secundo,
Aemyli. Ferretus in d. §. adeo numero
octauo, Cagno. in l. secunda num. 133.
C. de pactis inter empto. & vendi. Go-
mez d. capite secundo numero 29. di-
cit communem opinionem Andre. ab
Exa de pactis numero 567. Tiraque. de
retractu. conuentionali. §. 1. glos. 7. nu-
mero 12. Berous in capite ad nostram
numero 25. de emptio. & venditio. Que
sententia primum probatur ex text. in
l. 2. C. de pactis inter emptorem, & ven-
ditorem, vbi absolute constituitur ex
pacto de retrouendendo solam actio-
nem personalem competere. Sequitur
ergo resolutio contractu ex pacto de re-
trouen-

trouendendō in venditorem dominū
 non transire. Consequentia probatur,
 quia in actione personali agit ad
 rem propriam consequendam, nisi con-
 ditione furtiua. l. vlt. in fine. ff. v. s. fru-
 ctus, quemadmodum caueat. §. sic ita-
 que discretis Instit. de actio. Secundo
 probatur ex text. in. l. si prædium 4. C.
 de ædilitijs actionibus, vbi Dioclecia.
 & Maximia. Cæsares rescripserunt reso-
 luta venditione, ex pacto displicentiæ
 solam actionem rehibitoriam compe-
 tere, quæ personalis est. Contrarium au-
 tem voluerunt Cumanus in. l. 1. ff. de
 donatio. Paulus in. l. si à te. C. de pactis
 inter emptorem, & venditorem, & in
 l. si cum venderet. ff. de pignorati. actio-
 ne. Iass. num. 8. Ioannes Orosius, num.
 35. & sequentibus appellans communē
 in. l. ab emptione. ff. de pactis, Nicolaus
 Boerius decis. 182. num. 16. & sequen-
 tibus, Roderic. Xarez in. l. post rem iu-
 dicatam. ff. de re iudicata in declaratio-
 ne legis Regiæ, prima limitation. num.
 9. & 10. Tiraquel. de retractu conuen-
 tionali, dict. §. 1. glos. 7. nu. 6. & sequen-
 tibus, copiose Couarru. dict. cap. 8. nu.
 2. Gregor. Lopez, in. l. 42. titul. 5. part. 5.
 verbo, *El comprador*, & glos. vltim. re-
 status eam sententiam fulciri maxima
 æquitate, Didacus Perez in. l. 1. titul. 2.
 lib. 8. ordinamēti, pag. mihi 40. col. vlt.
 & pag. 41. col. 1. Menchaca controuer-
 siarum frequentium, cap. 69. num. 8. &
 profitentur esse communem sententiā
 Caldas Pereira dict. verbo sua facilita-
 te, nu. 62. Ioannes Gutierrez consil. 27.
 num. 2. & veriore, & magis receptam
 Hieronym. Gabr. consil. 66. quam par-
 tem secutus sum legēs publice textum
 in cap. ad nostram, de emptio. & vendi-
 tione, & in cap. illo vos, de pignoribus,
 expendiq; solet pro ea respōsum Pau-
 li I. C. in. l. voluntate 10. in fi. ff. quibus
 modis pignus vel hypot. soluitur, ibi,
Sed in pristinam causam res redit reso-
luta venditione. Verū obseruat curiose
 Caldas Pereira d. verbo, nu. 63. comu-
 nem hanc sententiam non probari, ex

tex. in d. l. voluntate in fine, primū quia
 ibi non directa, sed obliqua verba po-
 nuntur; vt constat ex verbis, *recessum*
fuert: deinde quia non in continenti,
 sed ex interuallo videtur pactum appo-
 situm: tertio, quia cū Paulus I. C. dicit
 rem in pristinam causam redire, vendi-
 tione resoluta, non vult ex sola rescis-
 sione tituli transferri dominium: ideo
 iuxta iuris ciuilibus traditiones crebri-
 res, videtur in ea specie nouam exigere
 traditionem. Ego quidem cum verba
 Pauli attēte mussinor (vt Pliniano ver-
 bo vtar) vix possum comprehendere,
 quo in loco I. C. velit docere in ea spe-
 cie absque traditione, & ipso iure do-
 minium trāsferri in dominum antiquū
 & priorem. Nam illa verba, *In pristi-*
nam causam res redit. &c. generalia
 sunt, nec inferunt de necessitate rem re-
 dire ipso iure, cum & per nouam tradi-
 tionem in causam pristinam reuerti res-
 possit, & non probat hoc esse, quod ab
 hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vn-
 de legitimi. l. neque natales. C. de pro-
 batio. c. in præsentia eodem titul. Qua-
 re magis probo nouam rationē, quam
 in defensionem huius opinionis consi-
 derat Caldas Pereira dict. verbo num.
 64. quod cum pactum de retrouenden-
 do verbis concipitur directis, non po-
 test dici proprie pactum de retrouen-
 dendo, sed magis appellari debet gene-
 rale pactum legis commissoriæ, secun-
 dū in Alexand. consil. 10. num. 6. vol. 1.
 Neque obstat tex. in d. l. 2. C. de pactis
 inter emptorem, & venditorem, quia
 in eo rescripto Alexandri Cæsaris, so-
 lum agitur de pacto de retrouēdendo,
 iuxta communem formulam cōcepto,
 quæ obliqua est, non autem de formu-
 la, quæ concipitur verbis directis, quæ
 propria est legis commissoriæ, vel pa-
 cti additionis in diē. Rursus nō obstat
 tex. in d. l. si prædiū. C. de ædilitijs actio.
 quoniā in specie legis illius actio redhi-
 bitoria datur emptori resoluta emptio-
 ne ad id, vt veditor cogatur rē accipere,
 & pretiū emptori reddere. Vnde nec
 mirum,

Liber Primus

mirum, si detur aduersus solum venditorem.

Postremo huic resolutioni non officit text. in l. 42. titul. 5. part. 5. quam legem dicit expressam pro contraria parte Antoni. Gomez vbi supra. Ait autē ea lex, quod si emptor habet rem in sua potestate resoluta vēditione, ex vi pacti de retrouendendo, tenetur præcisse illam venditori tradere; sin vero in sua potestate non habet, tenetur venditori ad interesse. Non inquam obstat, quia lex illa Partitæ loquitur de pacto de retrouendendo cōcepto verbis obliquis, prout solet concipi cōmuniter, vt constat ex exemplo, ibi constituto in illis verbis: *Que fueffen tenidos de tornar le aquella cosa, que assi vendiessen.* Vel secundo respōderi potest legem illam intelligi, quod venditor habet vtrumque ius, vel agendi ad interesse contra primum emptorem, qui rem alienauit, vel rei vendicatione, contra secundum emptorem, & ita intelligit ibi Gregor. Lopez glos. vlt. Ioannes Orosci, in dicta. l. ab emptione col. vltima.

11 Ex qua resolutione infero, quod vbi pactum de retrouendendo conceptum est verbis obliquis, resoluto contractu venditor, nequit agere aduersus tertium possessorem rei venditæ, sed aget aduersus emptorem primum ad interesse. Vbi vero pactum verbis directis cōceptum extiterit in rem actione, poterit experiri contra tertium quemlibet possessorem, vt docent Alexan. consil. 11. volum. 1. & plures, quos referunt Tiraquel. dict. glos. 7. num. 12. Couar. Orosci. Caldas Pereira, Didacus Perez, Ioannes Gutierrez, & Hieronym. Gab. vbi supra. Neque obstat tex. in l. si cum venderet in principio, ibi, *Sed & ipse venditor, aut vendicare rem poterit, aut in factū actione aduersus emptorem agere.* ff. de pignora. actione, ex quo Paul. de Castro, & plerique cōtrariū asseuerarunt cōstanti animo. Quoniam, vt Fulgostio ibidem placuit in specie tex. in dict. l. si cum venderet, credi-

tor non vendidit rem ipsam, sed ius dūtaxat, pignoris, quod habuit. vt constat ex illis verbis, *Vt si soluerit devitor pecuniam pretij emptori, liceret ei recipere rem suam.* Ex quibus verbis apparet Vlpianum appellare post perfectū contractum pignus rem suam debitoris: ac proinde sentire in emptorem, non fuisse translatum dominium.

12 Quo ad secundam vero partem nostri capituli statuo licitum esse pactum de retrouendendo. Nam, & iure diuino veteris Testamenti constat approbatum fuisse, vt apparet ex illo Leuitici 25. cap. *Terra quoque non vendetur in perpetuū, quia mea est, & vos advena, & coloni mei estis. Vnde cuncta regio possessionis vestre sub redemptionis conditione vendetur,* & in Republica Romana receptum fuit, quemadmodum liquet, ex tex. in dict. l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem: tametsi vt delibaueram superius, plerique autores cōtenderint eum tex. nō agere de pacto de retrouendendo, sed de restituendo, quod in mero facto consistit. Pontifices quoque maximi admisisse videntur in cap. ad nostram, de emptio. & vendi. & in c. illo vos de pigno. per argumentū ab speciali, & in extrauaganti 1. & 2. de emptio. & venditio. inter communes. Iure denique Regio approbatum est. l. 42. titul. 5. part. 5. & in foro conscientie iustum esse, ex multis professoribus Theologis, & Pontificij iuris interpretibus profitentur, Tiraquel. de retractu cōventiona. in prefatione nu. 3. & 4. Couar. lib. 3. variar. c. 8. nu. 4. Hieronym. Cagnol. in d. l. 2. nu. 10. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, Nauar. in manu. c. 17. nu. 248. Iosephus Mascar. in tract. de proba. conclu. 441. nu. 3. vol. 1. Petrus Nauarra Theologus peracutus, & doctus, lib. 5. de restitutione in foro conscientie. c. 2. nu. 93. & 94. reprehēdens Bartholomeum de Medina eximiū decus, & lumē Religionis Dominicane, quod in summa. c. 14. §. 25. regul. 7. dixerit pactū de retrouenden-

uendendo esse iniustum. Sed Barthol. de Medina non meruit reprehendi: quia non negat absolute iustitiam pacti de retrouendendo, sed in aliquo casu iniustum, imo usurarium esse contendit, quod aliquando verum est.

Licet ergo pactum de retrouendendo licitum sit ex se, tamen ex circumstantiis illicitum, improbumque reddi potest: & ex eo simul cum alijs adiunctis contractus, cui apponitur, usurarius aliquando censetur. Varias autem coniecturas, & circumstantias referunt Barthol. Capolatracta. de simula. contract. Barba. in d. cap. ad nostram de empt. & vendi. Alexan. consi. 119. volumine 4. afflictis decisione 33. & 40. Iass. in l. pacta nouissima colum. 2. & vlti. C. de pactis, copiose Josephus Mascari. d. consil. 441. & consil. 441. & 447. quibus omnibus adde Alfonso Azeuedo virum piū, & doctum in l. 4. titulo. 6. lib. 8. nouæ Compila. vbi ante num. 12. & num. 38. & 41. me retulit, & allegauit.

13 Illud autem accerrime disputatum est, an modicitas pretij simul cum pacto de retrouendendo efficiat contractum usurarium, videlicet, vtrum quando res vendita est pretio adeo modico, vt vix accedat ad dimidiam iusti pretij, & adijcitur pactum, quod emptor teneatur reuendere eodem pretio ea conuentio usurae vitio, & labe inuoluatur. In qua concertatione partem aientem sequitur glo. in c. conquestus de usuris, & ibi Panormi. & Anania glos. in ca. ad nostram de empt. & vendi. & ibi Innoc. Hostiens. Ioann. Andre. Antonius Cardina. Ancharra. Imola, & Panormi. Imola in c. illo vos de pignori. Bal. Paulus, Fulgosius, & Alexan. in l. emptione C. plus valere quod agitur, Aymō Craueta consi. 156. num. 4. & 7. Mar. Anto. Natta. consi. 108. Riminal. Iunior. consi. 218. numero. 108. libro 2. Afflictis decisione 339. Gramma. decisione 39. Casfado. decisione 1. de usuris scribens suo tempore ita semper fuisse iudicatum in Palatio, caterua Doctorum relata à

Cagnolo in l. 2. numero 50. C. de pactis etis inter empto. & vendito. & à Didaco de Couarra. d. c. 8. numero. 4. verbi. è contrario, & profitentur esse magis communem sententiam, Viui. lib. 1. sua. communium opinio. verbo videre, versiculo contractus, Emmanuel Suarez verbo, venditionis contractus, numer. 20. Josephus Mascari. d. consil. 447. Caldas Pereira. d. verbo. sua facilitate numero 59. versiculo, tamen hæc duo, Bartholo. de Medina d. c. 14. §. 25. reg. 7. & ordinatione regia videtur approbata hæc opinio apud Lusitanos libro 4. tit. 27. §. 1. quo loco statutum est pactum usurarium esse, si vendatur res minori pretio quartæ partis iusti pretij, vt refert Antonius Gama decisione Lusitana. 138. num. 1.

Pro qua opinione solet expendi responsum celebre Innocen. III. in cap. ad nostram de emptio. & venditio. in illis verbis, *Quæ vix dimidiam iusti pretij contingebant*, Quibus Pontifex eum contractum videtur usurarium iudicasse ex eo solū, quod pretium vix dimidiam iusti pretij cōtingeret. Facit etiam, quia ex paruitate pretij dolus, & simulatio solet argui iuxta theoreticam glo. celebrem in l. 1. §. 12. verbo agendo ff. de superficiebus, & quæ notat Couar. in practi. c. 3. num. 3. & ca. 28. numero 9.

Partem autem negantem, imo solam pretij modicitatem non efficere pactū usurarium, sed requiri, quod venditor sit solirus scenerari, vel aliam circumstantiam, docent Cynus, & Saly. in l. C. plus valere, quod agitur, Paul. de Castro in l. rogasti §. si tibi decem ff. si cert. petatur, & sequuntur plures, quos refert Couarra. vbi supra, Carolus Molinæus ad Alex. consil. 154. vol. 6. & in regula Chancellariæ de publican. resigna. n. 284. Anton. Gama decisione Lusitana 138. dicit communem Boeri. consil. 12. nume. 3. & 7. & magis communem Octauia. decisione Pedemōtana 42. Tiraque. in d. præfatione. numero 5. Rolan. à Valle consilio. 40 & 92. numero 29. libro.

Liber Primus

2. Berous consil. 166. num. 3. & consil. 166. num. 21. lib. 1. Cagno. Petrus Nauar. vbi supra. Quæ pars instruitur eo argumento, quod emptionis, & venditionis contractus pretio modico celebratus vsurarius non est, neque etiam ille, qui fit cum pacto de retrouedendo. Ergo nec erit vsurarius contractus gestus modico pretio simul cum pacto de retrouedendo, nam ex duobus licitis non resultat illicitum. Neq; obstat tex. in d. c. ad nostram de emptione, & venditione, quia in eo ultra modicitatē pretij aderant aliæ circumstantiæ, ex quibus Roma. Pontifex colligit contractū pignoratitium esse, & celebratum in fraudem vsurarij. Primum enim mutui petitio debitoris, de qua fit mentio in principio tex. arguere videbatur emptionē & venditionem nō fuisse vere celebratam, sed fiste, & simulate, argumento. text. in l. vlt. ff. de heredi. institu. l. Titia §. idem respondit ff. de verbo. oblig. l. si seruus plurium §. vlt. l. qui filiabus in principio ff. de lega. 1. Deinde pactio illa, vt non nisi a septennio vsque ad notentium posset venditor retrahere, idē ostendebat apertissime, quia ex ea conuentione colligitur, quod emptor volebat esse securus de fructibus vsq; ad septennium, illosq; lucrari ultra sortem vsque ad id tempus.

24. Cui resolutioni non obest lex. Regia prima titul. 2. lib. 8. ordinamenti, & lex 4. tit. 6. libr. 8. nouæ Compilatio. quatenus illis constituitur contractum vsurarium esse solum ex eo, quod conuenit inter emptorem & venditorem, vt non nisi ad certum, vel post certum tempus liceat redimere, cum tamen ea conuentio iure communi licita sit, vt late resoluit Couarruias dict. cap. 8. num. 7. & 8. Quoniam Regiæ leges illæ non solum ex eo censent contractum vsurarium, sed tunc demum cū adijcitur pactio de lucrandis fructibus medio tempore, quæ cum insolita sit, vsuræ præsumptionem parit: vt explicant Couarrui. dict. cap. 8. num. 7. & 8. Antonius

Gomez secundo tomo cap. 2. num. 27. Gregorius Lopez in leg. 1. tit. 2. libro 8. ordinam. titulo 5. part. 5. gloss. tertia, Didacus Perez in d. leg. 1. tit. 2. libro 8. ordinam. pagina 39. Caldas Pereira dicto verbo, sua facilitate n. 61. & licet Caldas post Gregorium Lopez a se relatum dicat in terminis legum Regiarum ad præsumendum contractum vsurarium requiri pretij modicitatem: tamen contrariū verius esse constat, ex his, quæ resoluit copiose Couarruias dict. numero 7. & 8.

25. Hinc est in specie text. in cap. illo vos de pignori. plures conuenisse circumstantias ad censendum contractum pignoratitium, pactum inquam de retrouedendo collatum in voluntatem emptoris, clausulam de computandis fructibus in sortem adiectam, & quod reuenditio maiori pretio fieri deberet. Sed quare in d. c. illo vos maioritas pretij consideratur, & in d. cap. ad nostram attenditur sola modicitas? Antonius de Burgos in d. ca. ad nostram mouet difficultatem, & respondet in specie tex. in d. c. ad nostram considerari modicitatem pretij, quia in potestate venditoris fuit post certum tempus retroemere, at vero in d. c. illo vos attendi maioritatem pretij, quia retrouenditio posita erit in arbitrio emptoris. Sed hæc interpretatio friuola est, facileque confunditur. Quoniam in proposito pactum de retrouedendo non improbatur ob aliā causam, quam quod inuoluere videtur dolum, & fraudem ex parte emptoris, sed vbi emptor carius emit, quam res ipsa valet, nulla fraus, nullusque dolus præsumi potest. Cum potius ex quo carius emit, se ipsum decepisse videatur. Quare ad huius difficultatis veram explicationem nonnulli casus considerandi sunt. Primus est, quando venditio facta fuit modico pretio cum pacto de retrouedendo, & concurrentibus alijs coniecturis aptis ad causandam vsuræ præsumptionē contractus vsurarius dicitur, siue facultas redimēdi posita fuerit

in vo-

in voluntate venditoris, siue in voluntate emptoris, & hac ratione procedit *text. in d. c. ad nostrā*. Secundus casus est, quādo venditio facta esset pro maiori pretio, quā res valeret cū pacto de retrouendendo, siue pro eodem pretio, siue pro minori, & tūc nequit cōtractus usurarius censeri. Quoniam in hoc casu cessat omnis suspicio doli, & fraudis. Tertius casus est, quando venditio fit pro vno pretio, siue magno, siue modico, & adijcitur pactum de retrouendendo, seu resoluendo cōtractum pro maiori pretio: & tūc si alia cōiectura concurrat, vt puta, quia emptor erat solitus fornerari, vel quod fructus sunt imputandi in fortem principalem, cōtractus iudicatur usurarius, & in hac specie procedit *tex. in d. c. illo vos*, & hac est maioritas pretij quā in ea decretali cōsiderat egregius ille Pontifex Inno. III. Ex quo apparet carere vitio cōtractū illū, in quo adiecto pacto de retrouendendo conuenit vt reuenditio fiat maiori pretio. Rursus infertur licitam esse partionē in qua agitur, vt reuenditio debeat fieri maiori pretio fructibus cōputatis in fortem principalem.

Quartus, & postremus casus est, quando venditio fit pro vero, & iusto pretio cū pacto de retrouendendo simpliciter, nec expresso aliquo pretio retrouenditionis, quo casu censetur actū, vt tanti retrouendi debeat, quanti res valebit tēpore retrouenditionis, & sic pro pretio legitimo argumento *tex. in l. qui fundū ff. de cōtra empt. l. si sterilis §. si tibi ff. de actio. empt.* & hac forma cōtractus licita procul dubio est.

E P I T O M E

Capitis septimi.

Reponuntur variae rationes, quae oppugnant cōtractum cēsiticum, & referuntur auctores, qui negant esse iustum.

2 Alia proponuntur argumenta pro

iustitia census, & diuideratis pluribus auctoribus iustum esse cōtractū constituitur.

3 Diluuntur argumenta cōtraria.

4 Ostēditur in specie esse iustum, & licitū cēsū redimibile, & irredimibile.

5 Constituitur celebris cōtrouersia an possit emicere, ut sub hac conditione,

quod nisi redimatur intra decē annos, maneat irredimibilis, & propositis

varijs opinionibus resoluatur iniuste & usurarium esse, si agatur, vt maneat irredimibilis pro eadē pretio a

principio constituto, iustum vero si conuenierit, vt maneat irredimibilis pro

iusto pretio.

6 Longe intere st, an pactio sit iniusta, vel usuraria.

7 Valet pactum de retrouendendo, ita conceptum, vt non nisi post certum tēpus liceat redimere.

8 Pactum de retrouendendo ita cōceptum, vt non liceat nisi post certū tēpus redimere, & interim emptor fructus lucretur, & suram continet.

9 Referuntur contrariae opiniones de quaestione illa, an valeat pactio, quod in censu venditor obligetur ad non redimendum intra certum tēpus, & nullo elapso possit redimere.

10 In ea quaestione ostēditur sibi suis se cōtrarium couari.

11 Pactio, qua cōuenit, vt nō liceat redimere, nisi post certū terminū nulla, & haec recōpēsatione pretij, usuraria est.

12 Est autem licita pactio, vt quando tollitur facultas redimendi, fiat cōpensatio pretij proportionabiliter

13 Si restricta facultate redimendi ad certū tēpus, expresse quoque ageretur, vt emptor lucri faceret redditus interim

perceptos, in foro exteriori usura cōmitteretur, secus vero in foro cōscientie, nisi partes intenderent mutuum, & censum simularent.

14 Proponitur alia egregia quaestio, an valeat pactio, vt cēsus redimi debeat maiori pretio, & breuiter resoluatur non valere.

Dubi.

Liber Primus

15 Dubitatur, an valeat pactio, qua facultas redimendi confertur in voluntatem emptoris, referunturque duae opiniones contrariae, & resoluitur valere.

16 Collata redimendi facultate in emptoris arbitrium venditor libere potest redimere, & redditus interim percepti sunt imputandi in sortem principalem, & in emptorem locum habebunt p. en. c. in usurarios statuta.

17 Valeat pactio inter debitorem, & si leuissimam, ut debitor intra certum tempus teneatur censum redimere.

18 Ostenditur esse licitos census temporarios determinatos a temporalitate, etiam si cumulus personarum sortem excedat.

19 Latissime differitur de censu vitalicio, & ostenditur esse licitum.

C A P V T V I I.

An contractus census sit licitus.

MULTA quidem sunt, quae valide oppugnant contractus censitici iustitiam, eiusque securitatem videntur conturbare. Quae sparsa varijs in locis congeram in vnum, ne quidquam suscepto muneri defecisse appareat.

In primis contra facit, quia usurae definitio, eiusque formalitas videtur reperiri in contractu censitico; & eo maxime quod creditor singulis annis percipiens quinque; aut sex nomine census, spatio viginti, vel triginta annorum, vel minori, aut maiori tempore recipit ultra sortem, & capitale census, quod usura esse liquido collat ex his, quae copiose resolui quinto c. huius libri, & tract. Nec obstat si dicat aliquis repugnare substantiae, & formalitati usurae, quod in censu possit reperiri. Quoniae census longe differt a mutuo & non nisi in mutuo usura committitur. Nam in censu mutuū subesse, occultari, & delitescere, sic probatur. Etenim eo solū rejci, & excludi potest a contractu censitico ratio mutui, quia emptio, & ven-

ditio est quae vero formalia sunt in emptio, & vend. non conueniunt censui: sequitur ergo censum accedere magis ad mutuū, quā ad emptionem, & venditionem. Haec autē collectio iusta est, propositionem nemo disitebitur: assumptionem verā esse sic ostendo. Nam in emptione, & venditione duo necessaria sunt omnino pretiū. l. 2. ff. de contr. emp. l. empti fides C. eodē tit. §. pretiū, & §. Itē pretiū iust. de empt. & vend. & mens, seu res a pretio distincta l. 1. l. neq; emptio ff. de contrahen. emp. l. vlt. C. de praedijs decurio. li. 10. sed in censu tamen si pretiū interueniat, non tamē interuenit mens, seu res, quae possit vendi: etenim persona censum constituetis non venditur, ut per quā manifestū est: nec fundus, ut resolui supra c. 4. nec annua pensio, quia pecunia, ut pecunia venalis non est, cū ipsa sit mensura rerū omnium venalium d. l. 1. de contr. emp. l. 1. ff. de rerū permutatione, & docent Arist. li. 5. Ethic. c. 5. & li. 1. Politico. c. 6. Plinius li. 33. c. primo, Michael de Palacio de contractibus & restitutione li. 3. c. vltim. pag. 214. Ergo census non potest iustificari ex ratione emptionis, & venditionis, ac proinde dici debet ad mutuū accedere. Secundo facit, quia in contractu mutui debitor obligatur restituere idē genere l. 2. in principio, ff. si cert. petatur: quoniae in debitorem dominiū transit ac propterea rei peremptione, & interitu non liberatur l. incendiū C. si cert. petatur, lege in ratione, la 2. §. diligenter ff. ad l. Falciā. l. inter stipulantē §. sacrā ff. de verb. oblig. Sed in censu debitor non idē corpus, & indiuiduū, sed idē genere restituit, pecuniā scilicet, eiusque dominus sit, & de periculo, & interitu pecuniae acceptae proculdubio tenetur: ergo in censu mutuū interuenit, ac proinde cū ultra capitale creditor redditus percipiat singulis annis, usuram committi apparet dicendum.

Tertio facit, quod in hoc genere contractus locum habere videntur omnes rationes, quibus conuincitur usura illicitam

citam, improbat, & iuri diuino, & naturali aduersam esse. Et in primis, quia census facit rem naturalem superuacua re lux naturæ, & rem artificialem suæ arti, & rem, quæ suapte natura non generat, nec producit fructum, lucrū parere, & quod habet omnino eundem valorem, excrescere in valore per alterum. Quod naturæ aduersari palam est, & docet Aristot. 1. Polytic cap. 6. & 7. & 4. Ethycon. cap. 1. & 5. Plutarchus in libello, cui titulus est, quod nō oporteat fœnerari, Bald. in Rubr. C. de vsuris, Ioannes Andreas in regula peccatorum, de regulis iuris lib. 6. in mercatoria. li. Laurent. de Rodulphis in cap. consultit in principio, num. 14. & 15. de vsuris, Octavianus decisione, Pedemont. 131 num. 7. Ioannes Corral. lib. 3. Miscellaneorum numer. 8. & 9. Franciscus Ottomanus lib. 2. de vsuris cap. 1. & 2. Couarru. lib. 3. variar. cap. 1. num. 5. & plures, quorum reruli cathalogum supra cap. 5. num. 16.

Quarto loco facit, quod fere omnia damna, quæ ex vitio vsuræ pullulant, confluunt, & redundant, in Reip. ex contractu censitico erumpunt, & profisciscuntur. Nam quotidie experimur sic exhauriri amplissima patrimonia, homines debitis onerari, & quietem, pacemque Reip. multis litibus turbari, adeo vt censui quadrare possit iure optimo appellatio latronis legalis prædicentis, quod intendit rapere, vt luculenter de vsura scripsit Diuus Bernardus in lib. de cura rei familiaris, nomē morsus aspidis, teredinis, & ignis in infinitam comburentis, illique conueniet locus ille Lucani.

Vsura vorax, avidumque in tempore fœnus.

Hinc grauisissimi autores census improbarunt, esseque vsurarios contractus acriter contenderunt. E quorum numero sunt Henri. de Gandauo quodlibe. 8. q. 22. Gregor. Ariminensis, quem refert, & sequitur Salycet. in authent. ad hæc. C. de vsuris, Inno. Ioannes Andre.

Antoni. de Butrio, & Alex. de Neuo in cap. in ciuitate, de vsuris. Qui omnes resoluunt licitum esse emere census iam constitutum, sed de nouo non posse titulo emptionis, & venditionis constitui, sed donationis solius, esseque contractus periculosos, suspectos, odiosos, & exterminandos à Repub. multis Theologorum, & Canonistarum autoritatibus relatis, scribit Piçarro ad statutum de Guadalupe, glos. 1. & 2.

E contra vero seclusa omni humana cōstitutione, & ex natura rei licitā esse annuorum reddituum emptionem, & venditionē, multis rationibus elegantissimis facile demonstratur, & in primis sic ostenditur. Quoniam vnusquisque libere potest iusto pretio vendere merces suas, quas habet liberas, & vendibiles. l. 1. ff. de contrahen. emp. sed census habet rationē mercis, ergo libere potest cōstitui, & creari titulo emptionis, & venditionis: & quoniā propositio, & complexio recte procedunt, reliquum est huius argumentationis assumptionem probare. Quæ eo potissimū demonstratur esse vera, quod redditus annui cōputantur inter bona immobilia Clemen. exiuit. §. cumque annui redditus, de verb. signif. authē. de alien. aut permutan. reb. eccl. non solū perpetui, verum etiam redimibiles. l. Iuris peritos. ff. de excusatio. tuto. l. sufficit. ff. de condit. indebiti, Tiraq. de retract. lignagi. §. 1. glos. 14. n. 120. & §. 1. glos. 6. n. 8. & de retract. cōventiona. §. 2. glos. 1. n. 39. Molinæus in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 13. glos. 5. q. 10. Afnal. Ferro. incōsuetud. Burdegalen. tit. de feudis. §. 20. & Boerius cons. 3. n. 9. Rebuff. in l. monētium, pag. 361. ff. de verbo. signific. Nicolaus Bellonus verbo, annui redditus, Ioannes Fichardus verbo, annuos redditus, & ibi Baptist. Villalo. lib. 1. cōmuniū opinionū, Palac. Rub. in l. 70. Castillo in l. 74. Tauri, Marięo in l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ Compil. glos. 1. à nu. 18. late disputans, an retractus sanguinis habeat locū iure Regio in annuis redditibus

ditibus rebus, Couarru. lib. 3. variarum cap. 7. num. 2. versiculo 2. Gregor. Lopez in l. penult. titul. 8. glossa magna, part. 5. Gaspar Baeza de nó melioran. filiabus ratione dotis, cap. 4. na. 17. Didacus Perez in proœmio tit. 2. de las vsuras, lib. 8. ordinam. pag. mihi 19. colum. 120. Secúdo probatur, quia vsus fructus constitui pecunia potest. l. necessario. §. vltimo. ff. de periculo, & commo. rei venditæ, alijsque titulis constitui. l. 6. ff. de vsu fructu. §. constituitur, Inst. eodem titulo: ergo saltem in fructibus redditus annuus poterit emi, quod & in pecuniæ redditu locū habere cōstat, ex eo, quia in domibus, alijsque rebus, quæ non nisi pecuniarium redditum præstant, vsus fructus constituitur. l. usufructu legato. 7. ibi. *Rei soli, vt puta ædium vsu fructu legato, quicumque redditus est, ad usufructuarium pertinet, quæque obuersiones sunt ex ædificijs, ex arboribus, & cæteris, quæcunque ædium sunt,* leg. si cuius rei. 13. §. si tamen instituit, ibi: *sed si ædium vsus fructus legatus sit, Nerua filius, & luminaria immittere eum posse ait, sed & colores, & picturas, & marmora poterit, & sigilla, & si quid ad domus ornatum,* leg. omnium bonorum 29. leg. si is, qui binas ædes 30. leg. si quis vnas 32. ff. de vsu fructu, leg. 1. leg. post quod 3. ff. de vsu fructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, leg. eum ad quem 7. leg. cum antiquitas C. de usufructu.

Tertio probatur, quia si censiticus, contractus improbus esset, eo maxime quod vsuram videatur inuoluere. Sed hæc non potest in censu committi: ergo. Probo minorem, quia vsura nõ nisi in mutuo reperitur, vt ex communi omnium consensu resolui cap. 5. sed census longe differt à mutuo, & eo maxime, quod accedit ad rationem emptionis, & venditionis, vt dixi cap. quarto: ergo.

Quarto probatur, quoniam omnes conueniunt titulo donationis posse

creari censum in pecunia. Ergo poterit in pecunia constitui titulo emptionis, & venditionis: consequentia probari quidem videtur ex eo, quod nulla videatur posse reddi sufficiens differentia ratio.

Quinto, si Petrus in bonis suis censum pecuniarium instituat, & Titio in perpetuum illum gratis donet, Titius poterit eundem censum alteri pecunia vendere. Igitur Petrus poterat similiter illum censum ipsi Titio pecunia vendere. Collectionem autem istam negant autores, qui contendunt census nõ posse de nouo creari titulo emptionis, & venditionis, eo maxime, quod asserunt de ratione venditionis esse, quod mens, quæ venditur, præexistat ipsi venditioni, & cum census creatur, materia producit in ipso contractu, nec antea præexistebat, vt obseruat acute Domini Francisc. Sarmiento, lib. 4. selectarum interpretat. cap. 1. num. 14.

Ideoque licet donare quis possit ius annui redditus, & eo titulo illud constituere in bonis suis, non tamen vendere. Hæc tamen responsio rejicitur ex eo, quia receptum est in iure nostro res, quæ nondum sunt, emi, & vendi posse. Itcirco iactus retis emptionis, & venditionis vera materia est. l. si iactum retis. ff. de actionibus empti, cuius legis sententia procedit, si eo loco iaciatur, quo spes aliqua sit probabilis piscandi, secus autem, si non sit. Vt si iactum retis in puteo, vel in alio loco, in quo certo scimus pisces nullos esse, emam, vel in sicco; vt declarat Dominus Franciscus Sarmiento dict. cap. 1. num. 2. fructus quoque nascituri, & partus ancillæ cadunt in emptionem, & venditionem. l. neque emptio. ff. de contrahen. empione, & hæreditas incerta futura, argumento text. & ibi gloss. in l. ea vero 3. §. de illo. ff. pro socio. Sexto probatur ex text. in authentico vt hi, qui oblig. se habe. per hi. res mino. §. quoniam versiculo licebit iuncta gloss. bi, vbi constituitur licitum esse curatoribus

by redditus pecuniariis, & mere pecunijs minorum: idem probatur nouella Iustiniani 160 cuius meminere Franciscus Ottomanus lib. 2. de vsuris, cap. 4. Couarru. lib. 3. variarum cap. 7. num. 2. versiculo, quinto hæc pars.

Postremo facit, quia plurimi Pontifices Romani, ad quos spectat diiudicare, an contractus sit vsurarius, nec ne, decreuere emptionem, & venditionem annuorum reddituum licitam esse, & ab vsuræ labe, & contagione liberam, & alienam. Sic Martinus Quintus, & Calixtus Tertius Extrauaganti prima, & secunda de emptione, & venditione, Nicolaus Quintus, Pius Quintus, Gregorius Decimus tertius, suis constitutionibus de hac re latis, quarum meminimus supra cap. 1. resoluunt Hostiens. Petrus de Anchar. Cardin. Panor. Anania, & Berous in cap. in ciuitate de vsuris, Ancharra. in regula peccati venia. de regulis iuris lib. 6. q. incipienti, Antiquis, & modernis temporibus, Oldral. consil. 207. Romanus consil. 302. vers. tertio probatur vulgo, Cumanus consil. 181. Paulus Parisius consil. 75. num. 27. & 28. volum. 4. Ripa lib. 1. responsorum cap. 19. num. 6. dicens ita communiter tenere Canonistas Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. glos. 6. num. 15. D. Antoni. 2. part. tit. 1. cap. 8. versic. alius contractus, Angel. verbo vsura 1. versiculo 44. Richard. 2. quodli. q. 23. art. 3. Maior in 4. dist. 15. quaest. 42. Petrus Belluga in Speculo principum, Rubr. 41. §. le ges Regni. Rebuf. 2. tomo ad constit. Gallica tract. de constitutio. reddit. gloss. 1. Soto lib. 6. de iust. & iure q. uest. 5. art. 1. Ioannes de Medina, in C. de restitutione cap. de censibus, Mercado de contract. cap. de censibus, Francisc. Garfias. 2. par. cap. 2. & 3. Sarauia in instructione mercato. cap. 15. Maurus Antonius Verardu. in summa corona confessorum tit. de vsura, circa contractus censuales, Castillo, Palacios Rubios, & Antoni. Gomez in l. 68. Tauri, Grego. Lopez in l. penult. tit. 8. part. 5.

Couarru. lib. 3. variarum cap. 7. Octavianus decisione Pedemontana 95. num. 3. & 6. Matienço in l. 1. tit. 15. lib. 5. nouæ Compila. gloss. 1. Albornoz de arte contractuum lib. 3. tit. 2. Aluar. Valasc. de iure emphyteu. q. 32. Michael de Palacio in praxi Theologica lib. 4. cap. 6. Dominus Francisc. Sarmiento lib. 7. selectarum cap. 1. Nauar. in commentar. resolutorio de vsuris, notab. 22. Petrus Folle. in prag. de censibus. verbo instruga. pro consil. pretio. Antonius The-saurus decis. Pedemont. 154. num. 2. Andre. Gaill. pract. obserua. lib. 2. obserua. 7. num. 5. Iamque huius contractus securitas, & iustitia adeo certa est, vt temerarium sit de illa dubitare.

3 Superest nunc respondere ad argumenta in contrarium proposita. Prima ergo difficultas non obest, quoniam vsuræ formalitas non potest inueniri in contractu censitico. Nam cum census longe differat à mutuo, & ad emptionem, & venditionem accedat, nec nisi in mutuo vsura committatur, plane sit consequens censualem contractum non esse subiectum proprium vsurariæ prauitatis. Nec officit quod in censu non interueniat mers, quæ de emptionis, & venditionis substantia est, quia cum ex censu resultet, & oboriatur ius quoddam ad percipiendam pensionem annuam, id loco mercis est, idque pecunia emitur, & venditur. Quod vero temporis decursu sigillatim redditum exigendo creditor videatur longe ultra sortem, & capitale percipere, non turbat huius contractus securitatem, nec eius iustitiam lædit. Cernimus enim plurimos contractus licitos esse, in quibus ex particularibus commoditatibus ultra pretium datum percipitur. In emptione namque fertilis agri, & fecundi solet ex fructibus longe ultra pretium colligi, quod licere nullus disitebitur. Deinde emptio iumenti pro pretio currenti vitio caret, & scrupulo, quamuis ex locatione iumenti maiorem commoditatem percipiat emptor, quam fuerit pretium

pro illo solutur. Pretio quoque certo emi possunt licite, & secure redditus, & fructus certæ rei in perpetuum, tametsi æstimatio perceptionis eorum excedat pretium, Bartol. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de public. & vectigal. & in l. si vno. §. ultimo. ff. locati. Igitur cum in censu pretium non respondeat particularibus præstationibus, neque pro illis detur, sed pro iure percipiendi illas, non requiritur ad illius iustitiam, quod pretium commensuretur privatis solutionibus, nec illæ pretium excedant, sed sufficit quod proportionetur iuri, quod emitur, tametsi penses, quæ ex eo iure percipiuntur, longe superent pretium à principio datum.

Non obest, quod in censu emi pecunia videatur pecunia. Quoniam responderi potest, quod etsi proprius usus pecuniæ sit in hoc institutus, ut per eam reliquæ res æstimentur, non ut ea sit sui ipsius æstimatio: tamen nihil impedit ex improprio, & secundo usu pecuniam esse æstimationem sui ipsius, & cum alia pecunia commutari. Arist. lib. 1. Polytico. cap. 6. & 7. S. Thom. de regimine Principis, lib. 2. cap. 14. Caietanus de cambijs, cap. 9. Sylvest. verbo usura. r. q. 2. & 3. Soto lib. 6. de iustitia, & iure, q. 9. de cambio minuto, articul. unico. Conrad. q. 99. concl. 5. D. Antoninus. 3 p. tit. 1. cap. 7. Mercado de cambijs in principio, Palacios de contract. lib. 3. c. 2. Ideoque licet admitteremus in censu pecuniam dari pro pecunia, non inde colligi posset iniustum, illicitum, improbumque esse.

Secundo quoque loco responderi potest ad difficultatem, in censu nõ dari pecuniam pro pecunia, quia in eo nõ respondet pretium particularibus præstationibus, nec illæ emuntur, sed ius quodam, quod in ipsa contractus formatione creatur, & producitur.

Non obest secunda difficultas, nam etsi in eo videantur convenire census, & mutuum, quod debitor acceptæ pecuniæ fiat dominus, & de illius interi-

tu, & perem, non teneatur tamē differunt inter se substantialiter, eo maxime, quod in mutuo debitor obligatur cum effectu ad idem genus, siue ad tantundem in eodem genere restituendum: in censu vero debitor nullo modo obligatur ad reddendum pretium, quod accepit, nec in corpore, nec in genere, sed pretium, & fors ipsa ab alienatur in perpetuum, absque vlla prorsus spe repetendi, ut dixi cap. 4. huius libri, num. 14. Deinde non officit tentia difficultas. Quoniam falsum est habere locum in contractu censuali rationes, ex quibus usura condemnatur. In eo enim pecunia non parit pecuniam, sed pecunia parit ius quoddam, ratione cuius pensiones annuæ percipiuntur. Id autem ius pecunia creari, & constitui posse natura non vetat, neque vlla lex prohibet, ut superius accurate comprobatum est.

Postrema denique ratio non obstat. Quia respondet Medina in C. de restitutione cap. de censibus, quo ad eorum emptionem ad quintum, verum esse pullulare occasionem depauperandi homines ex frequentia horum contractuum, non tamen inde sequi censum esse contractum improbum, & usurarium. Quod ut demonstret, constituit instantiam, quod si personæ indigentes ad miseriam subleuandam sua bona distraherent, utique venditio iusta esset, & tamē eo modo sentiunt maiorem iacturam, quam redditum annuum certo pretio in suis bonis constituendo. Itaque ea ratio potius suadet Principes, & Prælatos, in re hac certum debere ponere modum, quam prober contractus censuales illicitos, iniustos, aut usurarios esse. Simile quoque exemplum reperitur in emptionis, & venditionis contractu. In quo passim vnus alterum decipit aduersum legem diuinam, & naturalem; cuius meminit Paulus prima ad Thessalonicenses cap. 4. ibi: *Ne quis supergrediatur, neque circūueniat in negotio fratrem suum, quoniã de his omnibus vindex*

Vindex est Dominus. Quibus verbis improbari à Paulo Apostolo vtrâque deceptione, & re ipsa, & ex proposito, testatur ibi Diuus Anselmus, Andreas ab Exea in capite primo numero 311. de constitutionibus, Alfons. à Castro eximium decus ordinis Franciscani libro secundo de potestate legis pœnalis capite 10. folio mihi 188. & licet in eo cōtractu mille fallaciæ, & dolus multiplex quotidie committantur, non tamen ex eo contractus ipse iniustus est censendus ob absolute.

Et hæc de cōtractu census in genere. Nunc vero de qualibet specie differendum est. Perpetuum autem censum, & irredimibilem iustiore, & securiore esse docent auctores omnes superius relati, dummodo grauamen iusto pretio compensetur. Idque locū obtinere etiã stante motu proprio Pij V. de forma creandi census accurate probat doctissimus Molina libro secundo de iust. & iure disput. 331. colum. 914. Redimibilem quoque censum iustum, & licitum esse constat ex duabus illis Extrauagantibus Martini Quinti, & Calixti III. alijsque supra relatis, resolunt late Cōradus quæst. 83. Ioannes Maior in quarto d. 15. quæst. 43. Medina, Soto, Nauar. Palacio. Albornoz, Franciscus Garfias, Sarabia, & plures alij, quorum cathalogum retuli superius, & Couarruu. libr. tertio variarum capite octauo numero quinto scribens ita admissam esse fere in toto orbe Christiano, vt iam non liceat rem hæc in dubium reuocare, Gregor. Lopez in l. penultima titulo octauo part. 5. gloss. à censo, Didacus Perez in proœmio titu. 2. de las vsuras, lib. 8. ordinamenti pagina. 29. columna secunda. Occurrunt autem quæstiones aliquot egregiæ, & scitu dignæ circa iustitiam census redimibilis, quarum explicatio licet alibi posset tractari opportunè, tamen huic loco visa est conuenientissima, ideoque nolui in longius tēpus protrahere.

Vna est, an possit emi cēsus sub hac

condicione, quod nisi redimatur intra decē annos, maneat irredimibilis. Quæ in re duas inuenio grauissimorum auctorum opiniones discrepantes. Aientem enim partem sustinent duo illiviri eximij, Ioannes de Medina in C. de restitutione cap. de censu redimibili, & Dominicus de Soto, libro sexto de iustitia, & iure quæst. quinta articulo tertio conclusionē tertia Quorum sententia duobus consistit fundamentis. Primum est, quod licite quis emere potest censum irredimibilem: ergo & redimibile sub condicione proposita superius. Secundum, nam quo minor est in venditore redimendi libertas, maior est in cōtractu censitico ratio emptionis & venditionis, ac proinde minor vsuræ suspicio.

Negantem vero partem magis prouat Couarruu. libr. 3. resolutionum cap. 8. num. 6. & 7. & libr. 1. cap. 9. nu. 9. post Carolum Molinæum à se relatū de cōtractibus num. 352. existimat enim Couarruu. eam pactionem, licet ab vsuræ crimine sit immunis, & libera, illicitā, & iniustam esse, eaque nō obstāte post termini lapsū licere vēditori redimere censum. Moueturq; primum ex duabus extrauagantibus, Martini Quinti, & Calixti Tertij, de emptione, & venditione, quibus ita demum census videtur approbari, si libera facultas redimēdi manserit venditori, nec per aliquam pactionem restringatur. Quod expressius constituisse videtur Pius Quintus proprio motu de forma creandi census ibi, *Non obstantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint,* Quo in loco Nauar. rus num. 122. idem tenet adijciens, pactionem vsurariam esse, videturq; idē disposuisse Nicolaus Quintus in extrauaganti relata supra capite 1. idem tenet Albornoz, libr. 5. tit. 2. vers. *La tercera doctrina,* & Matienço in l. 1. titulo de los censos libro 5. nouæ Compilationis gloss. 1. num. 6. 7.

Secun-

Libeꝛ Pꝛimuꝛ

Secundo mouetur Couarruu. quia emptio annui redditus odiosa est ideo que admitti nõ debet pactio, quæ quidpiam illicitum redolere videatur. Ipse quidem inter vtramque sententiam eligo median viam. Nam si actum fuerit expresse, vt pro eodem pretio à principio constituto maneat irredemibilis, arbitror iniustam, illicitamque pactionem esse, nec carere labe vsuræ. Quoniã pactiones, earumque quantitas, non respõdet iusto pretio cõsus irredemibilis, imo maiores sunt, & cū creditor percipiat vltra quã dedit, vel debuisset dare, vsuram incurrit. Si vero actũ sit, vt maneat cõsus irredemibilis pro iusto pretio respondententi censui perpetuo, & irredemibili, censeo pactionem esse iustam & licitam, quod etiam docuit Contra. de cõtracti. quæstio. 83. Ioannes Gerson de contractibus, quem refert, & sequitur Doctor Sarabia in instructione mercatorum ca. 15. fol. 35. pag. 2. Maurus Antonius Berarducius in summa coronæ confessorum tit. de vsura circa contractus censuales pag. mihi. 296. arbitrorque hanc fuisse mentem Ioannis de Medina, & Domin. de Soto, prout colligi videtur ex eorum scriptis. Neque obstant extrauagantes Martini Quinti, Calixti Tertij, & Nicolai Quinti: nam et si Pontifices isti dixerint licere venditori annuos redditus quandoque redimere, non tamen exinde negant pactionem, de qua differimus, admitti posse, neque illam improbant. Minusque obest extrauagans Pij Quinti, quæ difficiliore hanc rem videbatur efficere: nã præterquam, quod moribus Hispanis recepta non est, responderi potest Piũ Quintum solum voluisse improbare cõditionem illam, vt post tempus non liceat redimere, manente eodem pretio, nec facta aliqua compensatione, vt explicuit frater Ioannes de Orellana lumen splendidissimum instituti Domini cani, dum prælegeret breuem tractatũ de censibus quindecim folijs contentum, sed ingenio, & vtilitate plenum.

Denique non officit, quod annuorũ reddituum emptio, & venditio sit odiosa. Quoniam pactione commissa in pignoribus odiosa est, improba, & illicita l. 2. & vlt. C. de pactionibus pignorum, cap. significante de pignoribus l. 41. titulo 5. & l. 12. tit. 13. part. 5. & tamen admittitur, si inter creditorem, & debitorem conueniat, vt res sit emptã iusto pretio. h. si fundus §. vltimo ff. de pigno. docent Inno. la. & Panorani. in d. ca. significante, Bart. in l. quamuis ff. de solutio. Nogusano de pigno. 4. part. num. 6. Tiraqueldib. 2. de retractu in fine, Couar. esse comunẽ professus lib. 3. variarum cap. 2. num. 8. versiculo secundo, vbi allegat in hanc partem d. legem Regiam 41. tit. 5. & legem 12. tit. 13. part. 5. Pinelus in Rubrica C. de rescind. venditione 2. parte. capite primo numero. 26. Caldas Pereira in l. si curatorem habens C. de in integrum restitutione minorum in verbo sua facilitate numero 95. Nicolaus Valla de rebus dubijs tracta. 11.

Ex quo apparet cessare scrupulum illũ, qui multos solet torquere, an adiecta pactione ista, redditus imputandi sint in sortem principalem, an vero lucratur illos emptor annui redditus, & an sic paciscens plectendus sit poenis aduersus vsurarios statutis. Nam cum agitur, vt census post certum tempus maneat irredemibilis pro iusto pretio, emptor lucri facit redditus omnes, nec puniri potest: quoniam adiectio iusta est. Imputaret autem creditor redditus in sortem, veniretque puniendus, si à principio conuenisset, vt census maneret irredemibilis pro antiquo pretio. Quia non modo illicita, sed vsuraria conuentio est, vt supra dixi. Qua in re dissentio à Didaco de Couarruu. asseuerante non esse vsurariam.

Est autem egregium discrimen inter pactionem illicitam, vel vsurariam adiectam censui, vt obseruat accurate Couar. d. cap. 8. num. 7. & libro 1. capit. 9. numer. 9. Nam vbi pactione illicita est, vitatur, & non vitatur: vbi vero vsuraria vitatur;

vitiat. Ideoque ubi pactio usuraria est, additur imputatio sunt in sortem principalē, quia ubi lucrum usurarium est, in sortem computatur, docet Imbertus Rupella. forensi. obseruatio. li. 1. tit. 34. & quamuis Couarruu. affirmauerit suā opinionem seruata fuisse in Granatē si pretorio, contrariam non censeo respuendam, cum rationibus firmissimis, & autoritate grauissimorum virorum fulciatur.

Secunda est an valeat pactio, quod venditor obligetur ad non redimendū cēsum intra decem annos, vel aliquod aliud tempus, & illi transactis possit redimere. Pro cuius cognitione animaduerto fuisse controuersum, an pactum de retrouendendo ita conceptum, vt non nisi post certum terminum liceat redimere, labem usuræ cōtineat. Et Héric. in capit. in ciuitate de usuris ad fin. Bald. consilio 487. vol. primo, & consilio 114. vol. tertio. Guido Papa in tract. de contra. illicitis num. 26. & sing. 477. & quæst. 517. Imola consilio 25. Laurent. de Rodulphis in cap. consuluit de usuris 2. part. quæst. 61. Alexand. conf. 34. 6. volumine, Soci consil. 24. volum. primo, lafre. consil. 52. numero 31. docent pactum ea forma conceptum inducere non leuem usuræ præsumptionem, & illicitum esse, maxime ubi concurrat modicitas pretij annotata per Menochi. conf. 445. numero 16. volumine quinto.

Quia eo modo emptor videtur reddi certus de lucro ultra sortem. Sed cōtrarium magis probarunt Ioannes Faber. in l. vlt. C. de pactis pign. vbi gloss. Petrus, & Gynus Collecta. in cap. significante de pign. Ange. & Alexand. in l. qui Romæ ff. de verbo. obliga. & conf. 46. libro tertio & consil. 106. volumin. 4. Corn. conf. 356. colum. penultim. lib. 1. Capola de simulatione contractuum tract. 1. præsump. 10. Firaquel. de retractu conuentio. §. 1. gloss. 2. numero. 67. Couarruu. libro tertio varrafam capit. 8. num. 8. Berous in cap. ad nostram nu

mero. 34. de emptio. & vendit. Ioannes Ce Mediba de restitutione cap. de censu temporali determinata temporalitate colun. secunda, Antonius Gomez. 2. tomo capite tertio, Didac. Perez, & Caldas Pereira, quos retuli capite præcedenti ad finem.

8 Secundo animaduerto lege Regia 2. tit. 2. lib. 8. ordinamenti & 1. 4. tit. 6. libro 8. nouæ Comp. eam pactiōnem usurariam censeri ex eo solum, quod simul actū fuerit, vt emptor interim fructus lucretur, prout explicui cap. præcedenti.

9 Quibus ita constitutis de quæstione ista existunt quoque, duæ pugnantes opinioniones. Etenim Couarruu. d. libro tertio variarum capite octauo numero octauo post Carolum Molinæum de contract. quæst. 50. in eam partem abiit, vt tradiderit pactiōnem esse vitiosam, & contractum nullum ea ratione, quia ex Romanorum Pontificum extrauagantibus censet, nec tolli, nec restringi posse liberam facultatem redimendi, quæ statim ab initio contractus incipit competere venditori. Quam etiam opinionem magis probat Guido Papa decisione. 516. & in tract. de contract. illicit. §. pone circa hæc, Petrus Follerius in pragmat. de censibus verbo. instrui. gratie pro cons. pretio nu. 9. & Albornoz d. versic. *La tercera doctrina*, & sentire videtur Castillo in l. 68. Tauri ad finem, Frācisci Carl. de contract. 2. part. capi. quarto, Andre. Gaill. pract. obserua. lib. 2. obserua. 7. num. 14.

Sed Contra. de contracti. quæst. 83. cōclusionē 8. Ioannes de Medina d. capit. de censu redimibili col. penultim. cōtendunt eam pactiōnem liberam esse ab omni vitio, modo restrictio illa facultatis redimendi arbitrio boni viri iusto pretio compensetur. Idem tenet Domini. de Soto d. li. 6. de iustitia, & iureq. 5. art. 3. vers. tertia cōclusio. Maur. Antonius Berarductus, Ioannes Gerson, & Sarabia in locis, quorum meminiproxima quæst. & generaliter probat late insistens

Libeꝛ Pꝛimu

ſiſtens Nicolaus Euerardus conf. 130. a num. 29. Idque probatur primo. Nam licet a principio adijcere pactionem contractui, vt nunquam redimi poſſit, ergo licebit conuenire, vt non poſſit redimi intra certum tempus. Probatur conſequentia, nam in caſu poſteriori liberior manet venditori facultas redimendi. Cuius argumentationis perſentio tantam vim eſſe, vt illi nequeat ſatisfieri.

Secundo probatur, quoniam grauamen illud, quod emptor ſibi imponit iterum vendendi, cum alteri placuerit, pecunia æſtimabile eſt, & ideo minoris emit, quam ſi emeret in perpetuum, quod autem venditorem obliget, vt ante tale tempus redimere non poſſit, nihil aliud mali habet, quam quod emptori fit leuius grauamen, atque adeo plurius æſtimandus eſt tunc ceſus, quam ſi integra libertas venditori relinqueretur, ergo ſi ob hanc rem pretium proportionabiliter augeatur, nulla eſt uſura, neque iniuſtitia.

²⁰ In hac dubitatione animaduerto primum Didacum de Couarruias ſecum pugnantem. Etenim in ſuperiori quaſtione profeſſu eſt pactum eſſe iniuſtum, & illicitum, ſed non uſurarium, valereque contractum, nec vitari, ſed pactum reiſci: in hac vero altera quaſtione docet pactum uſurarium eſſe, nullumque efficere contractum, ſed inter vtramque ſpeciem nulla ſingi, aut excogitari poſſe differentia ratio conueniens. Quoniam vtroque caſu æque reſtringitur libera facultas redimendi, imo in priori caſu magis reſtringitur, quia poſt tempus omnino tollitur libertas redemptionis, in poſteriori vero ſolum coarctatur uſque ad certum terminum manente poſt illum libera facultate redimendi in perpetuum.

¹¹ Secundo conſtituo pactionem, qua conuenit, vt non liceat redimere niſi poſt certum terminum nulla facta reſcompensatione pretij, eſſe uſurariam, vt etiam tenet Guido Papa dict. quaſtione

ne 566. & dict. 5. pone circa hoc Bald. conſilio 487. libro. & conſilio 114. libro tertio, Imola conſilio 25. Bernardi. in tract. de cōtrac. & uſur. ſer. 39 art. 2. cap. 1. Henric. in cap. in ciuitate ad finem de uſuris Alexander, conſilio 54. libro ſexto.

Licet Domini. de Soto dict. quaſti. 5 artic. 3. verſiculo probatur ergo cenſuerit non uſurariam, ſed iniuſtam eſſe.

Quia in ea ſpecie creditor percipit merum lucrum ultra capitale. Deinde quoniam odium contractus ipſius, pactione velut contraria nature illius, iniuſtitia pretij latere, & occultari uſura vitium non obſcure inſinuant. Vnde iure optimo reiſcienda eſt ſententia Nicolai Euerardi d. conf. 130. latiffime fundatis id pactum eſſe licitum, & omni vitio carens: fallitur enim doctiſſimus ille vir, dum exiſtimat, & leuiſſimis argumentis perſuadere nititur, pactionem iſtam non eſſe directe contra ſubſtantiam contractus cenſitici, ſed ſolum aduerſus accidens illius: quippe certo certius ſit directo reſiſtere, & aduerſari ſubſtantia illius, vt ſupra commoſtratum eſt.

¹² Tertio ſtatuo licitam eſſe conuentionem, ſi expreſſe actum fuerit, vt quantumdiu tollitur facultas redimendi, fiat compensatione pretij proportionabiliter. Nam ſi omnino tolli poſſet libertas redemptionis dato pretio reſpondenti æqualiter huic oneri, & grauamini, quare eodem modo non poterit libertas redemptionis tolli pro certo tempore ratione quidem, quare non poſſit, ego non video.

¹³ Quarto loco aduerto, quod ſi reſtricta per pactum facultate redimendi uſque ad certum tempus, expreſſe quoque ageretur, vt emptor lucri faceret redditus interim perceptos, in foro exteriori, contractus nomine uſurarum cenſeretur propter legem Regiam primam titulo ſecundo libro octauo ordin. & l. 4. tit. 6. li. 8. nouæ Compil. in foro veto poenitentiali non ita. Quonia leges Regiæ præſumptione nituntur: leges

ges autem fundatæ in p. æsumptione non obligant in conscientia. c. veritate 8. d. c. tua nos. c. decimo quinto qui fidem de sponsali. & docent Anto. Ancharra. Panormitan. Feli. Decius, Berous, Andreas ab Exea, & Marcus Mantua. in c. 1. de constitutio. Anto. & Panormi. in c. quia plerique de immunitate Ecclesiarum, Adrian. quotlibet. 6. art. 1. Medina de restitutione. q. 23. Couarru. in cap. cum esses de testam. nu. 5. Soto lib. 4. de iustitia, & iure q. 5. artic. 3. Martinus Ledesma, in secundam quarti q. 18. artic. 1. dubio 12. Mantua. in cap. 1. num. 43. de in integrum restitutione, Iass. in l. 2. C. de fidei commiss. & in l. si post diuisionem. C. de iuris, & facti ignorantia. Quod locum obtinebit, vbi creditor vere intendit emere censum. Nam si mutuum re vera contrahebatur, & partes censiticum contractum simularunt, idem erit in iudicio animæ. Quoniam redditus interim percipiendi ultra sortem capiuntur.

Tertia est, an iusta sit conditio, vt census debeat redimi maiori pretio, & Ioannes de Medina declinat in partem affirmatiuam, contrarium magis probant Conrad. q. 84. Couarru. post Carolum Molinæum, lib. 3. variar. cap. 9. num. 4. versicul. sic etiam. Et hæc posterior sententia vera est, & probatur expresse in extrauagati prima de emptione, & venditione, ibi, *Pro eadem summa*, & colligi potest ex Proprio Motu Pij Quinti, de formâ creandi census, ibi: *Sed etiã posse pro eodem pretio extinguï, &c.*

Quarta est an valeat pactio, qua redimendi censum facultas confertur in liberam voluntatem emptoris. De qua extat quoque duæ opiniones extreme, vna doctissimi Ioannis de Medina d. c. de censu redimibili existimantis eam conditionem licitã esse. Altera Conradi, dict. q. 84. sentientis pactioem iniustã, & illicitam esse. Conradum sequuntur Carolus Molinæus de contracti. q. 55. & 58. Quem refert idem secutus Couarru. d. c. 9. num. 4. Dominic. de Soto,

lib. 6. de iustit. & iure. q. 5. art. 3. concl. 1. Michael de Palacio in praxi Theologica de contracti. & restitutione, lib. 4. c. 6. Sarauia in instructio, mercatorum c. 15. Nauarrus in commentario resolutorio de vsuris, notab. 22. n. 72. quod etiam probat frater Ludouic. Lopez, in instructo, negotian. lib. 1. cap. 57. versicul. verum nec defuit: ratio potissima huius opinionis est. Quia census eo distinguitur à mutuo, quod in mutuo creditor libere potest à debitore sorte exigere, in censu vero non ita. Quoniã in eo fors abalienatur in perpetuũ, absque vlla spe repetendi. Ideoque ea pactio cum natura census pugnaret aperitissime, & censum transfunderet in mutuum. Sed conciliari possunt ambæ opiniones fœdere distinctionis, quod aut census est mere realis impositus super aliqua re certa, aut personalis adiecta bonorum hypotheca generali. Si personalis est, redimendi facultas relinqui non potest, nec cõferri in arbitrium, & voluntatem emptoris, & contraria cõuentio vsuram contineret. Nam in ea forma contractus latet mutuum. Quod eo maxime dignoscitur, quoniam sepe numero resolui contractus mutui eam esse naturam vt fors maneat integra, repetique possit à creditore, cum voluerit: sin autem realis est dũtaxat manente obligata re certa, conuentio tribuens emptori libertatẽ redimendi, caret omni vitio, si grauamen hoc iusto pretio compensetur. In hac enim specie nulla est ratio mutui, quæ aliàs suspectam efficiebat pactioem, & contractum illicitum. Nam in mutuo debitoris persona manet obligata ad reddendam sortem, ex eoq; datur personalis actio certi condictio. l. 1. ff. de actio. & obligat. glos. optima in rubric. ff. de rebus creditis si cert. petatur. In proposito vero non manet obligata persona: ideoque cum repugnet mutuum posse interuenire, cessabit vsura, quæ non nisi in mutuo reperiri potest.

Verum cum altius ista perpenderẽ,
& 12

& rationes librarem accurate, depre-
 headi sententiam Ioannis de Medina,
 & nostram distinctionem nulla posse
 ratione defendi. Nā. etsi existimem cen-
 sum in sola persona constitutum, ex na-
 tura rei vitium non habere, vt suo loco
 differam inferius: tamē cenleo vix pos-
 se cēsum reperiri absque eo, quod per-
 sona aliqua obligetur.

Deinde quoniam substantiale, & in-
 trinsecum est contractui censuali, vt re-
 dimendi facultas emptoris arbitrio nō
 relinquatur, eo que substantifice, & es-
 sentialiter distinguitur à mutuo: sed pa-
 ctio adiecta contra substantiam contra-
 ctus inutilis est. l. cum precario 12. ff. de
 precario, & dixi in præfatione huius
 operis, num. 24. ergo nullius est mo-
 menti conuentio, qua redemptionis fa-
 cultas in liberam confertur emptoris
 voluntatem, siue res sola, siue persona
 obligetur. Nec repugnat quod dixe-
 rim valere pactiōē, qua restringitur,
 vel tollitur in totum redimendi facul-
 tas compensato grauamine iusto pretio,
 quoniā magis aduersatur essentię con-
 tractus censitici pactio, qua emptori tri-
 buitur libera facultas redimendi, quam
 conuētio, qua illa restringitur, vel tol-
 litur. Ex quo infero collata facultate re-
 dimendi in emptoris arbitrium, vendi-
 tori licere quoadcūque redimere.
 Et quod magis est redditus interim per-
 cepti erunt in sortem computandi.

¹⁶ Quoniam cū causa legitima non sub-
 sit, ex qua creditor percipere valeat, te-
 nebitur restituere, vel imputare, saltem
 ex generali æquitate, tex. in. l. si & me,
 & Titium 32. ff. si cert. petatur, vbi an-
 tiqui, & moderni omnes annotarunt,
 quod si res mea ad aliquem peruenit,
 nec est causa, quare apud eum debeat
 remanere, certi cōdictione, vel sine cau-
 sa condici potest. An vero adiciens pa-
 ctionē ista n incurrat pœnas à iure Ca-
 nonico ciuili, & Regio statutas in vsu-
 rarios, reputo difficile. Sed magis est,
 vt si persona venditoris ad præstatio-
 nes annuas māsērit obligata, puniri de-

beat emptor pœnis sancitis aduersus
 vsurarios. Quoniam hic mutuum adest
 census nomine, figura, & apparetur ob-
 reatum: & vsuram commissam in mu-
 tuo præsumpto, & palliato pœnis ordi-
 narijs affici ex pluribus resolui supra ca-
 pit. 5. de vsura, num. 5.

¹⁷ Sexta quæstio est, an valeat pactum
 inter debitorem, & fideiussorem, aut
 alium tertium, vt debitor intra certum
 tempus teneatur redimere censum, &
 quod valeat, videtur probari ex eo,
 quia de iure valet pactum inter debito-
 rem, & fideiussorem, quod debitor te-
 neatur eum eximere ab obligatione. l.
 Lucius. ff. mādati. l. si pro ea. C. eodem
 titul. cap. vltimo, & ibi glossa de fide-
 iussoribus. l. 14. titul. 12. part. 5. quæ re-
 gula non videtur limitata hoc casu, nec
 videtur iusta causa limitandi. Rursus
 hæc conuentio vsitatur, & iusta reputa-
 tur communiter etiam inter bonos, &
 graues, ergo censenda est licita, argu-
 mento tex. in. l. si quis fugitiuus. §. apud
 Labeonem. ff. de ædilitio edicto. capit.
 nisi essent de præbendis, Bald. in. l. 1. co-
 lum. 7. C. de his, quæ pœnæ nomine, Ce-
 pola in tractat. de simulatione contra.
 in princip. col. 3. Tiraquel. de retract.
 conuentionali in fine, num. 127. & 130.
 In contrarium facit, quod ea pactio cō-
 tra huius cōtractus substantiam esse vi-
 deatur. Quæ in eo posita est, vt debitor
 possit, sed non teneatur, nisi cum volue-
 rit, redimere. Sed nihilominus puto va-
 lere pactum, dummodo nulla fraus in-
 terueniat, nec fideiussor sit socius bo-
 norum creditoris, nec cū eo colludat,
 nec tempore contractus, nec tempore
 pacti, nec tempore executionis pacti.
 Neque obstat, quod de necessitate hu-
 ius contractus sit, quod debitor non te-
 neatur redimere, quia hoc est verū res-
 pectu creditoris, vel habētium causam
 ab eo, secus respectu fideiussoris, qui se
 indemnem conseruare potest.

¹⁸ Dixi censum perpetuum iustum es-
 se: sed dubium est, an licitum sit annuos
 redditus emere ad certum, & diffinitū
 tempus;

tempus: videlicet utrum liceat dare quatuordecim, ut ad annos quindecim unum solvatur singulo quoque anno. Et pro parte negante in primis facit, quia conditio necessaria iustificandis censibus est, quod debitori, quandiu voluerit, sit liberum censum extinguere, ut a Martino V. Calixto III. Nicolao V. & Pio V. suis extrauagantibus constitutum est: sed in hac forma contractus debitori non est liberum redimere, quippe sortem annuatim usque ad tempus prefixum soluere precesse teneatur. Ergo iniustus, & improbus contractus est.

Secundo census essentialiter & substantiue eo differt a mutuo, quod in eo fors abalienatur in perpetuum absque vlla spe repetendi. Sed in hoc contractu non abalienatur fors, quoniam licet diuisum, & per partes, debitor sortem cogitur reddere: ergo conuentio hæc cum ad mutuum accedat, & ex illa certum lucrum percipiatur ultra sortem, libera, & immunis non est ab usurae labe.

Tertio nam etsi debitor quoad formam verborum non promittat sortem, sed redditum temporalem diuisum per soluendum, tamen re vera manet obstrictus ad sortem ipsam reddendam particulatim, & in materia suspecta magis effectus, quam verborum forma & conceptio inspicitur. arg. tex. in l. 1. & 2. C. plus valere quod agitur & in c. ad nostram de empt. & vend. & cap. illo vos de pignoribus: igitur ut suspectus de usuraria prauitate hic contractus improbari debet.

Quarto in contractu census licito & iusto liberum est debitori perfrui per creditorem tota sorte, quandiu census durat: sed in hac specie creditor aufert singulo quoque anno partem sortis, donec tota persolvatur: ergo licitus contractus non est. Pro parte vero aiente facit principio, quod licitum sit emere usufructum fundi, vel redditus iam constituti ad tempus. l. 4. & 5. ff. de usufruct. l. & puto §. 2. ff. famil. Eriscu. gloss. &

omnes in l. seruantes la. 2. ff. de seru. tu. Ergo licitum etiam erit emere redditum pecuniarium, vel fructuarium ad certum tempus. Quæ consecutio videtur esse legitima, & eo magis, quod autores omnes tam Theologi, quam Pontificij ab usufructus ratione collegerint contractum censualem esse iustum ex natura rei, ut demonstraui superius.

Secundo probatur, quia sicut validi sunt hi duo contractus, videlicet venditio fundi, & eiusdem per venditorem ab emptore conductio: arg. tex. in l. sicut emptio 20. in fine, & in l. sequenti. ff. locati & conducti: ita valent hi duo contractus simul facti, videlicet venditio usufructus absolute, vel ad certum tempus, & eiusdem usufructus per venditorem ab emptore conductio. Sed hi duo contractus simul iuncti omnino, & per omnia æquipollent venditioni redditus temporalis usque ad certum tempus: igitur si prior duplex contractus iustus est: necesse est hunc simplicem esse iustum.

Tertio quanto minus debitor grauatur, tanto iustior est censiticus contractus: sed constituto annuo redditu ad certum, & determinatum tempus, minus grauatur debitor, quia minore pendit usuram, & per aliquot præstationes liberatur in totum: ergo census ac certum tempus creatus iustior est.

Quarto, quia hæc forma census est utilis & necessaria vsibus, & commoditatibus hominum, tum, quia commodè redditus exolui potest, & sine bonorum distractione particulatim redimitum, quia leuiori usura, quam si in perpetuum constitutus esset. Et præterea, quia redditus tempore suo per se, velut naturali morte finietur, citra sollicitudinem comparcendi pecuniam ad cumulum sortis simul conficiendum, & restituendum. Quod propter lubricam fluxibilitatem pecuniæ vix unquam accideret, ut redimeretur: igitur improbori non debent temporales redditus certi, cum sæpe

H pe

Liber Primus

pe contingat eos utiliores esse indigentibus, & leuiores redditibus redimibilibus.

Quinto redditus ex emphyteusi, locatione, legato, donatione, aut alio quouis contractu competens ad certum tempus iuste emi & vendi potest, argumento text. in l. si hæres. §. item si reip. ff. ad legem Falcidiam, ergo, & de nono emi & vendi poterit redditus certus temporalis.

Ideo autores grauissimi hunc contractum, nec iniustum, nec usurarium esse docent, quauis consulant abstinendum esse ab illo, imo a rep. Christiana exterminandum. Et ita docent Conradus de contractibus, q. 80. Diuus Antonius 2. par. tit. 1. cap. 8. §. 10. & 11. Roma. cõsil. 303. num. 2. Carolus Molinæus de contractibus q. 62. 67. & 68. & 71. Quæ refert, & sequitur Couarruu. lib. 3. variarum capite 7. numero 4. Ioã. de Medina capite de censu temporali determinata temporalitate, Domini. de Soto, lib. 6. de iustitia, & iure quæst. 5. artic. 2. Nauarr. in commentario resolutorio de usuris numero 98. glos. 18. Benedict. Bonius articulo. 14. Michael de Palacio in praxi Theologica de contractibus, & restitutione lib. 6. capi. 7. pag. 313. Maurus Antonius Berarduc. in summa corona confessorum titulo de usura circa contractus censuales pag. 279. & 280. tamen si Francisc. Sarmiento libr. 7. capite 1. num. 31. improbum esse conrendar.

Neque obstant argumenta in contrarium adducta, nõ primum, quia resp. in redditibus istis ad certum tempus constitutis non esse necesse, quod debitor possit extinguere censum. Nec ex inde arguitur iniustitia contractus, nam census irredimibilis iustus est: & tamen non est in manu debitoris censum extinguere. Id enim in solo censu redimibili locum habet, nec in eo semper, quippe dixerim superius facultatem redimendi competentem debitori in censu redimibili. & restringi, & tolli in totum

posse, dummodo grauamen iusto pretio compenseretur. Et non potest, quod imo debitor in his temporalibus redditibus faciliori conditione, ut potest particulatim redimere potest: & sic eadem temporali, & moderata pensione ab utroque videlicet, & a sorte, & ab usuris liberari.

Secundum non obstat, quia in censu temporario fors quoque abalienatur, eaque debitor libere potest uti, & nunquam speratur simul reddi, neque causatiue prout est in censu redimibili, sed pensiones cedunt simul in sortem, & usuras. Qua ratione facili negotio satisfit quarto argumento. Nam ex quo nunquam speratur fors reddi, debitor longe facilius defungitur illa, & ære alieno liberatur.

Tertium argumentum non obstat, quoniam responderetur & effectu, & forma verborum esse emptionem, & venditionem annui redditus. Nec impedit, quod per partes fors ipsa restitui videatur. Quia id arguit hanc speciem conventionis iustam, & licitam esse, ut constat ex responsione ad primum, secundum, & quartum argumentum. Illud autem peregregiam difficultatem habet, an si pensionum summa sortem excedat, & superet, iusta sit conuentio. Et res est opinionibus diuisa. Etenim Conrad. Carolus Molinæus, Couar. Michael de Palacio iustam, & ab usura labe se motam esse contendunt. Ea ratione, quia quatuordecim presentia magis valent, quam quindecim absentia, & particulatim soluta; & quia cum venditor non teneatur, nec cogi possit sortem ipsam reddere: procul abest contractus a mutuo & usura vitio, & sequitur frater Bartholo. de Medina in summa in declaratione 7. præcepti §. 26. In contrariam vero sententiam propendet Dominicus de Soto arbitratus eam speciem conventionis ad mutui formam accedere, perinde ac si actum esset, ut nonaginta darentur cum obligatione reddendi simul centum post tempus, nihilque inter-

interesse, quod soluantur per partes, ~~et~~ eadem quoque magis probat Ioannes de Medina dict. cap. de censu temporali determinata temporalitate, versicul. & ita videtur hęc secunda positio, fol. mihi 169. colum. 2. pag. 1. tamen si postea in versicul. præfactis tamen non obstantibus dicat in rigore scholastico defendi posse Conradi sententiam, dixerat enim in dict. versicul. & ita videtur, & c. contrariam partem aduersus Conradum esse tutiorem, & tenendam, sequitur etiam Maurus Antoni. Berar. dict. titul. de usura circa contractus censuales, pag. 280. & Matienço in l. 1. titulo de los censos, lib. 5. nouę Compila. gloss. 1. num. 6. Francisc. Carl. de contracti. 2. par. cap. 5. & instructor. negotiantium, lib. 1. capit. 54. resoluens tunc solum licere, cum pēsio venit percipiēda ex fructibus periculo subiectis. Ego quidem dissentio à Dominico de Soto, & accedo Conrado duplici argumento.

Primum est, quoniam in specie ista interuenit vera emptio, & venditio: ergo licebit ultra pretium datum comoditatem aliquam percipere: sæpenumero enim contingit in emptione, & venditione, vt maiorem emptor ex re emptæ percipiat comoditatem, quā fuerit pretium solutum, quod non improbari docui superius.

Secundum, quia cum in hoc censu emptor abalienet sortem, absque omni spe recipiendi aliquando illam, proculdubio id periculum, & grauamen consistens ex parte emptoris, est pretio estimabile, ac proinde libere, secure, & licite, poterit plus aliquid accipere.

39 Dubitatur etiam an census ad vitam sit iustus: & quod non sit, probatur primum. Nam contractus, quo agitur, vt mutuet vnus alteri cētum ad vndecim annos, & debitor ultra cētum restituat decem, proculdubio usurarius est: sed contractus vitalitius est idē substantia cum isto: ergo est contractus illicitus, usurarius, & sceneratitius. Minor pro-

batur. Quoniam si inter Petrū, & Ioannem conueniat, vt Ioanni Petrus det cētum aureos, modo det illi decem singulis annis, supposito Ioannem victurum solum decem annis, Ioānes recipit centum, quæ dedit, & ultra accessionem ex decem.

Secūdo, qui sperat aliquid ultra sortem ex vigore contractus, usurā incurrit, quemadmodū resolutum est supra cap. 5. num. 13. sed qui emit censum vitalitium, emit spe recipiendi aliquid ultra sortem, & capitale, quippe nisi speraret se longius diutiusque victurum, quam pro ratione contractus, non emerit censum ipsum: ergo usurā incurrit.

Tertio, fideles omnes in Deo suā debent locare confidentiam, iuxta illud Psalmi. *Spera in Deo, & fac bonitatem, & pascēris in diuitijs eius*: sed census vitalitius procedit ex diffidentia Dei, quia emitur vt securam emens agat vitam securum habens victum; ergo.

Quarto omnis dispositio, ex qua tribuitur votum captandæ mortis est improba, turpis, & illicita. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligat. l. vltim. C. de pactis. l. ex eo. C. de inutilibus stipula. c. dispendia, & c. ne captandæ, de concess. præb. lib. 6. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. Sed ex cēsu vitalitio datur occasio, & votū captandæ mortis alterius: ergo improbus est, & contra bonos mores. Quinto vbi debitor nō habet liberū arbitrium extinguendi censum, contractus censetur illicitus: sed in vitalitio non est debitori liberum censum extinguere, quoniam alias contractus non esset ad vitam emptoris, sed ad voluntatē venditoris: ergo illicitus contractus est. Hinc Henricus de Gādabo Theologus antiquus, quotlib. 1. q. 39. & quotlib. 2. q. 15. docuit huiusmodi census vitalitios esse iniustos. Idemque voluerunt Raymun. & Gofred. in summa de usuris, Panormi. disputat. 5. num. 9. Sed contrarium probatur, primum ex text. in l. necessario. §. cum vsum fructum. ff. de pericu. & cō-

Libet Primus

mo. rei venditæ, vbi probatur vsu fru-
ctum emi posse ad vitam vsu fructuarij
vendedoris: docet Iass. in l. cum dubita-
tur, nu. 106. C. de iure emphyteu. Col-
lecta. in cap. quæ in Ecclesiarũ de con-
stitu. colum. 2. num. 6. dicens vsu fru-
ctum eiusque commoditatem vendi, &
pignori dari posse, Areti. in l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres, num. 18. ff. de verb.
oblig. Molinæus in labyrintho sexde-
cim legum capite fina. Couarru. lib. 1.
variar. cap. 8. num. 7. Pinelus in l. 1. C.
de bonis maternis. 3. par. num. 88. & 38
Emmanuel. Suarez Lusita. lib. 1. obser-
uat. cap. 6. apud quos reperies elegan-
tissime disputatum, an ius vsus fructus
vendi possit, an vero sola commoditas.
Facit doctrina Bartol. in l. cotem ferro.
§. qui maximos. ff. de publicanis, & ve-
tigali. scribentis fructus certæ rei pro
vno anno, vel pluribus, vel ad vitam ali-
cuius pro certo pretio vendi posse. Fa-
cit etiam text. in Clem. prima, de rebus
Ecclesiæ, vbi expresse dicitur, quod exi-
stente vtilitate, vel necessitate Eccle-
siæ, potest Prælati non seruata solen-
nitate debita, locationes, seu reddituũ,
& fructuum venditiones ad longum tẽ-
pus facere, vbi ita notat Paulus de Elea-
zar, Guillel. de Monte Lauduno, An-
charr. Cardina. Imola, Panormitanus,
& Bonifacius. Præterea probatur ex tex-
tu in cap. precariæ. 10. q. 2. vbi apparet
in rebus Ecclesiarum posse constitui ius
percipiendi redditus, & fructus illorũ
bonorum ad vitam accipientis. Et ex
textu in l. si ea lege. C. de vsuris, & in
capite in ciuitate capite nauiganti eo-
dem titulo, vbi traditur contractum in
se alias illicitum, & vsurarium tolera-
ri ratione incertitudinis, sed in censu
vitalitio dubium, & incertum est, quan-
to tẽpore sit victurus emptor, & quan-
tum sit præcepturus: ergo ratione du-
bij, & incertitudinis dicendum est lici-
tum esse censum vitalitium.

Quo circa iustum esse censum ad vi-
tam, docent Conra. de contract. quæ-
stione 81. Diuus Antoni. 2. par. tit. 1.

cap. 8. §. 11. Ioannes Maior. in 4 dist. 15.
quæst. 34. vbi Gabriel. B. quæst. 1.
concl. 3. dicit, quod est communis pra-
ctica, & ab omnibus concessa, Angelus
verbo vsura. 1. §. 44. Medina in. C. de re-
stitutione, cap. de censu temporali in-
determinato, Dominic. de Soto, lib. 6.
de iustitia, & iure, quæst. 5. articul. 2. ad
finẽ, Michael de Palacio in praxi Theo-
logica, lib. 4. cap. 8. Francisc. Garf. 2. par.
c. 3. Maurus Antoni. Berardu. c. in sum-
ma corona confessorum, tit. de vsura
circa contractus censuales, pag. 278. &
ex Canonistis, idem docent Innocent.
Antoni. & Panormit. in cap. in ciuitate
de vsuris, & ibi August. Berous num.
9. testatus esse communem sententiam
Oldral. consil. 207. Hostiens. in summa
de vsuris. §. in alijs autem, versic. quid
de his, qui emunt, Archidiano. in cap.
quicumque 14 quæst. 4. Ioann. de Lig-
niano in Clem. vnica de vsuris, Roma.
consil. 302. Iass. in l. cunctos, num. 65.
C. de summa Trinit. Decius cons. 123.
& ex Hispanis iuris professoribus Co-
uarru. lib. 3. variarum cap. 7. nu. 3. Di-
dac. Perez in proœmio, tit. 2. lib. 8.
veteris ordinamenti pag. mihi 30. col.
2. versicul. Quarta sit cont. Bartholo-
mæus de Albornoz lib. 3. de arte cõtra-
ctuum, tit. Iuro. o censo de por vida, Ma-
tienço in dict. l. 1. tit. de los censos, lib. 5.
nouæ Compil. glos. 1. nu. 4. Benedictus
Bonius artic. 14. Eamq; opinionem etiã
stante Motu Proprio Pij V. de forma
creandi census, probat Molin. lib. 2. de
iust. & iur. disput. 391. colum 914.

Neque obstant argumẽta contraria.
Non primum, quia respondeo inter cẽ-
sum vitalitium, & eam formã conuen-
tionis magnam differentiam esse. Nam
in vitalitio censu est vera emptio, & vẽ-
ditio, & in ea specie conuentionis ve-
rum mutuum. Ideoque ex eo perspi-
cuum fit, quia in ea contractus forma
pecunia datur reuocabiliter, & in mu-
tuante manet actio ad repetendam sor-
tẽ. Quod à censu vitalitio est lõge alie-
num. Nam in eo pecunia abalienatur,
absque

absque vlla spe repetendi, & in dante remanet actio ad exigendam sortem, sed quod taxat ad percipiendam, & petendam certam annuam pensionem. Et præterea si emptor census vitalitij moreretur, ius aliquod percipiendi redditum non transmitteret ad hæredes: transmitteret autem dans pecuniam in superiori modo conventionis. Secundum argumentum nullum negotiũ facessit. Quoniam sperare, & intedere lucrum ultra sortem absolute non est malum, sed solum ex vi mutui, & occasione illius. Ideoque ex emptione, & venditione, & quocunque alio cõtractu præter mutuum licet sperare, & intedere lucrum ultra sortem. Quare cum vitalitius contractus longè differat à mutuo, sitque vera quædam emptio, & venditio iuris percipiendi redditum annuum ad vitam ementis, vel alterius, licet utique in eo sperare, velle, desiderare, & intendere lucrum ultra capitale.

Tertium quoque argumentum facile diluitur, si dixeris eius collectionem vitiosam esse. Nam aliàs non esset licitum quærere, vel officium seculare, aut beneficium Ecclesiasticum, vel censum redimibilem, aut irredimibilem. Quoniam ex his certum, securumque victum homo sibi comparat, & nascitur, neque hoc modo necessaria ad victum conquirere est diffidere Deo. Siquidem quærere ex creaturis humanæ vitæ præsidia, ne tentemus Deum est necessarium. Sed quando isthæc defecerint nobis, Dei solius præsidium quærere nobis incubabit. Neque quia quærimus vitæ præsidia ex causis secundis, ideo de causæ primæ præsidij diffidimus. Quia non quærimus illa, nisi sub præsidio primæ, quoniam causæ primæ influxus causis secundis, vt operentur est necessarius, vt respondet pulchrè Michael de Palatio d. c. 8. pag. 329. col. 2. versic. 5. dices.

Ad quartum argumentum respondeo tunc censeri turpem, improbam, & contrariam bonis moribus dispositionem, ex qua oboritur votum captandæ mor-

tis alterius, quando ex natura sua actus, & de per se inducit occasionem, votum, & desiderium captandæ mortis alterius, non vero quando de per accidens. Quod audiui latissime, & pulcherrime declaratum à Doctore Sahagum dulcissimo præceptore meo, & cuius recordatione animus meus ingenti gaudio suffunditur, in cap. debitores de iure iurando. Ea enim ratione pro sui ingenij acumine, & fœlicitate defendebat petentem vsuras à non parato, non peccare mortaliter, & vere, quoniã re altius perpen-
sa petens vsuras à non parato nõ ex eo, quod petit tribuit illi occasionem peccandi: imò creditor mutuans sub vsuris sponte peccat, nullaque data occasione necessaria, quia non aliter vult mutuare, ideo licet ex cõtractu vitalitio vendens posset desiderare mortem emptoris, id tamen non arguit illicitum esse contractum. Quoniam votum hoc, & desiderium non nascitur ex actu ipso, sed ex praua intentione veditoris. Est ergo vitium, & peccatum personæ, non contractus. Quintum quoque, ac postremum argumentum nõ obest, quoniam facultas redimendi, & extinguendi censum dumtaxat locum habet in redimibili, nõ vero in alia forma census, vt est copiose demonstratum superius.

E P I T O M E

Capitis octauæ.

- 1 **P**RO varietate Extravagantium varia à varijs Pontificibus sunt desiderata conditiones ad iustitiam census.
- 2 Ex autoribus quidam sex, alij pauciores, alij plures exposcunt conditiones.
- 3 Refertur communis sententia, quod census nequeat in sola, nudaque persona constitui.
- 4 Contraria recēsetur opinio, in o quod possit census in sola persona constitui, & pluribus instruitur fundamentis.
- 5 Dissertur qualiter homo liber promiss

H

tere

Liber Primus

- tere possit operas, & ad illas in perpetuum se obligare.
- 6 Se priuare libertate non est intrinsece malum, & ideo iuramentum in specie, text. in. l. si quis pro eo in principio. ff. de fideius. valet, & seruandum est iure Canonico.
 - 7 Ex natura rei, atque inspecto iure Diuino, & naturali in sola persona constitui census potest, secus vero attempta extrauaganti Pij Quinti.
 - 8 Ostenditur hominem liberum possi dari pignori, & agitur de intellectu tex. in cap. 2. de pigno. & in. l. ob es alienum. C. de action. & obligationi.
 - 9 Explicatur quid sit aliquid esse contra bonos mores, & iterum ostenditur actum, per quem libertas infringitur, solo iure ciuili esse prohibitum, & ideo iure iurando posse confirmari.
 - 10 Secunda conditio census, quod sola res, in qua census constituitur, maneat obligata, non persona, neque alia bona generaliter, vel specialiter, sed contrarium resoluitur, esse verius etiam stante Proprio Motu Pij Quinti.
 - 11 Tertia conditio census, quod detur iustum pretium.
 - 12 In censu non potest haberi fides de pretio, & ideo ex natura rei, & ante Pij Quinti Proprium Motum est necessaria realis, & actualis pecunie numeratio, contemporanea formationi contractus.
 - 13 Ex quantitate antea debita non potest census creari.
 - 14 Census creatus pecunia non presenti & nullus in consciencia, & reditus sunt imputandi in sorte principalem, etiam si pecunia fuerit antea debita.
 - 15 Nullus est census, eiusque instrumentum, in quo tabellio non prebet fidem de actuali pretij numeratione, & debitor confitetur se recepisse, & renuntiat exceptioni non numerata pecunia.
 - 16 Ad census iustitia necessaria conditio est, quod libere possit debitor illum in totum vel in parte redimere, & inuisibilis conuentio in contrarium adiecta.

17 Magis, ut debitor minus dimidia parte possit redimere.

18 In censu debitor nullatenus potest ad redimendum obligari.

19 Communiter existimatum est pereuntibus praedijs censum perire, sed contrarium resoluitur esse verius.

20 In censu non attenditur sterilitas praedij hypothecati.

CAPUT VIII.

De conditionibus necessarijs ad iustitiam census.

HOC in loco reuocandum est in memoriam varios Pontifices Maximos, varias de contractu censuali edidisse constitutiones extrauagantes. Ideoque non easdem, sed varias, diuersasque conditiones singulos praescripsisse ad iustitiam census.

Quidam enim plures, quidam pauciores desiderant: plures Martinus V. & Calixtus III. quam Nicolaus V. & Gregorius XIII. plures Pius V. quam reliqui omnes, ut recte notat Maurus Antoni Berardu. in summa corona confessorum, titulo de usura circa contractus censuales pag. 287. cum alijs. Ego quidem omittam conditiones propositas a Nicolao V. & Gregorio XIII. in suis Extrauaganti. gradumque faciam ad explicandas eas, quae desiderantur a Martino V. Calix. III. & Pio V. Igitur frater Bartholo. de Carranza Toletanus Archipresul, in summa Conciliorum post Concil. Florenti. in vita Calixti III. colligit sex conditiones tanquam necessarias, & praescriptas a Marti. V. & Calix. III. & Pizarro in easdem Extrauagan. & ad statutum de Guadalupe: & Antoni. Thesaur. decis. Pedem. 154. ante n. 3. Nauarrus in comentar. resolutorio de usuris, in cap. primum. 14. q. 3. notab. 22. n. 72. octo conditiones deducit ex eisdem Extrauagantibus. Est tamen non leuis inter Doctores alterca-

tio, an omnes istæ conditiones ita sint
necessariæ ad iustitiam census, vt sublata
aliqua ex eis census illicitus, iniustus
aut vsurarius. Frater enim Barthol. de
Carrança, & Piçarro putant omnes si-
mul requiri, & aliter censum creatum
morbo laborare, & consentit Naua. di-
cto notab. 2. num. 74. & 75. existimans
etiam octo conditiones a se collectas
esse necessarias omnino. Sed Contra. q.
74. Dominic. de Soto li. 6. de iustitia, &
iure quæst. 1. art. 5. Michael de Palacio
lib. 4. praxis Theologicæ cap. 6. Matie-
ço in l. 1. de los censos lib. 5. nouæ Com-
pil. gloss. 1. nu. 5. & alij in contraria sunt
opinione, existimantque nõ omnes eas
conditiones requiri ad iustitiam, & va-
liditatem census, ego vero sigillatim
omnes persequar, ac de qualibet sepa-
ratim inquiram, sit ne precise necessa-
ria. Igitur Carrança, & Nauar. primam
conditionem necessariam esse aiunt,
quod venditor certum prædium assignet,
in quo census constituitur. Ex qua
apparet in nuda, solaque persona non
posse censum constitui.

Sed hoc celebrem inuoluit, ac inge-
nem controuersiam, de qua extant duæ
sententiæ pugnantes inuicem. Ete-
nim illicitum & vsurarium esse censum
in sola persona constitutum plurimi do-
cuere. E quorum numero sunt Ioannes
de Ligniano in ca. in ciuitate de vsuris,
& in c. vlti. q. 1. eodem titu. Panor. disp.
5. col. vlti. Lauren. de Rodulphis in ca.
consuluit de vsuris 2. par. q. 12. Aretin.
consi. 151. col. 3. Diuus Antoni. 2. p. tit.
1. c. 8. §. 10. Ang. verbo vsura. q. 78. Cas-
sianus in Cathalogo gloria mundi par.
12. consideratione 98. fallencia 5. Piçar-
ro ad statutum de Guadalupe gloss. de
su trabajo, Rodoa. de rebus Eccle. Ru-
bri. de const. red. num. 47. Nauar. in d.
notab. 22. numer. 81. affirmans in hac
opinione fuisse Innocenc. Ioannes. An-
dre. Anhar. Anto. Cardina. Panormit.
& Ananiam in dict. capite in ciuitate
de vsuris, Dominus Franciscus Sar-
miento libro septimo selectarum inter

pret. c. 1. n. 31. verbi. cõclus. de
Albornoz lib. 3. de arte contractuum, tit.
2. del censo atquitar, Gregor. Lopez in
l. penult. tit. 8. part. 5. gloss. 2. censo. Auen-
daño responso 12. Alua. Valas. de iure
emphyteu. cap. 31. n. 10. Fr. Fracif. Gar-
fias de contra. 2. p. cap. quarto, Didacus
Perez in proœmio tit. 2. de las vsuras.
libro 8. ordinamenti pagina mihi. 36.
col. 2. & 37. col. 1. Mercado de contra-
cti. opusculo de cambijs cap. vltim. de
censi. verbi. vna duda ay grande. Doctõr
Sarabia post Gabrielem a se relatum in
instruõ. mercatorum ca. 15. Salazar de
vsu, & consue. cap. 11. & hanc esse cõ-
munem sententiam agnoscit ingenue
Couarruu. lib. 3. varia. cap. 7. nu. 5. Ma-
tienço in l. 1. tit. 15. lib. 5. nouæ Compil.
gloss. 1. n. 4. Mieres 1. part. quæst. 44. nu-
mero 6. & nouissime probat Frater Em-
manuel Rodriguez ad propriũ motum
Pij Quinti conditione prima. Hæc autẽ
sententiã cõmunis aliquot instruitur fun-
damentis. Et primum ex textu in ca. 2.
de pignori, vbi cõstituitur liberam per-
sonam non posse teneri pro debito ne-
xu pignoris, quod etiam probat text. in
l. ob res alienum. C. de actio. & oblig. l.
qui filios C. quæ res pigneri obligari
possunt l. senatus §. vlti. ff. de lega. 1. au-
thẽ. vt nulli iudicium §. qui vero colla.
9. l. 3. tit. 13. part. 5. sed vbi in nuda sola-
que persona census constituitur, libera
persona, velut nexa pignoris tenetur
pro soluenda pensione annua. Ergo im-
probum, illicitumque est in sola per-
sona censum constituere.

Secũdo naturali quẽ priuari liberta-
te est aduersus bonos mores. l. Titio cẽ-
tũ §. Titio centum in 2. ff. de condit. &
demonstrationibus l. si quis pro eo in
prin. ff. de fideiũ. & videtur cõducere il-
lud Paul. 1. ad Cor. 7. Pretio empti estis.
Nolite fieri serui hominũ. Sed qui se su-
bijcit cẽsui se priuat libertate naturali, &
addicit secundã seruituti: ergo ea forma
creãdi cẽsũ nõ caret turpitudine, estq;
cõtra bonos mores Ad probationẽ as-
sũpti cõfert locus Prouer. 22. c. vbi pu-

Liber primu

tertarius à Salomone vocatur seruus
mutuantis, ac proinde debitor cēsus per
sonaliter obligatus iure optimo creati-
toris seruus dici poterit. Tertio homo
ingenuus ad operas non se potest obli-
gare. l. si quis pro eo iuxta communem
intellectum ff. de fideiusso. l. penul. ff.
de obseq. à patro. præstan. l. certum §. si
quis absente, ibi, *Quia neque qui iurat,*
de operis obligatur. ff. de confessis. l. vt
iuris iurandi ff. de operis libertorū: sed
qui in sua persona constituit censum, vi-
detur se obligare ad præstandas operas
in perpetuum. Igitur nulla potest ratio-
ne consistere talis constitutio census.
Quarto nemo est dominus membrorū
suorum l. liber homo ff. ad legem Aquili.
ergo multo minus erit dominus sui
ipsius.

Quinto, quia est inuentio noua, qua
nunquam Respu. Roma. saltem post
quam Christiana facta fuit vsa est, nec
passa, vt census & pensio in persona li-
bera constituerentur, quo modo in præ-
dio aliquo constituitur: ergo tanquam
res insolens & noua, ac mali exempli
ableganda est ca. ex parte de consuetu-
dine, capite quis nesciat r. d. 6.

Sexto quoniam apud multas gentes
& Respu. iudicatum est, velut impium
esse, vt homo, qui factus est ad imaginē
& similitudinem Dei, prodebitō pecu-
niario traderetur in seruitium credito-
ri, vt olim decreuit Solon Atheniensis
legislator, quemadmodum memoriæ
commendarunt Plutarchus in vita Solo-
nis Alexan. ab Alex. l. C. Neapolitanus
lib. 6. dierum genialium cap. 10. Diod.
Sicul. lib. 1. Couarruu. lib. 2. var. ca. 1. nu-
mero 1. Pardulph. Prateius in iuris pru-
dentia veteri ad leges Solonis l. 2. & po-
sterioribus legibus Romanis approba-
tum est. Ergo iniquum esse censendū
est personam liberam teneri perpetuo
obnoxiam ad census præstationē. Quo-
niam id durissimum videtur seruitij iu-
gum, vt vtar verbis Claudiani.

Postremo quia quanuis possit ali-
quis se vendere, aut se alicui ad tempus,

aut perpetuo in seruitutem tradere ar-
gumento text. in l. serui autem 2. in ff.
de iure personarum, & in l. si minime-
rium C. de liberali causa, & in l. si vsum
fructum §. 1. ff. eo. titulo, tamen videtur
repugnare, vt in persona libera manen-
te tali possit census constitui.

4 Quibus argumentis, etsi fortissimis,
non perterriti, neque turbati alij grauif-
simi autores contrarium defendunt ani-
mo constanti, & alacri. Etenim Contra.
de contract. quæst. 74 & 75. & 83. con-
clus. 13. Ioannes de Medina in C. de re-
stitutione cap. de censibus col. 5. Ioan-
nes Maior. in 4. d. 15. quæst. 44. Domi-
nicus de Soto lib. 6. de iustitia & iure q.
6. artic. 1. post Carolum Molinæum à se
relatum, Couarruu. lib. 3. variar. cap. 6.
num. 5. versio. ergo sane, magis probat
censum in nuda, solaque persona licite
posse creari. Idem sequitur Anton.
Gomez in l. 68. Tauri numero secundo
ad finem, dicens ita sentire Doctores in
capite in c. de usuris, Matienço
vbi supra, & Michael de Palacio d. lib.
4. cap. 7. Benedictus Bonius de censibus
articulo 10. Tiber. Decianus cons. 2. a.
num. 70. volumin. 5. Ottomanus libr. 2.
de usuris capit. 4. & quod magis est in
persona fructuosa, & sollicita locare
suas operas licitum esse censum perso-
nalem defendit Grego. Lopez in d. l. pe-
nult. gloss. à censo col. 3. titul. 8. part. 5.
Angles in floribus Theologi. quæst. de
censibus art. 5. pag. 114. & 115. part. 2.
& videntur in eam sententiam conue-
nisse omnes iuris Cæsarei proffessores
à Bart. vsque ad nouissimum Orosiū
in l. sciendum in principio ff. qui satisda-
re cogantur, dum tractant an redditus
annui excusent ab onere satisdandi, &
Andre. Gaill. pract. obseruatio. li. 2. ob-
serua. 7. num. 13.

Hæc autem opinio probatur primū,
quia gratis potest quis personali obli-
gatione alteri promittere annuam pen-
sionem pecunia soluendam, eamque su-
per ipsius persona constituere: ergo
idem poterit efficere propter pecuniā

con-

constituito tibi, & solutio pro aucto, nulla valeat differentia ratio propria & congrua reddi. Secundo potest quis ob pecuniam locare suas operas. l. qui operas & l. in operis ff. locati: ergo & eas vendere poterit, facit text. in l. hominis quoque liberi ff. de usufructu legato. Verum Dominus Francisc. Sarmiento lib. 7. seculi starum interpretationum cap. 1. numero 3. r. censet vtriusque argumentationis exiguam vim esse. Ait enim non valere consecutionem istam, potest quis gratis hoc promittere: ergo potest per pecuniam. Nam qui habet suorum bonorum administrationem liberam donare potest decem Titio, & tamen eadem usufructum causa in eodem vno se obligare potest: & simillies ex causa sciens, prudensque dederit millies repetere poterit l. si tibi decem. ff. de pactis leg. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petatur l. 3. §. vlt. ff. de annuis legatis. Item in donatione est alia ratio, quia libera est, & non ex necessitate, vel indigentia inducitur, ideo & liberatio, & maior liberatio interuenit.

Sed responderi potest in proposito consecutionem istam non esse adeo infirmam, ut Dominus Francisc. Sarmiento putat. Quia incensu locum usura non habet, ac proinde cessat obiectio superior, & videtur ea collectio pondus & momentum habere. At Dominus Francisc. Sarmiento acutissime probare nititur usuram delitescere in ea forma conuentionis. Et eo praesertim, quod emptor repetit capitale, licet non expresse, & euidenter, tamen sensim, & per partes, dum singulis annis pecunia dat pecuniam, & deinceps, quia census personalis, neque est emptio, nec locatio, nec alius nominatus, aut innominatus contractus à iure approbatus, emptio, & locatio esse non potest. Quia in censu personali vtrinque est pecunia, & in emptione, & venditione, ac locatione, & conductione vtrinque non potest esse pecunia, quoniam ex vna parte debet esse mensura & ex altera pecunia. Sed quauis rationes istae dignae sint excellenti, admirabi-

lique ingenio Domini Francisc. Sarmiento; tamen, ni fallor, non conuincunt omnino incensu personali usuram occultari. Nam prima ratio videtur conuincere censum ad vitam, vel determinatum tempus constitutum, imo censum redimibilem esse usurarium, quoniam non solum emptor, sensim, & per partes in his contractibus repetit capitale, sed longe ultra percipit: at capite proximo diffusse comprobatum extat, id non officere iustitiae ac securitati horum contractuum. Secunda quoque ratio nullum videtur negotium faceere. Etenim census personalis emptio quaedam, & venditio est, quoniam vnus vendit, alter emit ius annuae pensionis in persona venditoris constitutum. Rursus idem Dominus Franciscus Sarmiento secundam argumentationem debilem esse demonstrare nititur ex eo, quia nec locare, nec vendere operas suas liber homo potest in perpetuum l. penultim. cum gloss. ff. de obsequijs a patrono praestandis l. certum §. si quis abest. Quia neque qui iurat, de operis obligatur. 1. confessis l. vt iuris iurandi ff. de operis lib. qui & a qui l. adigere §. stipulatio re patrona. l. si quis pro eo in principio ff. de fideiussore. facit text. in l. Titio centum §. Titio centum in secundo de conditio. & demonstra.

5 Responderi tamen potest multipliciter, & in primis hominem liberum operas suas locare posse in perpetuum docuisse Accursius in lege tertia §. ne tamen, verbo reuerti ff. de usufructu, & ibi sequitur Odofredus numero secundo & tertio, Ange. secundo, & Fulgo. numero sexto, idem docuit glossa verbo nunquam ad suam redderet proprietatem in lege antiquatas. C. de usufructu, & ibi sequuntur Odofredus num. tertio, Guillelmus de Cugnocolum. prima, Rayn. edeso. liuius, Petr. de Bellapertica, & Cynus ad finem, Ioannes Faber numero primo, Baldus octauo & Salyc. 4. Bart. & omnes in l.

stipulationes non diuiduntur ff. de verbo. obliga. Ripa in l. obligatione numero 10. ff. de pigno.

Secundo respondetur obsequiales hominem ingenuum non posse promittere, nec se ad illas obligare in perpetuum: posse tamen ad operas artificiales, prout eleganter notat Ioannes Corraf. in præludijs. l. admonendi ff. de iure iurando numero 21. 22. 23. & 24. & in l. si quis pro eo in principio numero 7. cū sequentibus ff. de fideiusso.

Tertio quoque respondetur hominem liberum & ingenuum non posse locare in perpetuum operas illas. ex quibus infringatur, violeturque libertas, & in ea specie procedere leges, quas prode adducit dominus Francisc. Sarmienta. At cum persona obligatur ad præstationem annuam, & velut persolendas operas taxatas pecunia, non se obligat ad operas, ex quibus amittat libertatem, quia illa potiri, perfruique manifestissimum est.

Quarto respondetur se priuare libertate non esse intrinsicè malum, quoniam libertas non est præcepti, aut prohibitionis naturalis, sed solius permissionis & facultatis. Ideoque ius humanum recte potuit inducere seruitutem, & maior 25. annis potest ad pretij participationem se venundare §. serui autem 2. inst. de iure personarum. Ac proinde iuramentum in specie text. ind. l. si quis pro eo in principio ff. de fideiusso. semper sum arbitratus valere, & seruandum esse iure Canonico: quoniam solum est contra bonos mores ciuiles, non vero contra bonos mores naturales, diuinos, vel canonicos. Ergo cum ex natura rei non sit malum se priuare libertate, neque vlla lex ante constitutionem extrauagantem Pij Quinti prohibeat censum in sola persona constitui. Plane videtur consequi illicitum non esse, neque iniustum saltem ex natura rei.

Verum vt ad id, vnde digressi sumus nostra reuertatur oratio, tertio probatur censum personalem esse licitum, quia

præsertim, & præstantissima obligatio, quæ nascitur ex censu, personalis est res vero, super qua redditus constituitur, accessorie ponitur pro saniori, & certiori solutione iure pignoris, & hypothecæ l. fundus quem, & ibi Bartol. ff. de annuis legatis. Ergo re perempta, integra, illæsa, & illibata manet obligatio personalis l. creditor, qui non idoneus ff. si cert. petat. l. aduersus, vbi glossa, Bart. & Bald. C. de actioni. & oblig. & ex consequentia principio poterit census creari in nuda, solaque persona.

Quarto census personalis constitui potest l. principis, vt patet 2. Nehemix. 20. vbi Hebraeiauerunt super se, tertiam partem sicuti, tanquam annuum censum personalem. Quæ ratione in antiquis temporibus viget mos, & consuetudo in aliquibus prouincijs personales decimas exigere. Ergo potest quisque sua sponte censum personalem super se constituit. Nam quæ fieri possunt per statutum, fieri possunt per pactum, vt notat glossa celebris in Rubrica C. de decurion. libro decimo.

In hac vero eximia, & per celebri controversia duxi animaduertenda duo. Primum est, neque ex natura rei, iure inquam diuino, & naturali, neque constitutionibus Martini Quinti, & Calixti Tertij ad census iustitiam requiri, vt in re aliqua immobili constituatur. Ideoque censum personalem, neque ex natura rei vitium continere, nec improbari a duobus illis Pontificibus Maximis, quod videtur voluisse Medi. in summa §. 26. folio 147. quidquid contra sentiat Frater Lud. Lopez in instructo. negotianti. libro primo capi. 54. pagina 202. columna secunda.

Alterum est a Pio V. Extrauaganti sua censum personale reiectum, & improbatum esse, nec nisi in re frugifera imponi, & constitui posse. Primum probo, quia omnes autores, qui improbant contractum censum personalem, subinde docent nullo modo in censu personam obligari, solumque in rebus ipsis obligationem confi-

consistere: sed a Nicol. Quinto, & Gregorio decimo tertio, suis Extrauagantibus de censu editis pro Regno Siciliae, ultra & citra Farum expresse constitutum est personam in censu obligari posse, imo personae obligationem esse praecipuam & rerum accessoriam iure pignoris, & hypothecae pro tuitione, & securitate debiti, ut constat ex illis verbis Extrauagantis Nicolai Quinti: *Cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate, ac cum potestate vendentes personas, eorumque proprietates, redditus, iura, iurisdictiones, census, & omnia, & singula mobilia, & immobilia bona obligandi, & obligari facienda: & agnouit Redoanus de rebus Ecclesiae, Rubrica de constitut. annuorum censuum, num. 55. & 56. Ergo cum in censu persona obligari possit, eiusque sit in hoc contractu obligatio potissima, plane sequitur in sola persona censum a principio constitui posse. Nec si personam in censu obligari malum esse intrinsece, & ex natura rei duo illi Pontifices maximi permisissent.*

Præterea ex duabus illis Extrauagantibus Nicolai Quinti, & Gregorij decimi tertij, census licite potest constitui in re mobili, ergo non est malum, nec illicitum ex natura rei censum, in sola persona constituere. Nam securior est in persona, quam in re mobili. Et quod Martinus Quintus, & Calixtus Tertius non cõdemnauerint censum personalem, apparet ex eo, quia manifestissime sentiunt peremptis bonis saluam adhuc manere obligationem ad annum redditum, licet non possint venditores cogi ad solutionem capitalis, ut accurate expendunt Couarru. lib. 3. variar. cap. 7. num. 5. versicul. primum etenim, & Dominic. de Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 5. articul. 1. versicul. secunda autem eiusdem autoris conditio, Mariæço in l. 1. titul. 15. de los censos, lib. 5. nouæ Compilatio: glos. 1. num. 6.

Alterum probo ex illis verbis Extrauagantis Pij Quinti. *Hac igitur nostra*

constitutione statuimus, censum, seu annuum redditum creari, constitui de nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Quibus verbis pijsissimus ille Pontifex indicat apertissime, statuitque censum in sola persona creari non posse. Negatiua enim illa præcedens verbum posse abnegat omnem potentiam, & inducit actus nullitatem ipso iure, iuxta theoricam gloss. peruulgatam in regula beneficium de regulis iuris lib. 6. quam dicit receptam Couarr. in cap. quanuis pactum de pactis in sexto. 2. par. §. 4. num. 4. Nec Extrauagans illa in hoc continet ius diuinum naturale, neque illud declarat, sed ius nouum inducit. Quapropter in Prouincijs, quibus recepta, & admissa est constitutio Pij Quinti, de forma creandi census in sola persona creari non posse dicendum est. Sed in his Regnis non esse contractum iniustum, nec illicitum magis sentio.

8 Neque obstant argumenta contraria, non primum, quia hominem liberum nexu pignoris teneri posse, probat textus celebris in cap. ex rescripto de iure iurando, nec contrarium probant iura, quæ vulgo solent adduci. Quoniã textus in dict. cap. 2. de pignor. solum dicit hominem liberum non posse teneri pro debito, idque legibus improbatum esse. Quod accipiendum est, ut homo liber non teneatur pro debito, ut seruus, quoniam istud leges vetant, & abhorrent. Præterea textus ille non probat debitorem ipsum non posse teneri pro debito, sed aliam personam liberam, quod legibus Romanis iam ante fuerat interdictum, ut constat ex textu in l. qui filios. 6. C. quæ res pignori obligari possint, non quidem ex eo, quod repugnet ius pignoris cadere posse in liberam personam: sed quia libera persona non est in bonis nostris, & in rem, quæ non est in bonis nostris, non cadat nexus pignoris. l. rem alienam. ff. de pignorat. actio-

ne,

Liber Primus

ne. Quod vero textus in dict. cap. 2. de pignori. non loquatur de ipso debitorre, sed de alia persona libera, constat ex integra Decretali in illis verbis.

Creditores ergo suos, ut asserit ad 80. solidos consentire possibile est. Sed quia multum est, ut a nihil habente homine 80. solidos petant, 60. solidos per notarium tuum tibi transmisiimus, ut tu cum eisdem creditoribus subtiliter loquaris, rationem reddas, quia filium eius, quem tenere dicuntur, secundum leges tenere non possunt. Quæ verba refert doctissimus Antonius Augustinus, in notis ad primam collectionem Decretalium, lib. 3. titul. 17. cap. 2. Præterea in dict. l. ob æs alienum. C. de actionibus, & obligationibus, Cæsares Dioclecia. & Maximianus, solū rescribere ob æs alienum seruire liberos creditoribus compelli iura nō pati. Nullus ergo textus probat hominem liberum, non posse ius pignoris in se ipso constituere. Solumque iure cauetur, ut creditori debitor non addicatur ad seruiendum.

Secundo ad argumentum responderi potest, quod se tradere in pignus, vel ab alio tradi, maioris est seruitutis, quā supra se censum constituere: nam qui daretur pignori, teneretur necessario manere apud creditorem, neq; posset alio diuertere. Qui vero supra se censum constituit, liber manet, neque tenetur esse apud creditorem, sed libere potest quocunq; abire. Ideoque licet admitteremus in se ipso neminem ius pignoris posse constituere, tamen non inde conuincitur in sola, nudaque persona, non posse censum imponi, atque creari.

Secundum argumentū non obstat, quia respondeo priuare se libertate nō esse contra bonos mores naturales, sed dumtaxat contra bonos mores ciuiles. Illud enim dicitur esse cōtra bonos mores naturales, quod est contrarium, & aduersum iuri naturali præcipienti, vel prohibenti aliquid, ut explicant Panormit. num. 5. Imola 33. in cap. cum con-

tingat de iure iurando, Philippus Cornuus in authentica sacramenta puerū num. 28. C. si aduersus venditionem, & profitetur esse communem interpretationem Couarru. in cap. quanuis pactū de pactis, lib. 6. in initio secundæ partis num. 1. Sed lege naturæ non præcipitur libertas, neque prohibetur seruitus, ut copiose resolutum est supra cap. 1. ergo se priuare libertate non est contra bonos mores naturales. Præterea religiosus semel, ac emittit professionē solennem in manibus superioris potentis illam acceptare, amittit libertatem, subijciturque prælato, cap. si religiosus de electione, lib. 6. cap. vltim. de testament. eodem lib. cap. non dicatis. 12. q. 1. ergo se priuare libertate naturali nō est contrarium bonis moribus naturalibus, alioquin etiam ex causa religionis non liceret, argumento text. in cap. super eo de vsuris cap. non est putanda prima quæstione prima. Idcirco, ut superius delibauī, verissimum esse credo ius iurandū in specie tex. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. obligare iure canonico. Nam quod ingenuus non possit promittere operas officiales, solum continet ciuile prohibitionē, ac proinde iuramentum contra illam, actū confirmabit, iuxta resoluta per omnes in d. l. si quis pro eo, & in l. non dubium. C. de legi. & in authentica sacramenta puerum. C. si aduersus venditionem, & in cap. debitores, & cap. cum contingat de iure iurando. Sed dicet aliquis responsionem hanc non plene satisfacere difficultati: nā etsi ius libertatis infringi, atque violari non aduersetur præceptis, & institutis naturalibus, tamen iure ciuili vetatur, & prohibetur. l. Titio centum. 71. §. Titio centum in secundo. ff. de condi. & demonstrat. cum alijs, ideoque census personalis, ut infringēs libertatem erit nullus saltem ex dispositione iuris ciuilis. Respondetur tamen, quod qui supra se censum constituit nō priuatur libertate: & eo præsertim quod facultatem liberam habet eundi quo velit,

lit, & manendi. Quod magna pars liber-
tatis est, iuxta illud Plauti in Menæch-
mo. *Mea quidem hercle causa liber-
esto, atque abito quo voles*, & illud Ci-
ceronis 13. Philippica, *Nihil moror sal-
uos esse, atque ire quo lubet*: Sopho. in
Antigone.

εὐμενὲς καὶ μισοῖς αὐτῆ αὐτῶν ἢ θύλας ἐξῆ,

Βαρτίας αἰτίας ἐλευθεροῦ, quæ refert erudi-
tissimus Iacobus Cuiacius lib. 14. obser-
uationum, cap. 27.

Ad tertium autem argumentum res-
pondi superius, versiculo responderi ta-
men potest multipliciter. Ideoque non
obstat quartum: quoniam verum est ne-
minem esse dominum membrorum suo-
rum ut illis abutatur, vel ut illa abscin-
dat, & mutilet: at vero, quo ad reliqua
dominus est, quia liber homo sui iuris est.

Imponere autem sibi censum non est
abuti membris, aut ea mutilare.

Ad quintum responderetur multa posse
institui licite, quæ in Republica Ro-
mana, neque cognita, neque visa fue-
rint. Alioquin leges, & statuta multarum
nationum, & Provinciarum de rebus Ro-
manorum temporibus incognitis essent
illicita, & iniusta. Denique si hoc argu-
mentum vires obtineret, omnino cen-
suum contractum euertetur. Quippe
in Republica Romana non fuerit cog-
nitus.

Sexto quoque argumento facili ne-
gotio satis fit, si dixeris debitorem cen-
sus personalis, non effici seruum, sed ma-
nere liberum, ac sui iuris, ut perquam ma-
nifestum est. Postremum denique
argumentum non obstat, quia nihil re-
pugnat, ut in persona libera manente, ta-
li possit census constitui, Quia cum li-
bertate non pugnat census constitutio,
ut superius dictum est.

10 Secunda conditio, quæ à Carrança,
& Nauarro desideratur, est, quod sola
res, in qua census constituitur, maneat
obligata non personam, neque alia bona
generatim, neque speciatim. Idemque
docent omnes Doctores, qui censum
esse contractum realem profitentur, &

qui tuentur in nuda solaque persona con-
stitui non posse. Et tradit constantiter Cas-
fanus in cathalogo glorie mundi, par.
12. consideratione 98. fallentia 25. &
in consuetudini. Burgundie Rubric. 11.
§. 6. in princip. & consil. 63. num. 6. Re-
do. de reb. Eccles. Rubrica de consti-
tut. annuo. cens. à num. 41. Sed contra-
rium, imo, & omnia bona generatim, &
speciatim obligari posse ad census præ-
stationem, docent Ioannes de Lignia-
no, in cap. ultimo de usuris, quæst. 1. In-
nocentius, Panormitan. Anania, & Be-
rous in cap. in ciuitate eodem titul. Lau-
rent. de Rodolph. in cap. consuluit de
usuris. 2. par. quæst. 13. Alvarus Valas-
cus dict. cap. 32. num. 11. Petrus Bellu-
ga, in speculo Principum Rubric. 41. §.
leges Regni, Domini. Franciscus Sar-
miento, lib. 7. Selectarum cap. 1. nu. 25.
Conrad. quæst. 83. conclus. 13. Domi-
nic. de Soto, Medina, Couarruias, Pa-
lacio, Matienço, & Maurus Antonius
Berarducius vbi supra, ac omnes auto-
res, qui census personales licitos esse
contendunt, Tiberi. quoque Deci. dict.
cons. 2. a nu. 70. & Andreas Gaill. dict.
obserua. 7. num. 13. Quorum opinioni
fauent quam maxime Extrauantes Ni-
colai Quinti, & Gregorij decimi tertij
relatae superius. Quibus expresse caue-
tur, & generatim, & speciatim omnia
bona subijci posse census præstationi.
Nec contrarium docent Extrauagantes
Martini Quinti, & Calixti Tertij, de
emptione, & venditione. Quinimo stã-
te Proprio Motu Pij Quinti, de forma
creandi census adijci posse generalem,
& specialem bonorum obligationem
arbitror verissimum, ut etiam docet Pe-
trus de Salazar in tractatu de usu, & cõ-
suetudi. cap. 11. num. 82. & Gutierrez,
lib. 2. pract. quæst. 177. num. 8. etenim
constituto censu in re certa, & suis limi-
tibus definita, ac circumscripta, alias res
obligari ad census solutionem, non ve-
tat summus ille Pontifex. Et nouissime
probat Molina insignis religiosus è So-
cietate I E S V, libro 2. de Iustitia, &

Libri Primus

iare, disputat. 367. colum. 881. versicul. illud obserua.

Et hoc iure vtimur, vt venditor se obliget, & sua bona generaliter, & specialiter, vt scribit Matienço in dicta. l. 1. titul. 15. de los censos, libro 5. nouæ Compilatio. glossa 1. numer. 5. & 6. & generali consuetudine ita obtentum esse ait Andre. Gaill. dicto numer. 13. Neque mali speciem habet, & futurorum obligationem adijcere, tametsi contrarium prolixè nimis, sed in efficaciter persuadere conetur Piçarro ad statutum de Guadalupe, glossa, 3 futuror.

121 Tertia conditio, quæ ab eisdem autoribus exigitur est, quod pretium iustum detur, quod ex natura rei, & attento iure diuino, & naturali arbitrarium est. Ideoque eius iustitia æstimanda erit ex consuetudine, vel statuto loci, quo celebratur contractus. In his tamen Regnis pretium iustum lege præfinitum est, de quo inferius lib. 2. cap. 1.

Quarta conditio est, quod pretium totum statim venditori tradatur, nam dilatio partis pretij quandam similitudinem mutui vsurarij præferre videtur propter similitudinem magnam, quam cum vsura census habet. Et quia minus iusto pretio dare videtur, quia statim non soluit ei, qui necessitate ductus censum vendit, argumento tex. in capit. 1. de plus petitioni: & in. §. plus autem, Institut. de actio. Sed hanc conditionem rejicit Dominicus de Soto, libro 6. de iustitia, & iure, quæstion. 5. articul. 1. duplici ratione. Prima quoniam licet in narratione Extrauagantis Martini Quinti id ponatur, non tamen in approbatione, tanquam necessarium constituitur.

122 Secunda, quia quemadmodum in emptione, & venditione, potest venditor credere emptori pretium, & de illo fidem habere. §. venditæ vero res, & traditæ Institut. de rerum diuisione. l. quod vendidi 19. ff. de contrahen. emptione. Ita quoque in contractu census. illam

vero necessariam esse contendit Michael de Palacio, lib. 4. praxi Theologice cap. 6. pag. 309. col. 2. & pag. 310. col. 1. quia contractus censualis, est venditio de præsentibus, non in diem: si quidem ab hora initi contractus constituens census manet debitor soluendi pensionem annuam. Ideo necesse est, quod pecunia sit præsens, & integra ex qua recipiens fiat debitor: sequitur Maurus Antonius Berarducius, dicto titul. de vsura circa contract. censua. pagin. mihi 288. Ego quoque dissentio à Dominic. de Soto, & despecto in contrariam sententiã eon præsertim argumento, quod iniquum sit, & naturali rationi aduersum emptorem census capere merum lucrum, quod perciperet, si habita fide de pretio venditor redditum persolueret. Et cum annua pensio respondeat pretio in censu, & intuitu ac respectu illius pædatur, vix est, vt nõ soluto pretio licita sit præstatio pensionis, & redditus, & quia iniustum est; vt eius, quod non accepit, redditum soluat: quod etiã probat Ludouic. Lopez in instructorio negotiorum lib. 1. c. 56. ad quartum argumentum.

Ex quo infero Pium Quintum non statuisse de nouo, vt in creatione census pecunia sit præsens, & numerata: quoniam id antea fuerat à Martino Quinto sua Extrauaganti constitutione sancitum. Solumque Pius Quintus addidit, vt coram notario, & testibus instrumenti pecunia numeretur. Ideoque hodie nõ poterit census creari, nisi pecunia præsentibus, & numerata in actu creationis contractus ipsius. Nam cum hæc conditio ad iustitiam, & validitatem census desideretur à Martino Quinto, cuius Extrauagans recepta est vbiq; locorū, imo sit necessaria ex natura rei, & iure diuino, ac naturali, plane cõsequitur illicitum, & vitiosum esse censum aliter creatum.

123 Rursus infero ex quantitate & pecunia iam antea debita non posse censum creari, nullumque esse, & in foro exteriori, & interiori. Quæ illatio quauis per difficilis appareat, & communi omnium

omnium existimationi contra, etica
 ceter tamen probat. Primum, quia
 Martinus Quintus pecuniam desiderat
 presentem in ipsa formatione contra-
 ctus, ut constat ex illis verbis. *Ipsi ven-*
ditori, tunc integraliter in pecunia nu-
merata solui consueverant. Dicitio enim
 illa, tunc, perspicue demonstrat a Ponti-
 fice requiri presentiam, & numeratio-
 nem pecuniae contemporaneam ipsi
 formationi contractus, & ita colligit
 Carranza ad Extrauagan. Marti. & Ca-
 lixti, Berardu. vbi proxime, & Piçarro
 in Extrauagatem Calixti Tertij de em-
 ptione, & venditione glos. 1. & ad sta-
 tutum de Guadalupe glossa, *y futuros,*
 resoluens quoque ita sentire communi-
 ter Doctores in capit. in ciuitate de vsu
 ris. Et docet expresse Michael de Pala-
 cio dict. lib. 4. capite 6. versiculo, *Irem-*
que quod pecunia sit numerata, pagi-
 na 311. col. 1.

Sed vbi ex quantitate, & pecunia an-
 tea debita census constituitur, pecunia
 praesens non est. Igitur census nullus
 est, & contra Extrauagantem Martini
 Quinti.

Deinceps quoniam vbi pro debito
 aliquid datur, quodcunque sit, non est
 proprie emptio, & venditio, sed datio
 in solutum, & licet datio in solutum vim
 habeat emptionis & venditionis leg. si
 praedium C. de euictio & tradunt Phi-
 lippus Decius consilio 18. & consilio
 160. & consilio 167. columna vltima,
 & consilio 586. numero septimo, Tira-
 quelus de retractu Lignagier §. primo
 glossa 14. a numero secundo, Molinaeus
 in consuetudinibus Parisiensis. §. 13. glos-
 sa quinta Pinellus in leg. secunda C. de
 rescindend. venditione 1. par. c. quarto
 numero 8. Matienço in leg. 7. tit. 11. li-
 bro quinto nouae Compilationis glos-
 sa septima numero primo, tamen pro-
 prie, & in substantia non est emptio &
 venditio, Tiraquel. Molinaeus. & Matien-
 ço vbi proxime, Montal. in l. 13. verbo,
Por otra heredad, in fine tit. 10. lib. 3. fo-
 ri, Castillo verbo, *vendida,* in principio,

& Palacios Rubios nu. 23. in l. 70. Tau-
 ri Ergo ex quantitate ante debita non
 potest creari census, quoniam origine
 substantia, & forma est emptio, & ven-
 ditio.

Cum igitur origini & essentiae con-
 tractus censualis repugnet constitui pos-
 se ex pecunia iam antea debita, plane
 nullus erit in vtroque foro, & redditus
 percepti erunt imputandi in sorte prin-
 cipalem.

Præterea quoniam contractus nul-
 lus in foro exteriori est etiam nullus in
 foro conscientiae, quia lex iusta non fun-
 data in praesumptione obligat in cons-
 cientia, ut est commune placitum nos-
 trorum interpretum in ca. primo, & in
 cap. nam, & concupiscentiam de consti-
 tut. & in cap. quia plerique de immuni-
 tate Ecclesiarum, & docent Couarruu.
 in regula peccatum de regulis iuris lib.
 6. 2. p. §. 3. num. 9. Antonius Gomez in
 leg. 3. Tauri numero 123. & 124. Mar-
 tinus Ledesma in secundam quarti q.
 18. art. 1. dub. 12.

Sed contractus censualis in cuius cõ-
 fectione non fuit praesens, numerataq;
 pecunia, nullus, & irritus cõsetur a Mar-
 tino Quinto in praefata Extrauaganti,
 ut superius demonstratum est. Ergo erit
 nullus in conscientia.

Denique si ex natura rei, ac iure di-
 no & naturali ad substantiam validita-
 tem, & iustitiam census est necessaria
 praesentia & numeratio pretij contem-
 poranea ipsi formationi contractus, pla-
 ne fit evidens ex quantitate & pecunia
 iam antea debita non posse censum crea-
 ri, ac creatum esse nullum in iudicio ani-
 mae, & vi illius exigentem creditorem
 non posse redditus in conscientia perci-
 pere. Ut enim supra numero dictum est,
 conscientia & natura se mutuo com-
 plectuntur, & velut quodam vinculo
 arctissimo deuinctae procedunt.

Vltimo loco infero non stante etiam
 motu proprio Pij Quinti de forma creã-
 di census inutilem & inuolidum esse cẽ-
 sum, in quo, cum creatur, non appa-
 ret

re pecunia de presenti, sed venditor confitetur se recepisse pretium, & renunciat exceptioni non numerata pecunia, quod voluit Paulus Paris. conf. 75. nu. 33. vol. 4. Et quoniam suspicor futuros aliquos, quibus non sit placitura hæc assertio, quique magnas excitaturi sunt tragædias, ut illam euertant, & conuelant, operæ pretium duxi aliquot constabilire fundamentis.

Est autem huius doctrinæ propugnaculum & præsidium munitissimum resolutio superior, qua constitui, non solum ex lege humana, verum etiam ex diuina, & naturali, ipsaque met natura census requiri præsentiam & numerationem pretij in ipsa contractus formatione, adeo ut census repugnet origini, & essentia venditorem habere fidem de pretio: sed quando quis confitetur vendendo se recepisse pretium, non celebrat veram & realem emptionem & venditionem, sed civilem, fictam, & præsumptam, nec vere pretium recipit. Igitur nulla potest ratione defendi census, in cuius creatione non apparuit pretium, sed venditor confessus est se illud recepisse. Rursus confessio de recepto suspicionis, doli, & fraudis plena est, ut obseruât omnes in lege si ex cautione. C. de non numerata pecunia, & in l. post contractum. ff. de donatio. Ergo in censu locum habere non debet, & eo præsertim quod censiticus contractus sit nimis suspiciosus, & facili negotio decurrat ad usurariam labem, & prauitatem.

Ab hac autem sententia scio dissentire Petrum de Salaçar dicto tractatu de usu & consuetudine capite 8. numero 45. versiculo, Sed non parum decipiuntur patroni, existimantem etiam stante motu proprio Pij Quinti admittendam esse in censu confessionem de recepto pretio. Qui duplici ratione mouetur ad sic existimandum.

Prima, quoniam si præcessit verum mutuum, & cum repetitur, non potest solui in numerata pecunia, debitori est

magis velle imponere annuam pensionem, quam vili pretio vendere substantiam propriam. Ac proinde nihil turpe & iniustum continere videtur confessio de recepto, & admittenda est. Ne quod fauore venditoris inductum est retorqueatur in eius damnum, contra tex in l. quod fauore. C. de legibus.

Altera est, quod in mutuo confessio de recepto, & renunciatio non numerata pecunia iure nostro admittuntur. l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia: ergo & in censu admitti debent. Vtraque tamen ratio iudicio meo non habet magnam vim. Quo circa licet hoc reliquerit cogitandum Petr. Foller. in pragmat. Regis Alphonsi de cens. verb. Quæ quidem executio num. 51. in superiori sententia persisto, & sentio confessionem de recepto & renunciationem non numerata pecunia inutilem esse in censu. Quia ex natura sua contractus iste requirit tempore, quo fit, pretium præsens & numeratum. Neque ad rem facit, quod aliquando vtile possit esse debitoribus ea forma se ad censum obligare. Quia non quod expedit, sed quod licet, inspiciendum est. Cum ergo natura veteret non præsentem pecunia censum creari, plane utilitas, aut commoditas debitorum nihil debet, nec potest efficere in contrarium. Præterea inter mutuum & censum longa differentia est. Quoniam debitum ex alia causa transfundi potest in mutuum. l. si quis nec causam. l. certi conditio. §. deposui. l. quod si ab initio. l. rogasti. l. singularia. ff. si certum petatur, etiam pecunia non præsentem, ut docet Vlpianus l. C. in d. l. singularia, ibi, *Ut cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & conuenierit, ut crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & a me ad te profecta*, & ibi docet Accurs. in verb. profecta, & omnes Doctores communiter, ut testatur Ias. n. 2. 4. & 5. Ideoque mutuū ad sui validitatem & substantiam non desiderat, neque exposcit rei mutuatæ præsentiam, & actualem traditionem.

Sed

sed ex alia causa debitor in censum conuerti non potest, quia ex propria vi, atque natura census exoptulat fieri pretio presentis, & numerato. Est enim iuri, & rationi naturali contrariam, ut venditor pendat redditum eius, quod non accepit. Et licet antea acceperit, tamen quia contractus ex propria vi, petit celebrari pecunia presentis, non potest confici, neque creari ex quantitate antea debita, nec momentū habere potest confessio de recepto, quæ longe distat à presentia, & vera numeratione, & licet qui confiteretur, forsitan receperit tamen, quia census est contractus suspiciosus, procul ableganda est quælibet etiā minima doli, fraudis, & simulationis suspicio. Equidem sciorem hanc visuram per multis nouam, & de veritate suspectam, omnibus tamen satisfacere nemo potest. Cuperem autem, ut lector veri videndi studiosus, & appetens libret diligenter, omnique affectu deposito singulas rationes, quæ in eandem sententiam impullerunt animū meum. Quod si fecerit spero futurū, ut hæc nostra sententia placitura sit. Admoneoq; iudices amatores iustitiæ, & æquitatis, ut cū se obtulerit occasio, nō tam quod inueterata opinione absq; ratione percrebuit apud vulgus, quam quod natura dicit, & ratio manifestissime demonstrat inspiciant, & attendant. Quis enim non dixerit instrumentum, in quo venditor census confiteretur se pecuniam recepisse, & renuntiat exceptioni non numeratæ pecuniæ esse de simulatione, fraudeque suspectū? nullus profecto? Quis ergo prudens iudex mādabit executioni instrumentum apertam ex se fraudem, & simulationem ostendens? Et præsertim in contractu censuali, in quo omnes iuris diuini, & humani professores clamant, & exclamant propter magnam eius cum usura similitudinē, & affinitatem repellendam esse quantulamcunque suspicionem mali, quia in habentibus symbolū facilis est transitus. Hincque illicitam arbitror esse eam

formam conventionis, qua tempore, quo datur pecunia ex mutuo deposito legato, vel alio titulo, & contractu agitur, ut nisi infra tale tempus soluatur, debitor promittit, & constituit redditum ad rationem vnius pro quatuor decim, quoniam tempore quo incipit redditus currere, pecunia presentis nō est, illam tamen sæpe numero vidi approbatam regio diplomate.

¹⁶ Quinta conditio est, quod venditor census libere possit illum in totum, vel in partem redimere, adeo ut Nauarrus d. commentario resolutorio de usuris. notab. 22. num. 78. existimet pactionē in contrarium adiectā, prout frequentissime solet fieri, nedum iniustam, sed usurariam esse. Quoniam ea pactio continet grauamen ex parte venditoris, ratione cuius minus iusto pretio videtur census constitutus. Consentit in eandem sententiam Michael de Palacio libr. 4. praxis Theologicæ cap. 6. pagina 310. colu. 1. versiculo commemorant item, Maurus Antonius Bernarducius vbi supra. Dominus autem Francisc. Sarmiento libro 7. Selectarum interpretationum cap. 1. num. 28. versicul. tertia conclusio defendit eleganter pactionē qua conuenit, ut venditor census non nisi integre valeat redimere censum, nullam utique vitium continere, imo conformē esse iuri cōmuni, quod probat ex text. in l. tutor §. Lucius ff. de usuris, vbi text. ait in hæc verba: *Lucius Titius cum centum, & usuras aliquanti temporis deberet minorem pecuniam, quam debebat assignauit. Quæro an Titius pecunia, quam assignauit usuras prestare non debeat?* Modestinus respondit, si nō hac lege mutua pecunia data est, ut liceret, & particulatim quod acceptum est, exolvere, non retardari totius debiti usurarum præstationem, sed cum creditor paratus esset totum suscipere, debitor, qui in exolutione totius cessabat, solam partem deposuit.

Ex quo textus apparet soluta parte sortis adhuc currere usuras totius indeque

Libet Primus

neque infertur pactiohem, vt nō liceat in parte redimere censum conformem esse iuri cōmuni. Et præterea, quia debitor quantitatis inuito creditore, non potest solutionem diuidere, neque partem præstare. l. 2. §. & harum. ff. de verbo. obligatio. l. cum hæres. §. penult. ff. de statu liberis, ibi. *Item si decem hæredi dare iussum fuerit, hæres etiam per partes accipere fauore libertatis cogendus est*, quibus verbis Paulus I. C. aperte docet, quod nisi fauore libertatis nō potest cogi creditor per partes solutionem admittere, & obseruat curiose aduersus Fulgosi. & Alciatum, Dominus Franciscus Sarmiento lib. 6. Selectarū interpretationum cap. 17. per totum.

Idem probat textus in. l. ob signatio. C. de solutio. docentque Negusantius de pignori. 2. par. 3. membr. 5. part. principa. num. 17. Tiraquel. de retract. conuentio. §. 4. gloss. 4. professi Doctorum esse commune placitū. Sed census venditor quantitatis, & pretij debitor est. Igitur etiam omni pactiohem cessante inuito creditore, non potest censum in parte redimere.

Denique sententiam hanc Domini Francisci Sarmiento coadiuuat ea ratio, quia si liceret redimere cēsum per partes, cōtractus esset in magnum emptoris detrimentum: sed inæqualitas & iniustitia est grauare vnum ex contrahentibus magis, quam alterum: Ergo venditor nequit censum redimere per partes, & hanc sententiam magis amplectuntur Francisc. Garfias dict. ca. 4. Didac. de Spino. in suo speculo testamentorum 13. p. gloss. Rubricæ num. 37. Iosephus Angles in florib. Theologica. quæstion in lib. quarto sententia. in quæstione de censibus 7. cōditione. Et quanuis passim à tabellionibus adijci in instrumentis contractuum censualium pactio soleat, quod nequeat venditor redimere, nisi reddito pretio integre, tamen esse iniustam, tradunt Soto lib. 6. quæst. 5. artic. 3. conclus. 4. Namar. dict. com. num. 85. Piçarro ad sta-

tu. de Quaculupo cōditione 3. gloss. *en todo, o en parte*, referens plures ita sentientes. Albornoz de arte cont. lib. 3. titul. 2. *del cense al quitar*, doctrin. 3. Gutierrez dicto libr. 2. quæstione 174. & ipse magis probo. Tum quia Martinus Quintus, & Calixtus Tertius, expresse desiderant venditori, dari facultatem liberam extinguendi, & redimēdi censum in toto, vel in parte. Tum quia hæc adiectio continet non modicum onus, & grauamen ipsius venditoris. Quare si datur maius pretium cum illa cōditione, contractus licitus, & iustus est: sin vero idem pretium datur, quod sine illa daretur, cōtractus est iniustus omni iure. Nec me mouent peracutæ rationes Domini Francisci Sarmiento. Quoniam peculiare hoc est in censu: eo præsertim, quod similis adiectio contineat (vt dixi) grauamen æstimabile pretio, & velut diminuens liberam facultatem redimendi, qua vna maxime consistit iustitia contractus censualis.

Placet autem, quod idem Dominus Franciscus Sarmiento resoluit dict. capit. 1. num. vltim. vt si conueniat inter creditorem, & debitorem, quod valeat census redimi particulatim ad dimidiā, tertiam, quartam, vel quintam partem qualibet vice, propter hanc pactiohem non possit diminui de pretio legitimo. Quoniam pactum quodlibet vtilitatem continens pars pretij est, leg. fundi partem. ff. de contrahend. emptioe, & pecunia cum functionem recipiat, eandem vtilitatem affert in parte, quam in toto respectiue; ideo si alia æstimatio fiat ratione partis, erit vsuraria. Et accedit alia ratio, quia cum actui à principio, & sua natura insit facultas redimēdi censum in parte, vt resolutum est superius, nihil interest illam expresse pacto concedi.

Igitur non obstante quacunque pacto venditor censum in parte redimere poterit. Sed an creditor cogi debeat quartam, quintam ve partem for-

ris principalis admittente, an vero debitor, si velit solutionem diuidere, teneatur omnino dimidiam partem creditori præstare, non erit inutile explicare.

Et dici potest, quod si velit debitor centum particulatim redimere, debeat dimidiam fortis persolvere, nec minorem partem possit cõpelli creditor accipere. Quoniam prima, & secunda Extrauaganti de emptione, & venditione inter communes venditori facultas cõceditur extinguendi, & redimendi censum in totum, vel in parte: at vero partis appellatione prolata sine aliqua adiectione venit dimidia pars leg. etiã partis ff. de usu fruct. cap. 2. §. primo de decimis libro 6. leg. nomen filiarum §. portionis ff. de verbo. significatione, glossa in Clementina prima de verbo. significatione, Bartol. in leg. interdum §. pater ff. de hæredi. instituendis, Baldus in cap. primo in fine de controuersia feudi, Bartol. in leg. 1. C. quando, & quibus quarta pars debeatur libro. 10. Antonius Corsetus singulari verbo. pars, & Aluisius de Albertis singulari. 233. late Alciatus Rebuff. & Bræcheus in dict. leg. nomen filiarum §. portionis de verbo. significatione. Sed contrariũ tenet Piçarrus, quem post hæc scribitur uidi in Extrauagantem Calixti Tertij gloss. in illorum censens debitorem minorem, quam dimidiam posse redimere, motus ex illis verbis eiusdem Extrauagantis.

Quod ipsi pro rata, qua huiusmodi per eos receptam dictis ementibus restituerent in toto, vel in parte pecuniam, &c. que si accurate perpẽdatur eius sententiam non probant, quam non graua bor sequi eo maxime, quod ex onerationem cõcernit debitoris, & in hæc partem inclinat Alborno libro tertio, titulo tertio, doctri. 3.

Sexta conditio est, quod venditor ad redimendum censum minime obligetur. Quam esse necessariam omnes consentiunt. Alioquin non esset cõsus, sed mutuum, & contractus inuolueret,

contineretque usuram, de quo capite. 4. & 7. late tractatum est.

Septima conditio, quæ à Carrança, & Nauarro connumeratur inter necessarias ad censum est, quod pereuntibus prædijs pereat extinguaturque omnino census ipse, idemque frequentiori calculo Doctores tam Theologi, quã interpretes iuris approbasse videntur, ut agnoscit Matienço g. offa prima in l. 1. tit. 15. de los censos libro 5. nouæ Cõpilatio. Gregorius Lopez in leg. 28. titulo octauo part. 5. gloss. a censo, limitatione prima Parladorius rerum quotidiana cap. 3. numero 53. dicens esse magis communem opinionem Aluarus Valaf. dict. cap. 31. numero 11.

Pro qua sententia vulgo solent circumferri aliquot argumenta & in primis, quod ex censu causatur in re ipsa ius quoddam reale, ut censuit Ioannes Faber in §. Item Seruiana columna 9. insti. de actioni. Speculator in titulo de emphyteuti. §. nunc aliqua versiculo. 86. Gregorius Lopez, & Parladorius ubi proxime & numero 52. Simãcas de Catholicis institutio. titulo. 9. numero 130. Auenda. responso 12. Padilla in l. prædia C. de fideicommissis, Antonius Gama decisione Lusitana 145. Petrus Salazar dict. tractatu de usu, & consuetudine capite 11. & multi alij quorum memini ca. 4. huius libri, ac proinde re perempta, prædioque absumpto & pereunte necessario debet perire, extinguere, resolui, & cõsumi ipsum ius ex cõsu productũ, & causatũ in re ipsa. Destructo enim fundamẽto corrui adificiũ c. cũ Paulus prima q. 1. & corrupto subiecto corrupti accidẽtia inhærentia illi docet Phylosophorũ schola cõmunis. Et facit quod destructa, & pereuntere emphyteutica perit emphyteusis leg. prima, & ibi notant omnes C. de iure emphyteutico. Præterea conducit ad propositum, quod census est vera emptio, & venditio, & res empti, quæ interijt post traditionem, emptori perit, & non venditori, lege prima & per totum ff.

Liber Primus

& C. de pericu. & cōmodorei. vēdite
Tertio, quia licet venditor census iuste se suaque obligare possit ad affecurandum prædium, in quo est census cōstitutus, esse suum, quia iure ad id tenetur ratione euictionis l. r. & per totū ff. & C. de euictioni cap. vlt. de emptio ne & venditione: non tamen ex eo infertur, quod se possit obligare ad soluē dū censum illi prædio impositum, quāuis illud pereat, quoniam id videtur esse iniustum. Et quemadmodum venditor prædij alicuius tenetur ad præstandam cautionem de illius euictione: nō tamen tenetur præstare cautionem & securitatē de soluendis fructibus illius, quauis pereat: ita debitor census licet possit cauere fundum esse suum, non tamen tenetur redditus persolvere ultra durationem rei censui suppositæ. Quarto hæc sententia probatur ex constitutione Extrauaganti Pij Quinti de forma creandi census, qua summus ille Pōtifex decreuit expresse re perempta in totum censum perimi in totum, & perempta in parte censum corrumpi & extinguī in parte. Contrarium vero defendunt valide autores omnes, qui census personales iustos, & licitos esse contendūt, quorum numerum retulī superius. Pro qua parte proposita argumenta cōuincunt rebus peremptis adhuc venditorem obligatum manere ad præstationem pēnsionis annuæ. Hancque sententiā apud nos magis seruari testatur Matienço dict. gloss. r. numero quinto ad finem, & magis veram esse mihi semper persuasi, defendi que tam legendo, quā consulendo, & patrocinando. Nec refragantur Extrauagantes Martini Quinti, & Calixti Tertij: quoniam Pōtifices isti solum docent rebus peremptis non posse venditorem cogi, nec cōpelli ad censum redimendum, extinguendumque: imo si verba eorum expendantur diligenter, aperte videntur demonstrare adhuc rebus absumptis, & deperditis manere integram actionem ipsam ad redditus annuos exigen-

dos, prout expendunt Soto, & Couarruias, & ipse animaduerti supra hæc capite verliculo & quod Martinus Quintus.

Neque obest, quod census sit ius reale affixum & inhærens prædio. Quoniam de hac propositione sub iudice adhuc lis est, nec ratione efficaci nec textu ita esse probatur. Et quauis ita esset, nihilominus iure optimo defenditur rebus peremptis adhuc manere & perdurare obligationem ad exigendas pensiones annuas.

Quoniam vt resolui cap. quarto huius libri, census contractus personalis est, & in eo obligatio personalis principalis est, ac proinde sublata de medio obligatione fundi, propter eius peremptionem & interitum, manet obligatio personalis, quæ non dependet ab altera, sed per se ipsam, & proprijs radicibus suffulta consistebat.

Quod vero res pereat emptori, non venditori, nihil facit, nullumque momentum habet. Quia firmissimis vt opinor fundamentis comprobatum est, in censum non abire dominium rei, nec utile, nec directum in emptorem. Ideoque nihil interest si res ipsa pereat. Nec venditor cauet certos futuros fructus fundi, sed certas futuras pensiones annuas, quas promittit. Nec repugnat, quod rei periculum in se suscipiat, vt scribit eleganter Paulus Parisius consilio 75. numero 31. volumine quarto. Quanto magis quod census venditor non promittit redditum, eiusque solutionem ultra durationem & conseruationem rei, sed solum obligat se ad præstandas annuas pensiones vndecunq; sit.

Extrauagantem autem constitutionem Pij Quinti non esse vsu receptam dixi sæpenumero, ideoque in his regnis ab ea non sumitur efficax argumētum, nec si recepta esset multum impediret. Et præsertim attenda forma vulgari, & frequentissima creandi census.

Etenim animaduerti superius hoc c. versi. quinimo stāte motu proprio, Piū
Quin-

E P I T O M E

Capitis noni.

Quintum non promississe censum per
formam, & bona generaliter in censu obli-
gari: sed disposuisse dumtaxat ut in re
certa, suisque limitibus circumscripta,
& definita census imponatur.

Quo circa censu constituto in re cer-
ta non contra, sed præter formam ex-
trauagantis illius est, ut persona, & bo-
na obligetur, ac proinde valebit, & sub-
sistet obligatio personæ, & generalis
bonorum.

Ex quo sequitur, quod quando Pius
Quintus disponit re perempta censum pe-
rimmi, loquitur de censu creato in sola re:
nec complectitur eam speciem, cum adij-
citur præter formam Extrauagantis obli-
gatio personæ, & generalis bonorum,
quare cum quotidie census ita forme-
tur, ut expressis certis rebus persona, &
res obligetur, plane fit consequens stan-
te adhuc Motu Proprio Pij Quinti re-
vna, nec pluribus peremptis non peri-
mi censum, sed manere in alijs comprehen-
sis in generali hypothecæ vel in persona.

Ex quo dissentio à Petro de Salazar
dicto tractatu de usu & consuetudine ca-
p. 11. nu. 91. dum argute probare nititur
in censu locum habere sterilitatem: ad-
uersus enim eius sententiam eximium
momentum habet quotidiana praxis, qua
ubique locorum receptum est non cu-
rari fundi suppositi censui sterilitatem,
ut scribit frater Franciscus Garfias dicto
tractatu de contractibus. 2. par. cap. 4. Nec
recte sentit Petrus de Salazar in censu
emi, & vendi fructus prædij, ideoque de-
bere sterilitatis remedium admitti. Quo-
niam cap. 4. huius libri copiose, & effi-
caciter, ut opinor, probavi eam traditio-
nem à veritate longe alienam esse.

Octava vltimaque conditio est, ut fru-
ctus fundi æquent, vel superent censum
eiusque redditum. De qua dict. 4. cap.
& quia ut Iuuenalis scribit.

*Fastidit miseros Crambe repetita Ma-
gistros.*

Eius explicationem libenter ommittam
referens lectorem ad ea, quæ in dicto
capite dicta sunt.

- 1 **V**bi hinc inde propositis
argumētis differitur, an
Motus Proprius Pij V.
de forma creandi census,
potuerit apud Hispanos non recipi
moribus.
- 2 *Leges humane non obligant, nisi sue-
rint moribus aptæ, siue in iudicio
animæ, siue in foro exteriori.*
- 3 *Transgrediens legem humanam, siue
ciuilem, siue Canonicam non recep-
tam vsu, non peccat, nec mortaliter,
nec venialiter, & ratio constituitur.*
- 4 *Egregia quedam difficultas propo-
nitur aduersus superius tradita, &
resoluitur Pij V. Proprium Motum
nullatenus in Hispania obligare.*
- 5 *Proprius Motus Pij V. de forma
creandi census, nec seruandus est in
foro Ecclesiastico, quia principio non
fuit vsu receptus.*
- 6 *Iterum obseruat autor nullos esse con-
tractus censuales factos non præsen-
ti pecunia, nec posse mandari execu-
tioni instrumenta, in quibus non præ-
bet tabellio fidem de actuali nume-
ratione pretij.*
- 7 *Inutilis est in contractu censuali con-
fessio de recepto.*
- 8 *Referuntur omnes conditiones, quæ
à Pio V. desiderantur ad iustitiam
census.*
- 9 *Non stante Proprio Motu Pij V.
non est necessaria scriptura in cen-
su.*
- 10 *Qui diuino tempore censum per-
soluit, cogetur in futurum soluere, etiã
si nulla intercesserit scriptura.*
- 11 *Pactum de anticipatis solutionibus
in censu continet vsuram.*
- 12 *Copiose differitur, an census minus
iusto pretio constitutus sit nullus aut
validus, sed reducendus ad presum-
legitimum, & resoluitur esse nullum.*

Liber Primus

- 13 *Valet generalis casuum fortuitorum renuntiatio.*
- 14 *Ostenditur à Pio Quinto non improbari pactiōem de percipiēdo lucro cessanti.*
- 15 *Non valet conuentio, vt si debitor ad certum diem non soluerit, pro singulo quoque die soluat vnum aureum, aut aliam pecunię quantitatem.*
- 16 *Creditor solas poterit exigere expensas, quas fecit, & probauerit liquido se fecisse.*

CAPVT IX.

De Proprio Motu Pij Quinti, & conditionibus in eo requisitis ad iustitię censuram.

PIUS Quintus immortalis cōmendatione dignissimus Pontifex, anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono 14. Kalendas Februarij edidit, promulgarique fecit constitutionē Extrauagantem, seu Proprium Motum de forma creandi census. In quo plures conditiones necessarias diffiniuit ad iustitię, & validitatem huius contractus, quam à Martino Quinto, & Calixto Tertio fuerint desideratę, & præscriptę.

De cuius praxi, & obseruatione in hoc Regno ingens erat alteratio, & cōfussio. Multi enim iudices summa diligentia illum obseruari curabant, & iuxta eius tenorem passim ferebant sententię. Alij tanquam vsu, & moribus nō receptum respuebāt, ducebantque pro nihilo.

Ex quo sæpe numero contraria iudicia, pugnantēque sententię de eadem re videbantur. Atque cum hoc ipsum Rempublicam varijs, molestissimisque litibus turbaret, in cōmitijs habitis Madridi (quę mihi patria est mea vita charior) perfectis anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, suppli-

caturus est Rex domino nostro, vt declararet, an Extrauagans illa constitutio seruanda esset in his Regnis: & capite secundo responsum est eum Proprium Motum Pij Quinti non esse receptum, & ab illo supplicarū per Regium Fiscalem supremi Consilij, ab eoque die omnis turbatio conquieuit, desijtque Extrauagans illa omnino mandari executioni. Quod multis viris doctis, & pijs nō leuem scrupulum ingessit. Cœptumque est renocari in dubitationem, an recte Rex dominus noster potuerit suspendere vim, effectum, & obseruationem constitutionis istius.

Non enim desunt argumenta, & rationes pulchrę, quibus persuaderi possit, adhuc recipiendam, & obseruandam esse, peccareque mortaliter transgressores, & violatores eius legis.

Et in primis facit quia lex facta à Romano Pontifice de his, in quibus vertitur animę periculum, etiam si non contineat legem naturalem, nec diuina debet seruari in toto orbe Christiano in vtroque foro, & vbi que gentium capit. vltim. de præscriptio. cap. cum sit generale de foro competenti capit. nouit de iudicijs, capite cum contingat de iure iurando, cap. licet mulieres eodē tit. lib. 6. capit. quauis pactum de pactis, eodem lib. cap. 1. & 2. de secundis nuptijs, capite tanta, qui filij sint legitimi, & docet glossa celebris in regula possessor de regulis iuris, lib. 6. quam dicit esse receptam Nauarrus in dict. comentario de vsuris num. 106. Sed Extrauagans cōstitutio Pij Quinti, de forma creandi census lata est circa ea, in quibus vertitur maximum periculum animę, & ad tollendas fraudes, simulationes, & captiones plurimas, quę ex se gignere multa peccata mortalia videbantur, vt perspicue deducitur ex eadem Extrauaganti. Igitur omnes fideles mundi ligat, omnes Christianos comprehendit, & omnino, ac necessario in vtroque foro seruari debet.

Secundo

Secundo licet vtriusque potestati Ecclesiastica, inquam, & seculari sit commune legem condere constituendo, & decernendo, an hoc, vel illud sit iustum, & æquum, iniustum, & iniquum, quia id pertinet ad rationem naturalem: tamen legem condere decernendo hoc, vel illud esse mortale peccatum, solum spectat ad potestatem supernaturalem, quam Christus seruator noster primus instituit, deditque Petro Apostolorum Principi, & in Petro omnibus Romanis Pontificibus eius successoribus, Matthæi 16. & 18. Ioannis 18. & ultimo. Lucæ 22. capite in nouo 21. dict. cap. quodcumque 24. quæst. 1. capit. Solite de maiori parte, & obedientia, capite nouit de iudicijs, capite peruenerabilem, qui filij sint legitimi, capite ad Apostolicam de re iudicata, lib. 6. capit. ita Dominus 19. dict. cap. omnes 22. dict. capit. cum ad verum, capit. bene quidem 96. dict. Extrauaganti vnam sanctam de maiori parte obedientia. Ideo quæ; de iuramenti robore, & validitate sola potestas supernaturalis habeat autoritatem decernendi, & similiter sola Ecclesia constituere potest, & declarare an hic, vel ille contractus sit usurarius: an hoc vel illud sit hæreticum, vt sapienter notat Nauar. in pulchra repetitione, tex. in capit. nouit de iudicijs. 6. notabili in principio, nu. 11.

Sed Pius Quintus cum præscripsit formam increando censu decreuit contractum aliter contractum, non tantum esse iniustum, & illicitum, sed foeneratiuum, & usurarium, ac proinde continere mortale peccatum. Clemetina ex graui. §. sane de usuris. Ergo constitutio isthæc vt facta à Principe habente potestatem condendæ legis de re ad suam dumtaxat spectante iurisdictionem firma, stabilis, ac valida esse debet, & omnes fideles obligare, & eo maxime, quæ lex condita à Romano Pontifice, circa spiritualia admittenda, & seruanda est omni cura, & sollicitudine in vtroque foro, capite vt Inquisitionis. §. ultimo, capite penultimo, & ultimo de hæreti-

cis, libro 6. capite penultimo, & ultimo, de secundis nuptijs, & cum hæc fuerit edita, & promulgata circa spirituale dubium, an scilicet constitutio census sit peccatum, reijci non potuit Tertio, quoniam, etsi nostri iuris professores in varias opiniones diuidantur, an usura sit crimen mere Ecclesiasticum, vt late tractant Panormitanus, Marianus Socinus, Felinus, & Mantua. in capite cum sit generale de foro competente, Rolandus à Valle, consil. 75. numer. 14. & sequentibus volum. 1. Auen. daño. 2. part. capite 27. Couarruias lib. 3. variarum capit. 3. numer. 1. Mascard. de Iudæis. 2. par. capit. 11. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. usura, & §. practica criminalis, quæst. 37. num. 2. Octavianus decisione Pedemontana 137. Didacus Perez in l. 3. titul. 8. libro 3. ordinamenti, glossa *exceptio de usura*, tamen in eam sententiam omnes consensisse videntur, vt potestas condendi legem decernendo aliquem contractum esse usurarium priuatiue, & in solidum spectet ad summum Ecclesiæ Antistitem, eiusque definitio ab omnibus teneri firmiter, & inuiolabiliter obseruari debeat. Non ergo Hispania vna omnium Christianissima Prouincia, & deuotissima Sedis Apostolicæ debuit detrectare Imperium Romani Pontificis, eiusque legem iustam, sanctam animarum salutis, & Reipublicæ paci, quieti, & tranquillitati consulentem non suscipere.

Quarto in hanc rem mirum in modum conducit locus ille Gregorij Papæ III. in Epistola vniuersis Episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & vniuersas Prouincias constitutis, cuius initium habetur in Epistola Anastasij secundi ad Anastasium Augustum, capite 6. & refertur à Gratiano in capite præceptis 12. dist. licet in vulgatis Codicibus Gregorio I. tribui videatur. Sic enim ille Pontifex ait. *Præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ à sancta Romana*

Libër Primus

mana Ecclesia, & Apostolica auctoritate visa sunt salutifera impleantur, si eiusdem Sanctæ Dei Ecclesiæ (quæ est caput vestrum) communionem habere desideratis. Quibus verbis perspicue nocet Gregorius Papa Quartus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ non habere communionem, qui imperium, iussa, & leges salutiferas illius recusat admittere. Et facit, quia omni iure subditus tenetur implere iussum, & præceptum iustum superioris, ut constat ex illo Proverb. 6. capit. *Conserua fili præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tue.* Deuteronom. 17. *Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusq; populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.* Et lib. 1. Regum cap. 13. *Qui non obedierit Principi, morte moriatur,* cap. 2. de maiori-
te, & obedientia, Matthæi 10. *Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorum, vel Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati,* & Lucæ 10. *Qui vos audit, & me audit: qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me,* & Matthæi 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei, quæcunque dixerint vobis, facite.* Pauli ad Roman. 13. *Omnis anima subdita sit sublimioribus potestatibus. Non est enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt ipsi sibi damnationem adquirunt,* capite omnis anima de censibus, cap. qui resistit. 11. quæst. 3. & ad Titum 3. *Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Et ad Hebr. 13. *Obedite præceptis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigi-*

lant, quasi *bonum pro animabus vestris reddaturi.* Sed cum Pius Quintus in creando censu formam, modumque definit, præcipit rem iustam, ut manifestum est. Ergo fideles omnes paratissimi debent esse obedire Romani Pontificis præceptis, & qui recusant, omnem legem palam transgrediuntur.

Quinto facit doctrina Hostiensis in cap. 1. de tregua, & pace pro constanti affirmantis legem præceptiuam nõ definire obligare ex eo quod non sit moribus, vsuque recepta. Cuius sententia quantum ad leges Ecclesiasticas eo argumento valide probatur. Nã, etsi auctores Pontificij crebrius iuerint in eam, opinionem, ut existimauerint Christum optimum, & maximum auocasse à principibus, & magistratibus seculi potestatem naturalem, eamque simul cum supernaturali concessisse Petro, & in eo omnibus Pontificibus Maximis, & ab eis seculi principibus traditam exercendam retento habitu. Ut docent Panormitan. num. 11. Imola numer. 8. Decius num. 7. Alciat. num. 25. in cap. nouit de iudicijs, Berous in Rubrica de appellationibus, num. 17. & in cap. 1. num. 36. de probatio. & dicunt communem Nauar. in dict. cap. nouit. 3. notab. num. 17. Couar. in reg. peccatum de regulis iuris lib. 6. 2. par. § 9. numer. 7. Alfonso Guerrero in Thesauo Christianæ religionis, cap. 5. & 6. Dominic. de Soto lib. 4. de iustitia, & iure, quæst. 4. artic. 1. Iacobus Menochius in causa Finariësi, num. 156. Lancelotus, Conradus in templo iudicum, lib. 2. capit. 1. §. 1. quæst. 1. Lælius Iordanus de maioribus Episcoporum causis ad Sedem Apostolicam deferendis, & de origine Pontificiæ potestatis, & præsertim nu. 36. & placuit D. Thom. lib. 3. de regimine Principum, cap. 14. & 15. Tamen magis est, ut secularem, & naturalem potestatem Christus non auocauerit à Principibus seculi, nec illam dederit summis Ecclesiæ Pastoribus, sed illa post Christi aduentum & mortem mæserit penes magistratus, & Prin.

& Principes secundum eundem modo, quo et in Reub. & penes illos ante Christi aduentum, vt copiose defendunt Alphonsus à Castro lib. 1. de potestate legis pœnalis, cap. 1. & 2. Soto dict. quest. 4. art. 4. Nauar. & Couarru. vbi supra. Francisc. Victoria in relectione de potestate ciuili, frater Antonius de Cordoba lib. 1. questionarij, quest. 57. dub. 3. Martinus Ledesma in secundam 4. quest. 20. artic. 4. fol. 302. ex quo sequitur, quod cum Deus noster potestatem naturalem dederit communitati mortaliū mediante lumine naturali, & ab ea fuerit translata, & transfusa in Principes, & magistratus, populus, & Respub. retineat in se habitum, & radicem illius, vt etiam docuisse videtur text. in l. 1. ff. de constitutio. Principum, & in §. sed, & quod Principi placuit instu. de iure naturali, ac proinde lex secularis nō aliter vim habeat, quam si fuerit à populo & Respub. recepta.

Cum autem potestatem supernaturalem Christus immediate dederit Petro, & in Petro omnibus eius successoribus, & ab eis vt à capite, & fonte deriuetur in omnes Prælatos inferiores, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos priuatiue, cap. ita Dominus 19. d. cap. nullus 1. & 2. 9. quest. 2. cap. 1. 22. dist. capit. ad decorem de autoritate, & vsu pallij, cap. mandata de præsumpti. plane quantum ad vim, effectum, obligationem, & necessitatem legis Ecclesiasticæ nihil refert, quod populus receperit, aut non, alias potestas Pontificia, autoritas Sedis Apostolicæ, eiusq; obedientia penderet ex arbitrio inconstantis, & imperitæ plebeculæ, quod absurdum est dicere.

Sexto in hanc partem plurimum confert Bartol. sentent. in l. omnes populū num. 53. ff. de iustit. & iure. Vbi docet appellationem nō impedire, neque suspendere vim, & effectum statuti, quod generaliter factum est, & nō de aliqua persona particulari per text. in l. 2. §. ex actis, vbi Zasius, & Cagnol. ff. de origi-

ne iuris, & in l. si qua poena ff. de verbo. significa. & in l. vltim. ff. de appellationibus recipiendis, vbi etiam notat ipse Bartol. eamque doctrinam testantur esse frequentissime receptam Ioannes Crotus ad finem, & Oroscius, nu. 152. in dict. l. omnes populū, lasso col. 1. & Claudius de Seyfello 2. in l. 1. ff. de legibus, lasso in l. ciuitas nu. 10. ff. si certum petatur Felinus, Decius, Andreas ab Exea, & Marcus Mantua. in capite cum omnes de constitutio. Si ergo vim statuti particularis appellatio non suspendit, profecto dicendum apparet supplicationem interpositam à Proprio Motu de forma creandi census, non potuisse impedire effectum legis generalis, & factæ à Pontifice Maximo, cuius obedientia non pendet à subditis.

2 His tamen non obstantibus iure defenditur eam extrauagantem constitutionem in his Regnis nullam vim habere, nec vllum vitium, peccatum ve committi, non seruando dispositionem illius. Nam etsi antiquis temporibus res fuerit controuersa, vtrum leges humanæ desinant obligare, ex eo quod à principio non fuerint vsu receptæ.

Tamen magis placuisse videtur, vt omnis lex humana etiam præceptiua, siue Canonica, siue ciuilis non obliget, vimque non habeat, siue in iudicio animæ, siue in foro exteriori: si non fuerit recepta moribus vtentium: ideoque illi contrauenientes nullam culpam committant. Vt tradidere Glossa, Innocen. Gosfred. Ioannes Andre. Calderi. Butrius, Cardina. Panormit. & Felinus in cap. 1. de tregua & pace, Præpositus in capite quia circa, de consanguinitate, & affinita. Ancharra. consil. 278. Imola in cap. 1. & in capite vt quisque de vita, & honestate clericorum, & in capite cum olim 2. notabi. de clericis coniugatis. Bald. in l. rem non nouam in fine C. de iudicijs, Bartol. in l. 1. §. sed cum antiquitas. C. de curatore furiosi, Anania in cap. 1. de torneamentis, Archidi. Gemina. & vterque Cardinal. in cap. 1. in istis.

Liber Primus

in istis. §. leges. 4. dist. Paul de Eleazar, Matthæus, & Cardinal. in proœmio Clementinarum, versiculo vniuersitati, vbi docent ad esse legis tria requiri, primum, quod instituat, secundum, quod promulgetur, tertium, quod moribus vtentium approbetur, & si quid horum deficit, non est, nec potest dici constitutio. Syluest. verb. lex. §. 9. Alexand. consil. 6. num. 2. volum. 1. Aretin. in proœmi. inst. §. quibus, Lucas de Pena in. l. euidenter, num. 2. & 3. C. de excusatio. mune. lib. 10. & in. l. prisco. nu. 1. C. de Palatinis Sacrarum largitionū, Petrus Rauenna in in tractat. de consuetudine, sectio. 4. num. 58. Didacus Perez in proœmio ordinationum regiarum, quæst. 12. Iasso in dicta. l. rem nouam, num. 5. C. de iudicijs, Montalu. in l. 10. titul. 11. part. 3. glossa magna ad finem, Ioannes Orosius num. 58. in. l. de quibus. ff. de legibus, Guillel. Benedict. in capit. Raynuntius de testam. verbo, Vxorem nomine Adelasiam, num. 231. Ioannes Segura Daualos in directorio iudicam Ecclesiasti. 2. par. capit. num. 27. Gutierrez de iurament. 1. part. cap. 38. num. 9.

Idque probatur ex tex. in dict. capit. in istis. §. leges 4. dist. ibi. *Leges instituantur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium approbantur,* quibus verbis fit perspicuum legē humanam nō acquirere vires ante quam sit moribus vtentium approbata, quē tex. non solum agere de lege ciuili, sed etiam Ecclesiastica facta à Summo Pontifice constat ex versiculo, vnde illud, vbi refertur decretum Thelesphori Papæ, vt clerici generaliter à Quinquagesima ieiunandi propositum susciperēt, & à carnibus, & delitijs abstinerēt, quia moribus vtentium approbatū non fuit aliter agentes transgressionis reos non arguere, facit tex. in cap. denique, versiculo, hæc etsi eadem distinctione, & in cap. de Syracusanæ. §. Eccles. versiculo, illud autem, Gregorius 28. dist. ibi. *Illud autem Gregorij duobus modis sol-*

uitur: vel quia illa illa, cui Diaco-
nus ille militauerat, nondum continen-
tie votum susceperat in Diaconibus,
& reliquis ministris. Et in cap. de libellis, iuncta gloss. vlt. 20. dict. cap. in Synodo 63. dist. cap. cum olim, de clericis coniugatis.

Quibus testimonijs ostenditur apertissime leges Ecclesiasticas vim nō habere, si vsu, & moribus vtentium non sunt receptæ, & de legibus ciuilib. idem probat text. in. l. 2. in principio. C. de cōsti. pecunia, authenticō de hæredi. & falcidia. §. 1. authenticō. quib. mod. natur. efficiunt. sui. §. vltim. ad finem. l. de quibus. ff. de legibus. l. 1. §. sed & si. C. de veteri iure enucleando. l. 1. in princip. C. de caducis tollendis. §. sed hæc actiones Institut. de obligationibus, quæ ex delicto, & in principio Institut. de testamentis.

Cum ergo constitutio Extrauagans Pij Quinti, de forma creandi cēsus Hispanis moribus recepta non fuerit, plane fit consequens illam non obligare, vim non habere, nec culpa notari posse transgressores illius.

Quod vero non fuerit recepta, quotidiano discimus experimento, & locupletissimum præbet testimonium Regis Domini nostri responsum in præcitato capite sexto committiorum Madridi.

Neque oppugnant hanc resolutionem verissimam, fortissima argumenta superius congesta, quia ad primū respondeo leges Pontificias in his, quæ cōcernūt peccatum, & animæ periculum seruandas esse in vtroque foro, quando sunt moribus vtentiū receptæ, quia tunc firmæ leges sunt, vimque obligatoriam nanciscuntur, alias necessum nō est illas seruare, nec vllum peccatum committitur non seruando, qua ratione satisfit quoque secundo, & tertio argumento.

Quartum non obstat, quia tunc est mortale, vel veniale peccatum, non obtemperare iusto præcepto, & legi superioris

rioris, illamque reuerentiam, quando lex seruari, & custodiri cœpta est, & firmata moribus vrentium.

3 Secus vero vbi à principio desijt obseruari, vt in specie animaduertit Geminianus in cap. in istis. §. leges. 4. dist. cuius verba dicit esse aurea Felinus in dict. cap. 1. de tregua, & pace, num. 12. versusulo intelligere quarto aduertentur, nec momentum habet contraria sententia Hostiensis in dict. c. 1. de tregua, & pace, quia communi voto Doctorum explorata, & reiecta est, vt manifeste constat ex his, quæ proxime resolui. Et licet potestas Pontificia, autoritas Sedis Apostolicæ, eiusque obedientia nõ pendeat à populo, quia vniuersa iurisdictio atque potestas Petro, & in Petro omnibus Pontificibus Maximis, est à Christo immediate tributa, tamen ex eo non infertur legem Pontificiam nõ posse tolli, & abrogari per desuetudinẽ, nec conuincitur non recipientes legem ipsam peccare, quoniam cum summi Præsules Ecclesiæ leges cõdunt ad optimam politicæ Ecclesiasticæ gubernationem, ita demum intendunt obligare ad earum obseruationẽ, cum firmitate fuerint vsu, & moribus vrentium. Quæ voluntas, & intentio colligitur ex eo, quod ita expresserint legibus multis à se constitutis, vt recte notant Geminianus, & Felinus vbi proxime, Syluester verbo lex, §. 9. Similique est in consuetudine. Nã etiam Pontifex Maximus non habeat à populo, nec à Repub. iurisditionem, tamen populus, & Respublic. aduersus legem Pontificiam inducere potest consuetudinem. Quia consuetudini auctoritatem, & consensum præstat ipse Pontifex ex legibus suis, quibus admittitur, recipitur, & approbatur contra sanctiones Ecclesiasticas induci posse consuetudinem. Ideoque soleo desistere in sententiam Canonistarum, & à Theologis discedere existimans non esse necessariam priuatam scientiam Principis, sed sufficere generalem eius cõsentium legibus declaratum suis ad causan

dam consuetudinem. Si ergo legislator ipse non aliter vult legem suam obligare, quam si fuerit vrentium moribus firmata, vtiq; illam non seruans, non peccabit.

Quoniam tota vis, & obligatio legi humanæ defluit, & deriuatur ex voluntate, & intentione legislatoris. Præterea cum Princeps scit legem suam non recipi, non admitti, nõ seruari, cogere, & compellere potest subditos, vt illam seruent, quod si non facit consentire videtur vt non seruent. Quod vero appellatio non suspendat effectum statuti ad rem propositam nihil facit, quoniam cum Extravagans constitutio Pij V. à principio non fuerit admissa, necessum non erat ab illa supplicare.

4 Verum quamuis hæc sint verissima, adhuc non conquiescit animus, reddit enim me anxium: & sollicitum, quod viderim hunc proprium motum à multis iudicibus obseruatum, ab alijs reiectum fuisse in forensibus controuersijs, & Panormi in dict. cap. 1. de tregua, & pace, ibique Felin. 5. declaratione num. 10. Idem Panorm. in cap. cum olim de clericis coniugatis, Butrius, & Præpositi in capite quia circa de consanguinitate, & affinitate tradiderint, quod si à principio aliqui suscipiunt legem in eodẽ loco, aliqui non, & Papa simpliciter sustinet, nec aliquid super illo disponit, lex omnes comprehendit, obligatque eius transgressio ad peccatum.

Sed anxietatem, & sollicitudinẽ animi mei illud repulisse videtur, quod à principio, & permultos annos dispositio illius Motus Proprij in vniuersum, & vbiq; locorum huius Regni non fuit recepta, quousque paucis ab hinc annis cœperunt circa illam excitari maximæ lites, & molestissimæ contentiones. Et præterea, quia maior pars iudicum, tam in supremis quam inferioribus tribunalibus, ab ea lege in iudicando videtur recessisse, quo catu legem etsi receptam ab aliquibus, auctoritate carere commune placitum est nostrorum.

Libor Primus

rum interpretum in dict. cap. 1. de tre-
gua, & pace, sed an in foro Ecclesiasti-
co adhuc seruari debeat, non inepte po-
test dubitari, & quanuis nonnullis vi-
deam placuisse hanc Pij Quinti consti-
tutionem extrauagantem admittendam
esse in tribunalibus Ecclesiasticis, tamē
contrarium arbitror probabilius. Ex eo
primum, quia à principio nec post mul-
tos annos nulla tribunalia, nec suprema,
nec inferiora secularia, neq; Ecclesia-
stica receperunt dispositionē eius Pro-
prij Motus, nec curarūt executioni mā-
dare. Deinde, quoniam sufficit popu-
lam non recepisse legem Ecclesiasticā,
vt clerici ad eius obseruationem mini-
me teneātur, & inter alia hoc nihil pro-
bat tex. in cap. denique. 4. dist. versicul.
hæc etsi legibus. Quo in loco probatur
legem Ecclesiasticam de forma ieiunij
ex eo quod non fuerit moribus, & vtu
populi recepta, vniuersum nō obligare

Postremo, quia si vim aliquam obti-
neret in foro Ecclesiastico Extrauagās
præfacta, ingens proueniret incommo-
dum, magnaq; confusio oboriretur, ma-
xima quoque inæqualitas personarum.
Etenim confecto instrumento census,
non iuxta formam à Pio Quinto descri-
ptam, sed iuxta modum solitum, & con-
suetum, clericus debitor non posset ad
redditus conueniri coram iudice Eccle-
siastico: at clericus laicum debitorem
coram seculari iudice exigere posset.

Quod tamen admittendū non est:
nam clerici, & laici non debent hac in
re diuerso iure censerī, & pati, Ecclesia-
sticæ personæ tenentur legem, quā vo-
lunt erga se laicos seruare, argumento
text. in l. 1. & per totum. ff. quod quis-
que iuris, capite cognoscentes de consti-
tutio. faciunt, quæ notant Bal. in l. de
quibus, num. 26. ff. de legi. & in l. omni-
nouatione. C. de sacrosanctis Eccles. &
in l. 1. 6. quæst. C. de contrahen. emptio-
ne, Cuma. consil. 83. colum. 1. Panorm.
In repetitione tex. in cap. Ecclesia San-
ctæ Mariæ de constitutio. numer. 51. &
52. & consil. 6. volum. 1. Alexan. consil.

99. num. 15. & 20. nu. 4. volum.
2. & ibi Carolus Molineus, Socin. consil.
36. & 97. num. 3. lib. 1. Perus. in regul.
possessor, num. 11. de regulis iuris lib.
6. Balb. de præscrip. 1. par. 5. partis prin-
cipa. colum. 4. versic. quinto fallit. De-
cius consil. 452. num. 14. Ripa libro. 1.
responsio. capit. 4. numer. 5. Tiraquel.
lib. 1. de retract. 9. 1. gloss. 13. numer. 7. v
Qui vnanimi consensu docent, quod si
clerici, vel Ecclesia vti volunt consue-
tudine, vel statuto cōtra laicos, & aduer-
sus se quoq; laicos vti cōsentire debēt.

Ideoque instrumenta guarentigia
in foro Ecclesiastico, cōtra clericos ha-
bent executionem paratam, vt resoluit
Covar. in pract. capit. 8. num. 5. Didac.
Perez in l. 4. titul. 8. lib. 3. ordinamenti,
gloss. 1. versicul. vtrum autem, Gonça-
lus Suarez de Paz in praxi. 3. par. 2. to-
mi, capit. vnico, num. 1. & consuetudi-
ne retrahendi bona iure sanguinis vtū-
tur clerici, & actiue, & passiue, quem-
admodum tradidere Cisuentes, quæst.
51. Palacios Rubi. num. 15. & 16. Ca-
stillo glos. magna colum. 5. Antonius
Gomez num. 7. in l. 70. Tauri, Gregor.
Lopez in l. 55. glossa penult. titul. 5. par-
tit. 5. Matienço in l. 7. titul. 11. lib. 5. no-
uæ Compil. glos. 2. num. 14.

At obijciat aliquis rationē hanc, solū
cōuincere, vt nec clericus aduersus lai-
cū, nec laicus aduersus clericū, vti pos-
sit huius Extrauagātis beneficio, & dis-
positione: nō tamē, quod inter clericos
& personas Ecclesiasticas seruari non
debeat. Idē tamen esse non verebor res-
pondere. Quoniā cum ea lex à princi-
pio non fuerit recepta, in vniuersum nō
ligat, eoque iure vtimur, nā instrumen-
ta censualia, in quibus notarius, aut tabel-
lio non facit fidē de pecunia numerata,
Ecclesiastici iudices exequuntur inter
clericos, & personas Ecclesiasticas, &
inter laicos, & clericos.

De qua praxi cuperem mirum in mo-
dum iudices omnes attendere non so-
lum illicitos, sed etiam inualidos, &
nullos esse contractus censuales, qui
sunt

sunt non præsente, & numerata pecunia, non solum ex Romanorum Pontificum constitutionibus, sed ex ipsa natura rei iure diuino, & naturali: nec habere momentum aliquod debitoris confessionem de recepto: quoniã fraudis, & suspicionis plena est.

Ideo que oportere, vt aliunde per probationes legitimas appareat tempore, quo celebratur contractus, pecuniam fuisse præsente, numeratam, & traditam venditori. Quod non seruari doleo valde. Ex quo enim responsum fuit in curijs proxime habitis Madriti propriũ motum Pij Quinti recessisse ab aula, nõ fuisse receptum moribus vtentium, existimatum est aditum fuisse patefactũ, apertam viam technis, dolis, fallacijs, & mille machinationibus.

Et passim quæcunq; instrumenta censualia absque delectu, & tumultuarie iudices exequantur, siue appareat siue nõ appareat interuenisse iustum, & legitimum pretium. Quod non possum non improbare, & reprehendere.

Nam etsi Pij Quinti constitutio vim non habeat, Martini Quinti, & Calixti III. Extrauagantes sunt in viridi obseruantia, quibus contemporaneæ formationi contractus præsencia, & numeratio pretij desideratur: viget quoq; lex naturæ, quæ iubet, quæ præcipit non aliter censum creari posse. Nec creditoris intentionẽ iuuare potest confessio debitoris de recepto, & renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ.

7 Nam iuxta iuris Cæsareĩ traditiones receptas in mutuo confessio de recepto, & renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ in eodem instrumento non fundat intentionem creditoris, tametsi aliud esse videatur iure regio l. 9. tit. 1. part. 5. Couarruu. lib. 2. variarũ cap. 4. num. 3. Olano in concordia antinomiarum iuris communis, & regij littera R. numero 9. & in contractu censitico, vt nihil operentur magis admitti debet.

Quia eius origini repugnat fieri ali-

ter quam præsente, & numerata pecunia. Nec etiam obest, quod confessio de recepto probet numerationem pecuniæ l. pecunia & ibi Bald. C. de solutio. l. vlti. ff. de inst. actione adeo quod statutum loquens de solutione procedat in confessione, teste Bal. in l. si non sortem §. indebitum col. 2. ff. de conditione indebiti. Et probat text. in l. si acceptolatum §. 1. ff. de accepti. Decius in l. 1. §. vlt. 5. col. vers. postremo, Bart. ff. si cert. petatur, Tiraque. de vtroque retractu §. 1. gloss. 18. num. 83. Quoniam id in censu locum habere nõ potest, & præsertim inspecta forma ordinaria, qua solent confici instrumenta censualia, in quibus Petrus dicit se vendere Martino tot soluenda singulis annis, & cõfitemur se pretium recepisse, cũ enim tunc cõtractus formetur, nec appareat pecunia præsens, quia debitor iam antea se recepisse confitemur, plane venditoris confessio contenta in instrumento nihil proficere potest. O vtinam hæc sententia verissima obtineat. Multa enim, & grauissimaincommoda, fraudes & simulationes procul arcerentur a Re pub. Quodã iudicibus Christianis, & boni publici amatoribus maxime curandum est. Sed quoniam hæc non solum scriuimus regno Castellæ, verũ & alijs ad quæ forsam hic noster liber perueniet, non erit a re alienum sigillatim & breuiter explicare singulas conditiones, quas in censu creando præscribit Pius Quintus.

8 Quæ duodecim numero sunt. Prima quod censuarius assignet rem aliquam immobilem, aut quæ pro immobili habeatur, & quæ natura sua fructũ ferat, certisque finibus, & limitibus circũscripta sit, in qua census imponatur. Secunda quod non constituatur cẽsus nisi pecunia numerata præsentibus notario, ac testibus. Et in eorum præsencia & in actu celebrationis instrumenti, & non antea tradatur iustum, integrumque pretium venditori.

Tertia conditio, quod non fiant anticipatæ

Liber Primus

cipatæ solutiones censuum, nec deducantur in pactum.

Quarta, quod nequeat obligari ad casus fortuitos ille, qui ex natura contractus non fuerit obligatus.

Quinta, quod non valeat pactum ut res censui supposita non possit vendi, eo que non obstante semper ac libere vendi queat, nec teneatur venditori solvere laudimium, neque quinquagesimam, nec aliam partem, debeat tamen venditor præferre dominum censualijs emptoribus, & illi explicare conditiones venditionis, ac per mensem expectare.

Sexta, quod non fiant pacta continentiamorosi census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, aut cambia, aut expensas, aut salaria, vel ad amissionem rei censui subiectæ, aut ad aliam quamcumque poenam, etsi de facto fiant, sint inutilia, & prorsus nulla.

Septima, quod non augeatur census, nec de nouo creetur in eadem re, aut alia in fauorem domini census, aut alterius personæ pro censibus præteritis, aut futuris.

Octaua, quod non fiant pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem ex natura contractus de iure non spectant. Noua conditio, quod census omnes in futurum creandi pereant ad ratam pereunte fundo in totum, vel in parte, atque eodem pretio lvi, & extinguantur possint. Ita tamen, ut quando debitor voluerit censum redimere per duos menses ante denuntiet ei, cui pretium tradendum est, & post, denuntiationem poterit ille petere pretium, etiam altero inuito intra annum. Quod si intra annum non petierit, postea non valeat exigere ab inuito sed duret census ea forma, qua erat antea.

Decima, quod non fiant pacta continentia posse repeti ab initio census, siue in poenam, siue ob aliam causam, nisi in casu prædicto. Undecima, quod pretium non possit ob temporum, vel contrahentium qualitatem variari.

Duodecima, quod venditor census

possit illum extinguere, & redimere siue in totum, siue in partem quando, & quomodo sibi visum fuerit, & aliter census creatos decernit Pontifex illicitos esse vsuarios, & fœneratios. Quas omnes condiciones colligit Nauarr. in commentarijs in proprium hunc motum Pij Quinti, Maurus Antonius Berardu. in summa corona cōfessorū ti. de vsura circa cōtractus censuales, pa. 288. 289. 290.

Prima conditione apertissime Pius Quintus improbat contractus censuales in nuda persona constitutos.

Secunda docet in censu esse necessariam scripturam, quod etiam obseruat Petrus Salaçar in tractatu de vsu. & cōsuetudine c. 9. num. 11. versiculo, sed non puto cessare, inferens quod qui accepta pecunia soluere promisit sine scriptura, & soluit per plures annos, non compellitur soluere in futurum. Iamque censuales cōtractus referri debet inter eos actus, qui ad substantiam desiderant scripturam, quos recenset glossa verbo in scripturis in c. 1. §. postquam autem de censibus lib. 6. quam notant Panormi. in c. ex tenore de concessione præben. Andre. Siculo in capite quoniam contra falsam col. 16. de probatio. Perusinus in cap. si motu proprio col. 2. de præben. lib. 6. quod intelligi debet stante proprio motu Pij quinti.

Nam ante illum, eoque excluso ad substantiam, & validitatem census non est scriptura necessaria. Ideoque displicet sententia Petri de Salaçar ubi proxime, sentiētis absolute, & semper ad substantiam contractus censuales scripturam desiderari. Nam emptio & venditio census est, & ad validitatem emptio nis, & venditionis scriptura necessaria non est, nisi partes noluerint aliter contrahere quā in scriptis text. in principio inst. de emptione, & venditione l. contractus 14. C. de fide instrumentorū l. 6. tit. 5. par. 5. quæ decidit scripturam ad validitatem esse necessariam, cum in contractu partes aiunt, quod fiat instrumentum, quod iure Cæsareo insignem habet

bet

bet controuersiam. Si tunc in causa ad substantiam scriptura non est necessaria, & præsertim quod nullo iure caueatur. Quare semel ac cõuenerit, ut vnus det pretium, & alter soluat redditum, numerato pretio, & accepto vere, & proprie cõtrahitur census, etiam si nulla fiat scriptura, quæ si in censu requiritur, ad Proprium Motum Pij Quinti referendum est.

Ex quo sequitur, quod qui cẽsum soluere promittit, absque scriptura infuturum soluere cogendus est in his locis, quibus hæc constitutio Extrauagans recepta non est, ubi vero admissa est, recte sentit Petrus Salaçar. Quoniam ex contractu nullo ius aliquod oboriri nõ potest. Ex nihilo enim nihil fit, & quod nullum est nihil efficit, nihil operatur. l. non putauit. §. non quæuis exheredatio. ff. de contra tab. l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iudicata, & non entis nullę sunt species, neque qualitates. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. petatur.

10 Et quamuis esset in censu scriptura necessaria, ex diuturna præstatione in futurum consurgeret obligatio, iuxta textum in l. si certis annis. C. de pactis, & in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris capite querellam de electione, capite peruenit de cẽsibus. Nam emphytheusis ad sui validitatem scripturam exposcit. l. 1. C. de iure emphytheutico, & tamen, qui diu soluit Canonẽ, ut emphytheuta cogitur in futurum soluere, ut docuit Bartol. in l. litibus per illum textus. C. de agricolis, & censitis, lib. 11. & in dict. l. cum de in rem verso ad finem. ff. de vsuris, & in l. solent. §. 1. ff. de officio Proconsulis, Iasson. in l. 2. column. 63. versiculo quarto quarto. C. de iure emphytheutico, Alexand. consil. 50. volum. 1. Barba. consil. 50. 8. column. volum. 1. Decius consil. 146. Alexan. consil. 124. volum. 5. Felinus in cap. cũ Bertholdus colum. 11. de sententia, & re iudicata, Francisc. Balb. de præscriptio. 1. part. tertię partis principalis quæst. 10. num. 36.

Hincque respondi consultus de facto teneri, ad annuas præstationis in cõscientia illum, qui secreto nullis adhibitis testibus pecuniam accepit ad censum. Ex eadem secunda conditione inferitur stante Motu Proprio Pij Quinti inanem esse confessionem debitoris, de recepto contentam in censuali instrumento, nam Pontifex pro forma requirit pretij numerationem fieri corã notario, & testibus instrumenti, quæ cum deficiat, ubi sola interuenit debitoris confessio de recepto, actus ut corruat necessum est. l. Iulianus scribit si hõminem. §. 1. ff. ad exhibendũ. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad legem falcid. gesta enim contra formã sunt nulla. cap. Pisanis, de restitutione spoliatorum. l. cum hi. §. si Prator. ff. de transactio. cap. cum dilecta, & ibi Feli. colum. 9. de rescrip. & licet confessio de recepto æquipolleat numerationi. l. pecuniæ, & ibi Bal. C. de solutio.

Tamen ubicunque aliquid requiritur à l. vel statuto sub certa forma, qua non seruata lex decernit actũ esse nullum, ut in proposito, non sufficit, quod illa forma impleatur per æquipollens. l. qui per salutẽ. ff. de iure iurãdo, glossa in cap. 1. de vita & honestat. clerico. glossa in capite ut circa de electione, libro 6. Alexand. Socin. Iasson. & Sarmiento, in l. 1. ff. de liber. & posthu. Iasson in l. iubemus, num. 12. C. de testamentis, & in terminis huius Motus Proprij resoluit Fabius Turretus consil. 91. numer. 19. & hoc verissimum est, quidquid in contrarium sentiat Petrus Salaçar in dict. tract. de usu, & consuetudine cap. 8. num. 45. Cuius argumentis satisfeci supra capit. 8. versiculo, vtraque tamen ratio. Nec quidem census aliter creatus est, solum nullus in foro exteriori: quoniam & in anime iudicio vim non habet, tenebiturque creditor redditus exactos imputare in sortem principalem, etiam cessante dispositione constitutionis Extrauagantis Pij Quinti, ut late resolui dict. cap. 8. num. 15.

Hæc

Libri primus

Hæc autem conditio procedit dumtaxat in censu, qui constituitur solo titulo emptionis & venditionis. Nã si redditus annuus contractu alio, vel vltima voluntate constituatur, necessariũ non est, vt fiat numeratio pecuniæ corã notario, & testibus instrumenti. Vt obseruat hic Nauarrus, nec mirum, quoniam vbi ex titulo donationis legati, vel fidei commissi redditus creatur, non est necesse, vt pretium interueniat.

Tertia conditio est valde consentanea iuri, & rationi naturali, nam si admitterentur pacta de anticipatis solutionibus, obligarent se debitores miseri in posterum ad solutiones anticipandas per plures annos, vt præsentis occurrant indigentia, quam patiuntur.

Hoc autem est iniustissimum, quoniam ex eo obligaretur homo ad soluendum antequam debeat, & illa pecuniæ anticipatio est pretio æstimabilis, plus enim dat, qui ante tempus dat. §. non solum, Instit. de fideiussori. Ideoq; multo ante, quam prodiret in lucem, hæc Extravagans constitutio in Senatu Parisiensi pactum de anticipatis solutionibus improbatum est Aresto die 17. Iunii. 1521. vt scribit Imbertus Rupellanus, lib. 1. forensi. instit. cap. 34. Vnde non est audiendus Benedict. Boni. de consi. artic. 7. defendens in censu iustũ esse pactum de anticipatis solutionibus.

Itaque arbitror eam conditionem esse necessariam ad iustitiam census ex ipsa natura rei iure diuino & naturali, & qui iura dicunt maxime curare debent, ne admittant similia pacta, & pensionum anticipatas solutiones. Quoniã aperta inuoluunt turpitudinẽ, & quod magis est ceaseo ex ea pactione totum cõtractum infici, & vitari. Etenim vbi propter pactum aliquod census decurrit ad usuram cõtractus est nullus. Nec vitiatum pactum, sed vitiat, & redditus percepti sunt imputandi infortem principalem. At vbi de solutionibus anticipandis fit conuentio, negotium continet usuram, quia debitor miser, & ne-

cessitate oppressus, tanto minus ex pretio accipit, quantum ante tempus soluit.

Ideoque creditor percipit ultra quã dederit, quod ab usuraria prauitate nõ potest excusari. Igitur ea conuentione cõtractus in totum corrumpitur, totusque nullus, & inualidus est. Cessabit autem eius pactionis iniquitas, & turpitudine si propter istam obligationem maius pretium detur, ita vt venditor census nullum damnum, nullumque detrimentum patiatur. Sed obijcietur aliquis eã pactionem, etsi turpis, & illicita sit, usurariam tamen non esse. Nam plerique autores censent cõtractum censualem constitutum, minus iusto pretio non esse nullum, neque usurarium, sed iniustum, & illicitum, reducendumque ad legitimũ & iustum pretium.

12 E quorum numero sunt Dominicus de Soto, Ioannes de Medina, Couarruias, Michael de Palacio, locis superius adductis. Andre. Gaill. pract. obserua. lib. 2. obserua. 5. num. 10. & obserua. 7. num. 15. & hanc partem magis probauit Iacobus Sahagũ insignis præceptor meus, in cap. in ciuitate de usuris. 2. & 3. difficultate, cuius manuscripta vidi post nostros commentarios iam typis excussos, & nouissime Francisc. Milanens. decis. Regni Sicilia. 2. à num. 52. lib. 2. Quod utique commune est alijs cõtractibus minus iusto pretio celebratis. Qui licet iniusti sint, tamen valent in vtroque foro manente obligatione ad soluendum iustum pretium. Atque cum in specie proposita nullũ aliud vitium interueniat, quam iniustitia pretij, plane videtur dicendum eam conuentionem usuræ labe carere.

Respondeo tamen defendi probabiliter posse in censu pretij excessum, & iniustitiam habere aliquid cum usura commune. Quoniam vt iusta sit vndeque pensionum exactio proculdubio requiritur, vt commensurentur ex æquo pretio, iusto, & legitimo. Vbi vero minus iusto pretio census est constitutus,

ut us penditur singulis quoque anno aliquid ultra id, quod debeat solui, quod cum merum lucrum sit, & vitio usuræ non est alienum. Quare lege Regia 6. titulo 15. *de los censos*, libro quinto nouæ Compilationis declaratur censum iniusto pretio creatum viribus nõ subsistere, vt constat ex illis verbis, *que las ventas y contratos, y censos, que en otra manera a menor precio se hizieren, sean en si ningunos, & de ningun valor y efecto.*

Quam ponderationem videtur difficilem & incertam reddere eadem Regia decisio illis verbis sequentibus, *no se pueda por virtud dellos pedir ni cobrar en iuyzio, ni fuera del, mas de a la dicha razon y respeto.* Quibus apparet censum constitutum minori pretio, quã ad rationem vnus pro quatuordecim non esse inualidum omnino, sed solum pro ea parte, qua deficit pretium legitimum: sicque ad illud reducendum.

Quo circa dici potest adiecta pactione de solutionibus anticipatis nõ solũ interuenire iniustitiã pretij, sed alia vitia & defectus aduersum legem diuinam & naturalem, quæ sufficere videntur ad inualidandum contractum, & quanuis Regia illa lex videatur probare ex pretij iniustitia non effici nullum contractum censualem, tamẽ libenter mihi persuadeo, quod si tempore, quo fuit conditã maturius de hac re fuisset cogitatum, secus statutum fuisset. Guido enim Papæ dicta quæstione 516. numero secundo aperte docet cẽsum minus iusto pretio constitutum esse usurarium nisi sententia glossæ in capi. conquestus de usuris, & Imbertus Rupella. lib. primo forensiũ obseruatio. tit. 34. scribit apud tribunalia Franciæ magis obtinuisse, vt contractus nullus indicetur, & redditus soluti imputentur in sortem principalem. Et præsertim vbi ad rationem de eimã constitutus fuerit, & saltem in foro exteriori usurarium censerit tradit Nauarro in dicto commentario resolu-

torio de usuris notab. 22 numero 78. Sarabia in instructione mercat. capite. 15. & sentire videtur dominus Franciscus Sarmiento libro septimo Selectarum interpretationum, capite primo numero. 40. versiculo, sed pone, quod census, & versiculo sed quid si Rex vendit.

Quo loco egregiam, & proposito longe accommodatam rationem considerat. Etenim (inquit) quod constitutio census ab initio quodammodo non habet materiam præexistentem, seu naturalem, sed solum datiuã, a lege, ideo si deficient conditiones a lege impositæ, deficit materia census, & incidit contractus in usurariam naturam, cui maxime hi census redimibiles sunt valde propinqui, & ita natura census magis est ciuilis & datiuã, quam naturalis, & natiuã. Nam in ipso contractu producitur materia, quæ iure gentium erat incognita.

Qua propter cũ iustitia pretij vna sit ex conditionibus a lege præscriptis, & quidem cæteris omnibus præstantior, plane fit consequens illa deficiente, vt pote deficiente materia, contractum irritum, & nullum esse, & ad usuram decurrere.

Et quanuis in alijs contractibus defectus pretij non efficiat contractum nullum, imo, qui alterum in pretio læsit, tuto, & secure possideat, fructusque lucretur manente obligatione ad supplendum iustum pretium: vt tradidere Innocen. Hostiens. Ioannes Andreas, Butrius & Panormitanus in capite, quia plerique de immunitate Ecclesiæ. Couarruias libro primo variarum capite tertio, numero quinto, & in regula peccatum secunda parte §. tertio, numero octauo, Dominus Franciscus Sarmiento de redditu Ecclesiasticis prima parte capite secundo, tamen in censu longe dispar ratio est.

Quia census ex se contractus suspiciosus est, magnamque habens affinitatem cum usura: Ideoq; in producendis

Liber Primus

his censibus opus fuit non latitudinem pretij dimittere, sed rem certam constituere, ne grauiiores essent sub nomine iusti census honorabiles vsuræ, quæ publicæ infames: vbi ergo cæsus minus iusto pretio constitutus est, lucratur pecuniam emptor, & singulis annis percipit merum profecto lucrum. Igitur id vsuram, nedum palliatam, sed apertam & manifestam continet. Cuius rationis apud me tanta est vis, vt compellat me in hanc sententiã, quæ si displicuerit cãdido & beneuolo lectori, liberum erit communem amplecti vsu, & consuetudine receptam. Postquam autem hæc scripsi venit ad manus meas tractatus de censibus confectus a Licenciato Piçarro, quo filio gloriatur magnus ille Gregorius Lopez in leg. penultima, titulo 8. part. 5. glossa *de censo*, Is inquam Piçarrus in eo tractatu ad Extrauagantem Marrini Quinti glossa alterius pecunia referens Beatum Vincencium in primo sermone festiuitatis Beati Domini columna 7. sentit aperte censum minus iusto pretio constitutum esse vsurarium, & postmodum ad statutum de Guadalupe quarta conditione glossa *comprar* latissime probat defectum pretij in contractu censitico vsuram continere referens idem Conrad. Cæpolam, Guidonem Pap. & plerosque alios.

Quarta conditio clara est, & in fauorem vtriusque contrahentis. Repugnat enim, vt homo obligetur ad conditionem destruentem naturam contractus; vnde inutilis esse debet conuentio, qua obligatur ad casus fortuitos, ad quos non tenetur ex natura contractus. Idcirco stante proprio motu Pij Quinti non valeret pactio, vt pereunte prædio, in quo cæsus est constitutus, maneat adhuc obligatus debitor ad soluendum redditum. Quoniam Sanctissimus ille Pontifex semper voluit re perditã, absumptã, vel destructã omnino perimi, & extinguì censum.

Ex natura autem rei ante Pij Quin-

ti constitutione. Extrauagantem valida conuentio esset, vt recte notat Paulus Parisius consilio 73. numero 31. volumine quarto. Quam in re libet animaduertere controuersam rem esse, an vim habeat generalis renuntiatio casuum fortuitorum. Etenim Bulgarus ita demum valere docuit, si antecedit specialis expressio aliquorum casuum, & non alias. Cuius sententiam sequitur Bartolom. in l. sed et si quis §. quæsitum numero tertio ff. si quis cautus, ibique profitentur esse communiter receptam Iasson numero 14. & 32. Iohannes Oroscius numero quinto, & sexto: contrarium vero imo nulla expressione facta generalem casuum fortuitorum renuntiationem vtilem esse docuit gloss. in dicto §. quæsitum. Et sequuntur ibi Alexand. Iacobinus, & Zasius, & testantur esse communiter receptam Curcius Junior in lege prima numero 12. ff. si quis in ius vocatus non erit, Corneus consilio 128. numero 13. libro secundo Iass. consilio 107. columna tertia libro primo. Ripa in tractat. de priuile. contractuum causa pestis numero 70. Gregorius Lopez in lege 23. titulo octauo partit. quinta glossa prima, Pinelus in l. secunda C. de rescindend. vendi. prima parte capite tertio numero 26. Antonius Gomez secundo tomo capite tertio numero 19. Dominus Franciscus Sarmiento libro septimo selectarum capit. primo numero 13. Guierrez de iurament. confirmator. prima parte capite 24. numero primo. Nauarrus in commentario resolutorio de vsuris numero 90. Martinus Antonius del Rio in lege contractus capite 21. ff. de regulis iuris. Eaque sententia probatur aperte ex textu in lege si quis fundum. 10. in principio l. hem quæritur §. si gema. ff. locati, & conducti. l. quæ fortuitis infir. ne C. de pignor. actione l. Pomponius ait ff. de pactis dotalibus l. licet. C. de locato, & conducto lege prima C. commodati capite unico eodem titulo in decreta. leg. 23. titulo 8. partita quinta.

Hanc

Hanc autem communem resolutionem visus est Pius Quintus temperasse hac quarta conditione, ut ita demum valeat generale pactum, generalisque renuntiatio casuum fortuitorum, nisi repugnet natura specialis contractus, cui adijcitur.

Vniuersale enim est pactum contra naturam actus non valere. l. cum precario. ff. de precario. Et cum eam Pontifex esse voluerit census naturam, ut re pereunte pereat census, plane irritam esse statuit conventionem obligantem in censu ad casum fortuitum. Sed hanc explicationem generalia verba huius Extravagantis non admittunt videntur. Ait enim Pius Quintus.

Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur, non valere volumus. Quibus verbis apparet ostendi pactum, quo quis se obligat ad casus fortuitos, solum habere locum in contractibus, in quibus debetur genus, non vero in contractibus, in quibus debetur species. Quoniam ubi debetur genus, ex natura contractus debitor tenetur de casu fortuito. l. incendium. C. si certum petatur, quia generis perire non potest: ubi vero debetur species debitor non tenetur de interitu. l. quod tibi. ff. si certum petatur. l. si ex legati causa. ff. de verborum obligationibus. l. que fortuitis. C. de pignoratitia actione.

Nihilominus tamen arbitror Pium Quintum his verbis, noluisse absolute decernere, ut non valeat generale pactum, generalisque renuntiatio casuum fortuitorum. Sed quod in contractu censuali non obliget, vique non habeat, ut sentit etiam Nauar. in presenti num. 90. resoluens ab omnibus principibus debere statui, ut in omni materia irrita sit generalis fortuitorum casuum renuntiatio. Plerumque enim in iure nostro generalia, & nimis effusa verba restringi solent, ut non excedant subiectam materiam. l. ex conducto. 15. §. Papinia-

nus, alias incipit si vno. ff. locati, & conducti, eleganter Ioannes Corraf. de iuris arte. 4. par. c. 4. & Dominus Petrus Velleius de Gueuara in Topyca Ciceronis. §. 6. num. 5. versicul. imo si essent, facit textus in cap. si diligenti, de prescriptio.

Quinta conditio eam rationem habere potest, quia cum res censui supposita maneat in potestate debitoris, quantum ad vtrumque dominium, plane libera debet potiri facultate disponendi de illa. Sed an seclusa extravaganti constitutione Pij Quinti valeat conventio, quae in instrumentis censualibus solet frequentissime adijci, ut debitor nequeat distrahere rem censui subiectam absque consensu, & licentia creditoris, controuersiam habet, quam sequenti capite resolvere curabo.

Hac etiam conditione quinta Pontifex statuit venditorem non posse obligari ad solvendum laudimium, aut quinquagesimam. Et in censu habet pulchram, & elegantem rationem. Quoniam creditor in re, quae venditor nullum habet dominium, ideo non debet habere partem in pretio. Rursus quia emptor emit mille pro quatuordecim millibus, & tamen si daretur illi decima, vel alia pars plus acciperet, quam emerret, contingeretque aliquando quod decima pars, vel alia longe excederet pretium, quo fuit a principio census constitutus.

¹⁴ Sexta vero conditio, multa videtur continere contraria iuri naturae. Apparet enim iniustum, quod venditor census si sit in mora soluendi, non teneatur ad interesse lucri cessantis, quia lucrum cessans seruatis circumstantiis necessariis in pactum, & conventionem deduci potest, & morosus debitor tenetur ex iustitia commutativa soluere lucrum cessans, sicut damnum emergens: ut resolut. D. Thomas & Caietanus. 2. 2. quaestio. 62. articul. 4. Turrecremat. in sum. 14. quaest. 3. Conrad. de contract. q. 30. Couarru. lib. 3. variar. cap. 4. n. 1. Michael

Liber Primus

de Palacio in praxi Theologica, lib. 4. capit. 4. Petrus Nauarra de restitutione in foro conscientiae lib. 3. cap. 2. numer. 276. Sarabia in instructione mercatorum cap. 11. & 12. Maurus Antonius Berarduc. in summa corona confessor. capit. 4. Don Ludouicus à Peguera quaestionum criminalium, in actu pratico frequentium, cap. 33. num. 11. Octavianus decisione Pedemonta. 143. Borgninus Caualea. decisio. Fiuizanensi. 3. & plures alij, quorum meminisse recordor supra cap. 3. Rursus expensarum exactio, & repetitio ad interesse damni emergentis spectat, quod omni iure deberi perquam manifestum est, & notat Nauarra ibi num. 93. ergo Summus Pontifex videtur non recte sentire, quatenus irritam decernit esse conventionem, & exactionem expensarum. Nauarra ergo dicto num. 93. versic. gloss. 9. sentit Pium Quintum absolute improbasse in contractu censuali conventionem, & exactionem lucris cessantis. Ego contra sentio. Quoniam solum statuit, ut non fiat pactum obligans morosum debitorem ad soluendam certam quantitatem ratione lucris cessantis, aut incertam secundum domini, creditoris ve iuramentum.

Duplici ergo casu pactionem improbat dumtaxat Summus Pontifex, aut cum à principio conuenit de certa quantitate praestanda ratione lucris cessantis, aut incerta liquidanda solo iuramento creditoris. Hoc autem ideo Pius Quintus statuit, ne pallietur usura, quae interuenire videtur, cum antequam cesset lucrum, deducitur in pactum.

Itaque si re vera inter sit ratione morae non negat, non prohibet exigi, & peti posse, & cum decernit non valere pactum, ut debitor morosus teneatur ad soluendas expensas, aut salaria non debet intelligi generaliter, sed eo casu solum quando pactum fit, ut debitor teneatur ad soluendas expensas medio iuramento creditoris liquidandas, vel determinandas à principio, antequam fiant.

Ex quo infero seculum etiam constitutione Extrauaganti Pij Quinti reijciendam esse pactionem, quae solet passim à tabellionibus inferi censualibus instrumentis, ut si pensionem ad diem praestitutam debitor non soluerit, soluat pro singulo quoque die vnum aureum, aut certam aliam pecuniae quantitatem. Nam omnis conuentio, ex qua creditor percipit redditum maiorem, quam ad rationem vnus pro quatuordecim, si non usuraria, saltem est illicita, & iniusta, sed si valeret conuentio isthaec, aliquando iuno saepe numero creditor perciperet redditum amplioem, quam ad rationem vnus pro quatuordecim, resultaretque exinde contractum minus iusto pretio esse constitutum.

16 Igitur si in exigendo redditu nullas creditor fecit expensas, nullas poterit exigere, etiam si debitor ad illas soluendas se adstrinxerit. Si vero fecit aliquas, illas dumtaxat debet habere. De quo vide optime disputantem Ioannem Guierrez de iuramento confirmatorio, prima parte, capit. 36. numer. 10. versiculo, rursus & tertio. Nec ad probationem illarum sufficit creditoris iuramentum, quia ea probationis species doli, & fraudis non caret suspicione, & faciunt, quae notant deprobando interesse Alexand. consilio 141. colum. 1. volumin. 5. Aymon Crauet. consilio 39. & consil. 181. numer. 7. lib. 1. Paulus Parisius consil. 60. volumin. 1. Decius, & Cagnolus in lege quatenus. ff. de regulis iuris, Cephalus consil. 290. numer. 14. & 15. volumine 2. & consilio 133. numer. 130. volumin. 1. Ancharranus consil. 150. Riminaldus Iunior consil. 52. numer. 31. & sequentibus, volumine 1. & consilio 304. numero 8. & sequentibus volum. 3. Philippus Decius, consilio 119. columna tertia, versiculo sexto ad hoc. Cagnolus in lege curabit, numero 54. versiculo, & generaliter. C. de actionibus empti.

Septimam conditionem arbitror esse necessa-

necessariam ex natura rei, & Reipublicæ Christianæ utilissimam: tum, quia ut resolui superius ad substantiam, & validitatem census desideratur vera, & realis pretij numeratio contemporanea formationi contractus: tum quia si censum augeri pro decursis, vel futuris pensionibus permetteretur, maxima redundarent in Rempublicam incommoda, multorum patrimonia exhaurirentur, fieretque ut breui temporis spatio debitores spoliati bonis mendicarent. Quod quam sit damnosum Reipublicæ facile vnusquisque poterit iudicare. Igitur nec creditor in foro conscientiæ poterit redditus secure percipere, etiam seclusa constitutione Pij Quinti: quia ex contractu nullo, & vitioso redditum creditor nequit percipere. Et iudices exteriores veritate comperta curare debent, ne admittant, nec exequantur census creatos ea forma.

Octava conditio, est etiam necessaria ex natura rei, & de non à præcedenti capite tractatum est. Aliasque Nauarrus explicat numero 94. 95. & 96. Cui quia quod possim addere non habeo, & multa ad idem expectantia dixerim capitibus præcedentibus, libenter omittam, & ad alia gradum faciam.

EPITHOME

Cap. X.

Differitur an valeat pactio, ut debitor non possit alienare rem suppositam censui, & proponitur opinio affirmatiua.

1. Resoluitur inualidam, & iniustam esse eam pactiorem.

2. Instrumentum censuale habens clausulam de non alienando non potest executioni mandari aduersus tertium possessorem.

3. Valet tamen pactio superior, si ultra pretium legitimum daretur aliquid venditori pro eadem grauamine.

4. Altera quaestio, an valeat pactum, ut emptori census liceat retrahere rem censualem venditam, & referuntur opiniones contrariae.

5. Stante Motu Proprio Pij Quinti emptori census, ex lege competit ius retrahendi: cessante vero Proprio Motu minime.

6. Non valet conuentio, qua actum est, ut venditor census teneatur vendere rem censualem magis domino censui, quam alteri.

7. Valet pactum, ut dominus census possit rem censualem pro eodem pretio retrahere.

8. Quod pactum adeo efficax est, ut dominus census possit rem censualem emptori traditam retrahere.

9. In hoc retractu non habent locum nouem dies à lege Regia concessi ad retractandum.

10. Late tractatur an commissi pactio valeat in his annuis redditibus, & resoluitur non valere.

11. Valet commissi pactio in redditibus annuis, si ita concepta fuerit, ut res censualis maneat empti pro iusto pretio, ex sententia Follery, sed auctor res soluit contrarium.

12. Resoluitur valere pactum, ut non soluto reddito creditor fruatur rebus subiectis censui, ita ut debito soluto debeat restituere res ipsas, & excessum fructuum.

13. Egregia quaestio, an valeat pactio commissi inter debitorem census, & fideiussorem, & inutilem esse constituitur.

14. Celebris, & quotidiana quaestio proponitur, an valeat pactio commissi in contractu vulgari, cum quis dat suam possessionem, alteri in censu certo pretio taxatam, & aestimatam, ut quandiu pretium conuentum solutum non fuerit, emptor soluat redditum ad rationem vnus pro qua-

Lib. Primus

- 15 *Reijcitur communis interpretatio ad ea iura, & alia Berengarij, admititurque Corraſij interpretatio quædam.*
- 16 *Contractus celebratus forma ſuperius propoſita non eſt cenſus, ſed emptio, & venditio fundi cum pacto legis curabit. C. de actionib. empti.*
- 17 *Si tabellio commiſſi pactionem, non appoſuerit in inſtrumento, debet intelligi omiſſa.*
- 18 *Alia egregia quæſtio proponitur, an valeat pactum, ut ſi redditus ad certum tempus non ſoluantur, poſſit repeti capitale, & aduerſus Olanũ, & Hieronymum Fabricium reſolvitur non valere.*
- 19 *Valet lex, aut ſtatutum, ut exiſtente moroſo debitore bona ipſius diſtrahantur, ex eorumq; pretio creditori ſors cum redditibus accuſſis integre reſtituatur.*
- 20 *Improbatur quotidiana praxis, qua obtentum eſt, ut creditor mittatur in poſſeſſionem bonorum omnium debitoris pro redditibus decuſſis.*
- 21 *Quæſtio dubia, & perplexa an valeat pactum, ut redditum emptor poſſit redimere intra certum tempus, & interim creditori tradat fruſtus certi fundi percipiendos loco reddituum, ita ut ſi intra id tempus non redemerit id prædium ad creditoreſpectet, & probatur nõ valere aduerſus Ruppellanum.*
- 22 *In omni contractu tria reperiuntur, quædam ſubſtantialia, quædam naturalia, & quædam accidentalia.*
- 23 *Accidentalialia contractuum tolli poſſunt contrario pacto, ſubſtantialia non utique, naturalia vero ſi talia ſunt, quod origini contractus coniunguntur, eiſque ſubſtantiam reſpiciunt, non poſſunt contraria excludi conventionem.*
- 24 *Agitur de conciliando Marciano l. C. in. l. ubi ita dicitur. ff. de donatio. cauſa mort. cum Celſo Iuriſconſulto in. l. cum precario. ff. de precario.*
- 25 *Reijcitur communis interpretatio ad ea iura, & alia Berengarij, admititurque Corraſij interpretatio quædam.*
- 26 *Inutilis eſt profeſſio religionis, quæ fit ea pactione adiecta, ut profite. valeat proprium retinere.*
- 27 *Agitur de intellectu textus in c. inſinuante qui clerici, vel voventes.*
- 28 *Sigillatim explicatur, quæ pacta dicunt cenſum, quæ vero non.*
- 29 *In cenſu habet locum retractus iure ſanguinis ex ſententia Fabri, ſed contrarium reſolvitur eſſe verius.*
- 30 *Tabelliones, qui inſtrumentis cenſualibus apponunt clauſulas illicitas, ſed ſolitas, excuſantur a pœna propter conſuetudinem, non tamen excuſarentur, ſi apponerent illicitas clauſulas inſolitas.*

CAPVT X.

De quibusdam pactionibus, quæ ſolent adijci contractui cenſuali, an ſint iuſta.

Rimum itaque occurrit hoc loco inueſtigandum, an valeat conuentio, ut debitor non poſſit rem ſuppoſitam cenſui alienare ſine conſenſu creditoris. Quæ difficultas procedit ſecluſa conſtitutione Pij Quinti de forma credi cenſus, quoniam is Pontifex aperte decreuit, irritam eſſe conuentionem iſtam. Et in ea quæſtione Ioannes de Medina in. C. de reſtitutione capit. de cenſu redimibili, verſiculo, redeundo igitur ad contractum, folio mihi 180. pagina. 2. column. 4. pactionem iſtam iuſtam, & licitam eſſe docet. Idemque magis probant Dominicus de Soto libro 6. de iuſtitia, & iure, quæſtione 5. articulo. 2. verſiculo circa ſecundum argumentum, Mercado opusculo de cambijs, capite de cenſibus ad finem, Couarru.

• Covarrua. libro tertio variarum capite
 7. numero. 6. versiculo hinc etiam. Mi-
 chael de Palacio in Praxi Theologica
 libro. 4. capite. 6. ad finem. Maurus An-
 toniu. Berarducius, in summa corona
 confessorum titulo de vsura circa con-
 tractus censuales pagina 294. versicu-
 lo quarto, Ioannes Gutierrez in repeti-
 tione legis nemo potest ff. de lega. pri-
 mo numero. 36. 37. & 38. & sentire vi-
 detur Auendaño responso 12. Petrus
 Salaçar de vsu, & cōsuetu. capite 11. nu-
 mero 63. cuiusque sententiæ inuehio
 circumferri tria fundamenta potissima.
 Primum est, quia in emphyteusi ta-
 le pactum valet, propterea quia domi-
 nus habet rei emphyteuticæ directum
 dominiū, sed in censu creditor, seu emp-
 tor habet quoque dominium directū
 rei censui suppositæ: ergo tale pactum
 valere debet in censu, quoniam vbi est
 eadem ratio, locum habere debet eadē
 iuris dispositio l. illud ff. ad legem Aquil-
 li. Rursus potest quis pro voluntate sua
 se obligare ad alteri pensionem annuā
 soluendam, & quæcunque onera pro
 voluntate & gratis subire, cum rei suæ
 quilibet sit moderator & arbiter l. in re
 mandata C. mandati, etiam abutendo l.
 sed et si lege §. consuluit ff. de petitione
 hæreditatis: ergo eadem onera poterit
 in se suscipere interueniente pretio &
 se obligare ad non alienandam rem cē-
 sui subiectam. Et accedit quod contra-
 ctus ex conventionione partium legem ac-
 cipiunt l. 1. §. si conuenit ff. de positi. le-
 ge legem C. de pactis, regula cōtractus
 de regu. iuris li. 6. Sebastianus Medices
 tract. de cōpensatio. 1. p. q. 16. n. 2. Do-
 min. Francisc. Sarmiento li. 1. Selectarū
 interpret. c. 11. decisio Genuæ 14. n. 9.
 Tertio si fundus hypothecæ subicitur
 distrahi non potest sine assensu eius in
 cuius gratiam fuit suppositus. l. res C. de
 remissione pignorum l. debitorem C.
 de pignoribus leg. prima C. debito. ven-
 di. pigno. imp. non posse. Sed fundus in
 quo census est constitutus subijt ratio-
 nem hypothecæ: ergo distrahi sine con-

sensu creditoris non poterit, ac proin-
 de talis conuentio vt conformis naturæ
 contractus improbari non debet.

Sed hæc argumenta, si expendantur
 accurate, exiguam vim habere viden-
 tur. Nam in emptorem transire directū
 dominium rei suppositæ censui per-
 quam falsum est, vt ex pluribus resolui
 supra hoc libro capite quarto. Ideoque
 ab emphyteusi ad censum sumi non po-
 test argumentum in quæstione propo-
 sita.

Præterea licet per cōtractum se pos-
 sit obligare vnusquisque ad non alienā-
 dam rem suam, & gratis & pretio ac-
 cepto l. si ita quis §. ea lege ff. de verbo.
 obligatio l. ea lege C. de conditio. ob
 causam l. penult. C. si mancip. ita fuerit
 aliena, & adiecta rei ipsius hypotheca
 speciali, & pacto de non alienando con-
 tra facta alienatio sit inualida. l. si credi-
 tor §. vltimo ff. de distractio. pigno. vbi
 Bartol. Bald. Angelus Salycetus, & Ful-
 gosius. l. vlt. tit. 5. part. 5. docent. Imola
 nume. 13. Iass. 69. Crocus 94. Ripa. 87.
 Loaces 165. in l. filius familias §. Diui. ff.
 de legatis primo. Roderic. X Suarez in l.
 post rem iudicatam prima limitatione
 numero 7. & 12. ff. de re iudicata. Anto-
 nius Gomez in leg. 40. Tauri nume. 18.
 Ioann. Gutierrez in l. nemo potest nu-
 mero. 28 ff. de legatis primo: tamen in
 censu id locum habere nō potest. Quo-
 niam se obligare ad non alienandum
 rem censualem est grauamen æstimabi-
 le pretio: & in hoc cōtractu nullum ad-
 mittitur grauamen, quo pretium legiti-
 mum diminuatur. Denique falsum est
 rem subiectam hypothecæ non posse
 distrahi sine consensu creditoris. Nec
 probant contrarium iura superius ad-
 ducta, quia solum docent venditio-
 nem pignoris, vel hypothecæ factam
 sine consensu creditoris non dissoluere,
 neque tollere ius illius. Si enim cre-
 ditor distractioni pignoris, vel hypo-
 thecæ consentiret, ius pignoris, vel
 hypothecæ resolveretur lege si debi-
 tor §. 1. ff. quibus modis pignus vel hy-
 pothe-

Liber Primus

potheca soluitur l. 4. §. si in venditione l. sicut §. si in voluntate ff. eodem tit. l. 2. C. de remissione pigno. l. creditor ff. de regu. iuris, & notat Negusantius de pignori. tertio membro 6. partis. numero 12. versiculo regula est, adeo vt res hypothecata alienata consentiente creditore, & post modum re adquisita non comprehendatur generali obligatione bonorum etiam futurorum, quemadmodum rescriptit Iustinia. Imperator in l. solita prouidentia C. de remissione pigno. vbi scribit Salycet. multo se ius legis casum ignorantes contrarium respondisse, ideoque eam legem non esse obliuioni tradendam, & appellat mirabilem Negusantius dict. 3. membro sex tæ partis num. 21.

2 Quare in contrariam sententiam ipse procliuior sum, arbitratorque pactio- nem, qua agitur vt debitor ne queat distrahere rem, in qua census est constitu- tus inutilem esse, iniustam & illicitam. Quoniam cum per eam debitor priuetur libertate disponendi de re, cuius ha- bet dominium plenum, & perfectum, vix est, vt non contineat maximum gra- uamen in damnum & præiudicium de- bitoris, & cum respiciat fauorem cre- ditoris æstimari debet pars pretij, argu- mento textus in l. fundi partem ff. de cō- trahen. emptio. Ideoque tanto minoris creditor emit, quanti potest grauamen æstimari, quoniam in iure nostro cōsti- tutum est rem minoris æstimari cū ven- ditur aliquo cum onere sub aliave con- ditione, quam si libere venderetur cap. cum Ioannes de fide instrumentorum, vbi notat Panormit. l. 1. §. si hæredes ff. ad Trebelia. Tiraquel. lib. 2. de retractu in præfatione num. 20. Couarr. li. 3. va- riarum cap. 10. num. 1. At census minus iusto pretio constitutus nullus est, aut saltem iniustus, & illicitus, ergo conuen- tio de non alienando rem subiectam cē- sui vitiosa est, vt pote, qua efficiatur cē- sum manere constitutum minus iusto pretio.

3 Ex quo nõ verebor affirmare prop-

ter hanc conuentionem, & clausulam non competer eius executionis con- tra tertium possessorem fundi, aut præ- dij censui suppositi. Nam etsi instrumē- tum guarentigium mandetur execu- tioni contra tertium pignoris possesso- rem apposita clausula in instrumento de non alienando, quemadmodum scrip- sere Iasson. consi. 111. colum. 6. volu. 2. Roderi. Suarez in l. post rem iudicatam ff. de reiudicata in declaratione ad le- gem Regni limitatione prima nume. 5. Couarru. lib. tertio variar. cap. septimo num. 6. versiculo hinc etiam ad finem, Ioannes Gutierrez in l. nemo potest nu- mero 38. ff. de lega. 1. Gonçalus Suarez de Paz in sua praxi. 4. part. primi tomi. capit. 1. num. 49. Petrus Salazar de vsu, & consuetudine cap. 11. numero. 63. ta- men ea clausula adiecta instrumēto cē- suali eū nequit effectum operari. Quo- niam nulla, & inutilis est, & quod nul- lum est, nihil potest efficere, nihil ope- rari, l. non putauit §. non quauis exha- redatio ff. de contra ta. l. 4. §. condemna- tum ff. de re iudicata. Facit quod vbi cō- tractus nullus est, instrumentumque vī- tiosum, & similiter omnes clausulæ in eo contentæ sunt nullæ, vt notat Ludo- ui. Roma. consilio. 42. colum. 1. Rober. Maranta disputatione 6. numero. 29. & docet glo. in leg. 3. verbo Fabiana ff. si- quid in fraudem patroni, quā notat Pa- lacios Rubios in repeti. Rubri. §. 76. nu- mero. 6. Iass. in §. fuerat num. 76. inst. de actio. quos refert Gonçalus Suarez de Paz dict. 4. part. primi tomi cap. 3. num. 2. Ioannes Gutierrez de iuram. confir. 1. par. cap. 36. num. 6. Quocirca tutius esse arbitrator, vt in censuali instrumen- to ad effectum, vt executio habeat lo- cum contra tertium possessorem, loco clausulæ de non alienando ponatur pa- ctum de ingrediendo possessionem rei supositæ censui propria autoritate, vi cuius competit executio contra tertiū possessorem, vt docent Areti. consilio 21. colum. penultima in fine, & colum- na vltima, Soci. consilio 82. colum. 3. vo- lum.

lum. 3. Maranta dicens esse verbum singulare, valde que extollens de ordine iudiciorum 6. part. de executione sententiarum numero 33. & dicit esse communio rem sententiam Negusantius in tractatu de pignori. 4. parte principali nu. 21. Ioannes Cutierrez in dict. l. nemo potest num. 39. & de iuramento confir. 1. part. cap. 23. num. 33.

4 Admitterem tamen eam pactionem valere, si ultra pretium legitimum daretur aliquid venditori pro eo grauamine & onere: nam cum vniuersa conventionis iniustitia consistat in excessu pretij, cessabit procul dubio, si grauamen, quod efficiebat iniustum esse censum, iusto pretio compensetur.

5 Altera, quae se offert explicanda questio, est, an valeat conuentio vulgaris, vt re distracta per venditorem liceat census emptori retrahere pro tanto, de cuius effectu, & validitate iam vidi saepe numero ingentem altercationem, & controuersiam. De ea que difficultate deprehendi duos Hispanos I. C. magni nominis eruditionisque non contemnenda dissentire. Etenim Ioannes Martinez de Olano in concordia & noua reductione antinomiarum iuris comunis & Regij Hispaniae litera A. nu. 107. censet eam conuentionem inutilem, & vitiosam esse, vtitur ad eius sententiae probationem argumento duplici.

Primum est, quia isthaec conditio cesserur pars pretij, & iustam aestimationem minuit, tolliturque ex ea facultas vendendi, cui vellit per legem debitori concessa, & augetur conditio seu natura contractus censitici, fitque deterior conditio venditoris, & rei venditae. Alterum est, quod censiticius contractus est odiosus & stricti iuris, vt etiam resoluit Petrus Rebuff. in tract. de constitutione reddituum in principio secundo tomo ad constit. Gallicas: ideoque eius leges & regulae stricte interpretandae & ad vnguem seruandae sunt, vt in dubijs tutior via eligatur. Sed Petrus Nunius de Auendaño (quem virum do-

ctissimum appellat Couarr. in pract. capite 32. nume. 4. & eruditionis utilis & quotidianae Ioann. Garfi. in tract. de expensis & melioratio cap. 1. num. 9.) respon. 12. disputans de hac quaestione latissime abiit in contrariam sententiam, triaque constituit. Primum quod emptor census ex legis dispositione non habet ius retrahendi praedium censui suppositum. Quod etiam repetit idem Auenda. respon. 23. Secundum, quod valet pactum, vt vendatur emptori census redimibilis, potius quam alij asserens re indubitata, asserensque testimonium Baldi in l. 1. C. communi diuidendo, quem sequitur Iass. in l. nemo ff. de pactis per text. in l. qui Romae §. cohæredes ff. de verbo. obli. & Cassanae in consuetu. Burgun. Rubri 10. §. 1. Tiraquel. de retractu lignagier in praefactione nu. 15. additque Auenda. quod quando ille, cuius fauore fit pactum venit, & petit rem pro tanto antequam venditor tradat emptori, venditor cogendus est tradere potius creditori, cui debetur census virtute pacti, quam ei, cum quo vult contrahere. Tertium, quod si dominus census venit ad retrahendum post perfectam venditionem, & postquam res est tradita emptori, non habet locum virtute pacti retractus. In quam rem considerat plures rationes. Prima est, quia facta semel venditione vni, & postea alteri, praefertur secundus, cui facta est traditio l. quoties C. de reuendicatione l. 50. titu. 5. part. quinta Si ergo secundus emptor, cui facta est traditio, praefertur primo, cui etiam res vendita fuit: multo magis debet praeferi in ea specie, qua venditio facta non est, sed promissio de vendendo domino census potius quam alteri: nam promissio de vendendo minus est quam venditio, iuxta sententiam glo. in l. bonae fidei & ibi Iass. ff. de eo quod certo loco.

Secunda ratio est nam promissio & pactum de non alienando re non impedit translationem dominij, & si fiat cõtrapactum, vt est comunis opinio Doctorum in l. si ita

Liber Primus

stipulatus §. ea leg. ff. de verbo. obligat. quam dicit communē Cassanæ. in consuetudi. Burgun. Rubri. 11. §. 13. sub n. 19. & sub. num. 29. asserens, quod si aliquis promittit alteri vendere pro tanto, & vendidit alteri & non ei, cui promittit, nihilominus valet venditio, & qui rupit pactum, & venit contra id, poterit conueniri, & eodē habitur ad interesse. Ex quibus rationibus hanc putat meram veritatem Auenda Ego vero licet his grauissimis viris ingenio, & eruditione sim longe inferior, quod agnoscere ingenue non erubescam, tamē veri videndi cupiditate permotus, qua soleo incendi & inflammari mirum in modum, tentabo in hac altercatione meam, qualiscūque sit, interponere sententiam. Aio igitur principio Ioannes Matienço virum alioquin diligentē & eruditum in l. 1. titulo 15. de los censos, lib. 5. nouæ Compilatio. ad finem perperam imposuisse Auendano doctissimo contrariam sententiam, quam tutatur Olaso. Aperte enim is autor defendit valere pactionem, qua agitur vt dominus census possit rem suppositam censui antequam emptori tradatur, retrahere.

Deinde constituo stāte proprio motu Pij Quinti emptori census ex lege competere ius retrahendi fundum censiticum. Quoniam vt capit. præcedenti animaduerti, summus ille Pontifex concedit emptori cēsus prælationem in re ipsa, quæ venditur. In locis autem, quibus extrauagans constitutio Pij Quinti recepta non est, domino census ex lege nullum competit ius retrahendi, vt copiose probat Auendanius d. respō. 12. & respon. 23. & Matienço in l. 7. tit. 11. libr. 5. nouæ Cōpilatio. gloss. 1. n. 17. versi. Quinto. quæro. Quod intelligo attento iure nostro Regio Nam de statutis aliarum prouinciarū iudicium non facio.

Præterea censeo aduersus Auendanium non valere pactionem, qua agitur vt venditor census debeat rem censua-

lē magis vendere domino cēsus, quā alteri. Quoniā improbā, & inutile esse cōuentionē semper mihi persuasi, qua vēditori census tollitur, aut minuitur libera facultas alienandi rem obnoxia præstatio impētionis annuæ. Cōtinet enim grauamen diminuens de pretio, vt resolui superius. Nec contrarium docent Bald. in d. l. 1. C. cōmuni diuidundo Cuma. Imol. Alexan. & alij, quorū meminit Iass. in d. l. nemo. num. 2. ff. de pactis, quia solū docent absolute valere pactū quod quis potius teneatur vni vendere, quā alteri pro eodem pretio. Non tamen docent in contractu censuali obtinere vim aliquam id pactū. Neque ex eo, quod licet in alijs cōtractibus inferri potest idē licere in censu. Quoniam cū census habeat odiosam, suspectāque naturam caute in eo procedendum est, nec admittenda quælibet argumēta desumpta ex ratione aliorum cōtractuū.

Quarto statuo nullum vitium continere pactionem, qua conuenit, vt rem censualem possit dominus census retrahere pro eodē pretio. Quod etiam nouissima defendit Ioann. Gutierrez lib. 2. practi. quæst. circa leg. Regias Hispaniæ q. 167. nu. 2. & 3. quem longe post hæc scripta vidi & legi, moueor ad sic existimandum ea ratione. Quia quod possit dominus census ab alio possessore oblato pretio retrahere fundum censiticum, nullum est grauamē census debitoris. Quod si esset sanctissimus ille Pontifex Pius Quintus, qui quantum potuit curauit exonerare cēsuū debitores non tribuisset domino census prælationē, & retrahendi facultatem. Hæc enim pactio longe differt ab illa, quæ cōuenit, vt teneatur census debitor domino illius magis vendere, quam alteri. Hæc quippe velut minuitur libera facultas disponendi de re sua, grauamen quæ sentit debitor. At vbi cōuentū est, vt dominus cēsus possit rē cēsualē retrahere, debitor nō grauatur, quia vi huius pactionis ipse ad nihilū obligatur, nec priuatur facultate distrahēdi res suas, sed solum

lum domino census facultas quædam tribuitur retrahendi magis directa in rem, quam in personam. Quo argumento defenditur consuetudo, vel statutum deferens consanguineis, consortibus, aut vicinis ius retractus. Quia scilicet ex ea consuetudine, vel statuto non cogitur quis vendere magis consanguineo, consorti, aut vicino, quam extraneo, sed libere potest quibuscunq; voluerit vendere. Solum autem fit, ut rem arbitrato emptoris alienatam possit consanguineus consors, aut vicinus restituito pretio redimere, ut considerat Tiraquel. de retract. lignag. in præfact. n. 16.

9 Postremo considero, quod adiecta pactione, ut possit dominus census rem censualem venditam retrahere, licet illi rem ipsam à quocunq; possessore auocare, etiam si tradita illi fuerit per venditorem. Nam cum partes ita conveniunt, expresse agere videntur, ut dominus census auocare possit à quocunq; e. Id enim est proprie retrahere, id est ad se trahere, & reuocare, prout animadvertit Andreas Tiraquel. in dicta præfatione de retractu lignagieri numer. 5. & 6. & maiorem energiam secum importare, videtur verbum Hispanicum, *sacar por el tanto*. Quo manifeste videtur emptori census tribui facultas amplissima rem auocandi à quocunq; possessore. Et quanuis in pacto de retrahendo controuerterint Doctores, an venditor possit rem à secundo emptore vindicare; tamè magis est, ut concepto pacto verbis directis possit, ut latissime probant Gregor. Lopez in l. 42. titulo 5. partit. 5. verbo, *el comprador*, & glos. vlt. Couarru. lib. 3. variar. cap. 8. num. 2. Perez in l. 1. titulo 2. lib. 8. ordidamenti pag. 40. col. vltim. & sequentibus, & comunem esse resoluunt Ioann. Gutierrez, consil. 27. num. 2. & Hieron. Gabriel, consil. 66. ideoq; apparet partes inter se posse efficere, quod retractus dirigatur in rem, & vi conuentionis res tradita possit vindicari ab emptore. Quod in censu magis debet

habere locum, ex quo ut post alios agnoscit Auendanus, ipse producit in fundo ius quoddam reale ipsi affixum, & inherens, quod eisdem argumentis, probat Gutierrez à me non visus cum hæc scriberem dict. q. 68. num. 4. & ut omnis difficultas euitetur, consiliū erit ut adiecto pacto de retrahendo subiiciatur hypotheca rerum ipsarum, qua expeditum erit dominum census agere posse aduersus quemcunq; tertium possessorem ex celebri. l. si creditor. §. vltimo. ff. de distractione pignor. Vidi quoque in praxi controuerfiam, an dominus census retrahens victi pacti, debeat retrahere intra nouem dies ad retrahendum præfixos consanguineo, vel consorti, ex l. 13. titulo 10. lib. 3. fori. l. 7. 13. & 14. titulo 11. lib. 5. nouæ Compilationis. ita ut illis elapsis debeat excludi à iure retrahendi: an vero post id tempus libere possit quocunq; In cuius difficultatis explicatione nobis esset explicanda quæstio celebris, an facultati redimendi, seu retrahendi ex pacto præscribatur aliquo tempore. Quam si dominus dederit, postremo libro huius tractatus longiori sermone persequar, & quatenus ad præsens facit institutum, libere non verebor proferre elapsis nouem diebus, iure communi non nisi triginta annis, quia quæ ex eo pacto competit actio, meo iudicio mixta est, ex l. vltim. C. finium regundorum. l. vnus. C. in quibus cas. cessat longi tempore. præscrip. l. hereditatem. C. eodē titulo. l. hereditat. C. de petitio. heredit. & iure Regio eodem tempore, ex l. 6. titulo 15. lib. 4. nouæ Compilationis. præscribi. Quod si magis visum fuerit actionem, quæ ex eo pacto datur, non nisi personalem esse, iure communi triginta, vel quadraginta annorum præscriptione respondendum est excludi. l. 2. C. de constituta pecunia. l. 1. §. ad hæc. C. de annali exceptione. l. neque mutui. C. quibus non obij. longi temporis præscriptio, & iure Regio viginti annorum spatio, ex dict. l. 6. titulo 15. libro 4.

Liber Primus

nouæ Compilationis. Nam leges Regiæ, quæ statuunt nouem dies ad retrahendum, solum habent locum in retractu legitimo, nec extendi debent ad retractum conventionalem. Ideoq; eius præscriptio erit pensanda, & metienda ex legibus, quæ certas metas, & temporum curricula præscribunt actionibus mixtis, vel personalibus tantum.

11 Tertia quæstio est, an valeat commissi pactio, quæ frequentissime à tabellionibus censualibus inseritur instrumentis? & quod valeat, debeatque executioni mandari, probatur in primis ex vulgari doctrina, quod contractus ex conventionione partium legem accipere dignoscuntur. l. 2. §. si conuenit. ff. de positi, & nihil tam naturale est, quam quod inter partes cõuentum est, seruetur. l. 1. ff. de pactis. l. 1. ff. de constituta pecunia. Deinde ex text. expresso in. l. 68. Tauri, hodie. l. 1. titulo 15. de los censos, lib. 5. nouæ Compila. ubi sic scribitur.

Si alguno pusiere sobre su heredad algun censo, con condic ion que sino pagar a ciertos plazos, que cayga la heredad en comisso, que se guarde el contrato, y se juzgue por el, puesto que la pena sea grande, y mas de la mitad.

Quibus verbis commissi pactio in censu probari vnusquisque facili dignoscet.

Præterea, quoniam si conuentio isthæc non esset admittenda in contractu cõsuetico, eo maxime deberet esse, quod pœna excessiua est longe superans interesse contrahentis: sed pœna conuentionalis, quantacunque sit, exigi, & retineri potest, quemadmodum tradit Innocentius in capite sacro, de sententia excomunicationis, & sequitur Laurentius de Rodolphis, in capit. consulti, quæst. 95. de vsuris, Franciscus Balbus in tractat. de præscriptio. 2. part. 3. partis principalis quæst. 13. & esse magis communem opinionem profitetur Alexand. consilio 157. column. 1. volumin. 6. l. asson in. l. 2. numer. 141. C. de

iure emphyt. 2. defendit varijs argumentis Petrus Rebuf. in repetit. legis vnicæ. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest, glossa proferuntur, numer. 32. versicul. 12. est opinio. Turzanus opinione 71. Riminal. Junior consilio. 69. numer. 23. Bursatus consil. 53. numer. 42. libr. 1. idque locum habet etiam in conscientia, Cornel. consil. 69. in fine lib. 2. & consil. 55. litera N. lib. 3. Angelus consil. 43. Decius consil. 298. column. 2. Riminal. Junior, & Bursatus vbi proxime: ergo pœna commissi adiecta censui exigi poterit, debeatque mandari executioni.

Denique si commissi pactio iniqua, & illicita censenda est, ob eam causam erit, quia debitor census amittit re maioris valoris, quam sit census, nec potest illam repetere: sed commissi pœna repetitionem non impedit, quia census redimibilis ex natura sua habet, & habere intelligitur pactum de retrouendendo, quod præcessit pœnæ: & licet propter pœnam conuentam res ceciderit in commissum: nihilominus propter reuendendi pactum, cui adiecto pœnæ non derogat, poterit debitor census eã recuperare: igitur commissi pœna non erit improbanda in censu.

Ideoque Barthol. de Albornoz, lib. 3. de arte contractuum titul. 2. del censo al quitar, doctrin. 3. contendit commissi pactio in censu nullum vitium, nullamque turpitudinem continere: & Dominicus de Soto lib. 6. de iustit. & iure quæst. 5. artic. 2. hanc partem magis probat scribens, quod qui in vno, vel duobus annis nõ soluerit, eisdem possessionibus obligatis spoliatur, nõ est prorsus genere suo iniquum: quoniam potest id quidem in pœnam imponi, & est l. Tauri 68. approbatum. Idem quoque tenent Palacios Rubi. & Antoni. Gomez in d. l. 68. Tauri, & defendit acriter Ioan. Garsias, in tract. de expens. & melior. c. 9. à n. 64. E cõtra vero, quod pœna commissi in censu redimibili, vel perpetuo, pecunia creato, iniqua sit, nec

nec admittenda; probatur: quia quotidiano experimento videmus semper subijci præstationi census res longe maioris valoris: sed iniquum, & nimis graue est, quod propter cessationem solutionis minoris, aut parue quantitatæ perdatur res, quæ longe pluris valet, vt docuit glossa in authentica, qui rem. C. de Sacrosan. Eccles. cuius meminit Matthæus de Afflictis, decisione Neapolitana 80. num. 3. ergo commissi pœna, vt nimis rigida, & grauis reijcienda est ab hoc contractu censitico. Rursus omnis pactio, ex qua emptor census percipit lucrum vltra pretium, quod dedit, nedum est iniusta, sed fœneratitia, & vsuraria, vt efficaciter opinor me probasse præcedentibus capitibus: sed si pactio commissi vim aliquam obrineret, fieret, vt re occupata, & apprehensa emptor longe plus lucraretur, quam esset pretium datum à principio: ergo iniusta, fœneratitia, & vsuraria est.

Tertio, quantitatæ dationi adiecta pœna continet vsuræ præsumptionem, vt communi voto resoluunt vtriusque iuris interpretes, in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligati. & in l. cum allegas. C. de vsuris, & in l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de actionib. empti, & in capit. dilecti de arbitris, & capite suam, de pœnis: & esse opinionem communiorem, testatur Gregorius Lopez in l. vltima, in glos. vsura, titul. 11. partit. 5. sed cum in censu apponitur commissi pœna, dationi quantitatæ adijcitur. Igitur vsuræ continet suspicionem.

Quarto, apud omnes in confesso est hunc contractum censuallem esse odiosum suspectum, & restringendum, quia facili negotio decurrit ad vsuram, propter mixtissimam affinitatem cum ea, sed & de per se commissi pœna odiosa est, maximumque rigorem habet, & ideo quanuis non valeat consuetudo Ecclesijs damnus, & læsionem inferens, cap. 1. de consuetudine, nihilominus procedit, & obtinet ea consuetudo, qua indutum fuerit emphytheutam Ecclesiæ

non priuari emphytheusi, ob non solam pensionem, vt scripsere Panormitanus, consil. 72. colum. 2. libr. 1. Decius in cap. 1. de consuetudi. Rochus Curci. in cap. vltim. eodem titul. fol. paruo 51. colum. 3. Carol. Ruynus consil. 4. libr. 1. ergo pœna commissi, vt odiosa non debet admitti in contractu etiam odioso, & suspecto de se ipso.

Quare autores plurimi, idemque grauisimè censent in censu illicitam esse commissi pœnam, nec locum habere posse. Sic enim sentiunt Piçarro post Coradum à se relatum, ad statutum de Guadalupe, glos. *en mucho mas*, col. 3. Follerius in pragmat. de censib. verbo huiusmodi dicens, super rebus num. 88. Mexia in l. 5. titul. 3. libr. 7. ordina. 2. par. 2. fundament. num. 37. 38. & 39. Ioann. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæstio. 186. Couarru. lib. 3. variar. cap. 7. num. 1. Ioannes Oroscio in l. iuris gentium. §. quinimo, nu. 49. de pactis. Matthæus de Afflictis decisione Neapolitana. 80. Nauarr. in Manual. Latino reformato, cap. 23. num. 68. Didacus Perez in proœmio, titul. 2. de las vsuras, lib. 8. veteris ordinamenti, pag. mihi 36. colum. 1. versicul. quæritur vterius, Aluar. Valasc. de iure emphytheutico, quæst. 30. num. 31 & tom. 1. consult. & rerum iudica, in Regno Portugaliæ consulta 35. num. 1. Olano in sua concordia, & noua reductione antimoniæ iuris ciuili, & Regij, litera A. num. 105. Sarabia in instructione mercatorum, capit. 15. Ioannes Gutierrez de iuramen. confir. 1. par. cap. 31. num. 10. & 11. Matienço in l. 1. titul. 15. de los censos, lib. 5. noue Compilatio glos. 2. numer. 4. quorum sententiæ libenter accedo. Neque obstant argumenta contraria. Non primò, quoniam lex, & cõditio à partibus adiecta contractui seruari tunc debet, cum licita est, nec continet turpitudinem, vt docet glossa in dicta. l. 1. §. si conuenit verbo ex conuentione. ff. de positi, & in l. vltima verbo cautionem. ff. de suis & legitimis hæredi. glossa in reg. contractus

tractus de regulis iuris, lib. 6. Lex enim naturæ, quæ dicitur pacta seruanda fore, dicitur quoque illicita pacta inhonesta, & turpia esse reiicienda. l. iuris gentium. §. si paciscar. l. si vnus. §. illud, & §. pacta ff. de pactis. l. pacta quæ contra. C. eodē titul. l. generaliter. l. si plagij. ff. de verbor. obliga. vbi explicant accurate Corra. Cui. c. & Donellus. At conuentio, qua agitur, vt ob nō solutam pensionē, vel ob distractum fundum censualem, sine consensu creditoris incommissum incidat res subiecta redditus præstationi, iniqua est, illicita imo usuraria, & fœneratitia, ac proinde nullo iure seruari debet.

Neque etiam obstat lex Regia 68. Tauri, & r. titul. 15. de los censos, libr. 5. nouæ Compilat. Nam, etsi probet incensu consignatiuo, de quō præsens disputatio suscipitur, valerere commissi pactionem, illamque seruari præcipiat, tamen praxis, & forensis vsus eam legē cōtractus, etsi omnino expressa sit, tantum admittit, & probat vbi census perpetuus constituitur, absque redimendi pacto, & res super qua constitutus est, ipsius erat, qui pensionem annuam, sibi soluendam fore cauerit, alioquin benigno quodam iure nunquā obtinetis, qui rem iure, & ratione commissi reddi sibi postulat, quemadmodum literis consignatum reliquit insignis Didacus de Couarruias, dict. cap. 7. n. 1. idemque memoriæ prodidit sapientissimus Ioannes Orosius, in dict. l. iuris gentium. §. quinimo, num. 49. ff. de pactis scribens, quod ita admittit vtriusque auditorij benigna interpretatio, & eius legis rigorem recessisse ab aula, neq; vnquam fuisse receptum, nisi in specie superiori profitentur ingenue, Didacus Perez, Aluarus Valas. Olano, Ioannes Gutierrez, & Matiêço proxime relati, & quāuis Ioannes Gasias dict. c. 9. à num. 64. contendat persuadere eius legis dispositionem, adhuc seruandam esse, nec licere de lege Principis dubitare: tamen magis est, vt non debeat executioni

mandari, quoniam usuræ foueret, vt demonstratum est superius. Cernimus enim leges plurimas Romanas, Hispanasq; sanctiones, vt nimis rigidas abolitas fuisse, & cū pœna commissi odiosa sit ex se, rigoremque contineat, iure optimo factum est, vt lex quæ in cōtractu odioso illā admittebat, recepta non sit. Nec quod pœna cōventionalis quacunque sit, peti possit, commissi pactionem iustam facit, quoniam cōmuni voto Doctores id resoluunt habere locum cū facto, vel dationi speciei adijcitur, secus vero cum dationi quantitatis: quoniam tunc usuræ claudit suspicionem, & præsumitur adiecta in fraudem usurarum. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petatur. Ancharran. consil. 148. apud antiquos. Alexand. consil. 49. & sequenti volum. 4. & cōsil. 135. colum. 4. volum. 6. Decius consil. 183. & agnoscit communem Alexan. consil. 119. colum. 3. volum. 2. & consil. 43. volum. 6. & consil. 135. colum. 3. eodem volum. Petrus Rebuf. in. l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest: glossa proferruntur, num. 46. versiculo primo fallit. Palacios Rub. in cap. per vestras. 6. notabi. numer. 7. Ioannes Gutierrez de iuramento confir. 1. par. capit. 36. num. 9. & commissi pœna incensu posita quantitatis dationi adiecta est, ac proinde locum habere nequit, & accedit, quod iā pœna conventionalis non exigitur, nisi quatenus interest, vt resoluit Matthæus de Afflictis decis. Neapoli. 153. Auendaño in dictionario, verbo pœna conventional. Gutierrez dict. cap. 36. num. 10. Denique postrema ratio acutissimi Bartholomæi de Albornoz non officit ex causa multiplici. Prima, quia eo modo debitor cogitur censum redimere, existimat enim Albornoz ita demum rem, quæ in commissum incidit, posse recuperari, si emptori integrum capitale cum redditibus de cursis reddatur. Quod iniustum est, & substantiæ contractus censualis repugnans, & aduersum. Secunda quoniam contingere poterit

terit ut debitor vix possit omnia credi-
tore ipso recuperare: fietque exinde, ut
cum aliena iactura locupletetur: quod
abhorret natura l. nã & hoc natura ff. de
condictio. indebiti l. iure naturæ ff. de
reg. iur. s. reg. locupletari eodẽ tit. li-
bro 6. Tertia, quia si ut autumat Albor-
noz, fructus interim percepti debet spe-
ctare ad creditorem: euenire poterit,
ut lucretur fructus maioris pretij & e-
molumentum, quam sit tributum census.
Quod nequit excusari ab usuraria pra-
uitate. Igitur dicendum est à contractu
censuali commissi pactiõnem reiicien-
dam esse, & legem 98. Tauri, primam-
que titulo 15. de los censos. libro. 5. no-
uæ Compila. contrario abrogatam usu.
Hanc tamen resolutionẽ existimat ces-
sare Petrus Follerius in dicto verbo.
huiusmodi cens. super rebus nu. 88. &
89. vbi ita conueniret.

12 Ut res subiecta census præstationi in-
cidat in commissum, pro iusto pretio.
Quia tunc omnis fraus & usuræ suspi-
cio videtur exclusã, pro qua senten-
tia facit text. celebris in l. si fundis §. vi-
tim. ff. de pigno. Ex quo Doctores fre-
quentissime solent annotare admitti pa-
ctum legis commissoriæ in pignoribus,
vbi inter creditorem & debitorem con-
uenit, ut non soluto debito ad certum
tempus res sit creditoris iusto pretio, &
ita obseruant Salyce. in Paul. in l. Titius
ff. de pignoratitia actione, Tiraquelus
de retractu conuentiona. in fin. nume-
ro. 126. Pinelus in Rub. C. de rescindẽ.
venditione secunda parte capite primo
numero 26. ad finem. Caldas Pereira
in l. si curatorem habens C. de in inte-
gram restitutione minorum, verbo sua
facilitate numero 95. Mathæus de affi-
ctis decisione Neapoli. 368. numero 1.
& 2. Negusan. de pigno. 4. part. prin. in
principio numero 6. Couarruu. libr. 3.
variar. cap. 2. numero 8. Ioann. Gutier-
rez de iuramento confirmator. 1. part.
cap. 33. numero 4. & probat optima lex
Regia 41 tit. 5 part. 5. & l. 12. titulo. 13.
eadem partita & ibi Grego. Lopez, ve-

um quamuis cõmuni suffragio Docto-
res tradiderint in pignoribus valere pa-
ctum legis commissoriæ ea forma cõcep-
tum: tamen in cõsuetudine reiiciendum esse mi-
hi persuadeo.

Quoniã vitiũ habet incensu omnis
pactio, omnisque cõuentio, qua debi-
tor manet obligatus directe, vel indire-
cte ad alienandum creditori rem cen-
sualem, nisi grauamen iusto pretio com-
pensetur, ut efficaciter superius demon-
strauimus, quare cum ea pacto debitor
extringatur videri creditori rem cen-
sualem, fit consequens id pactum non
leue continere grauamen, ac per con-
sequens reiiciendum est, nisi detur ma-
ius pretium respondens ipsi grauamini
& oneri, & accedit quorundam senten-
tia existimantur in mutuo non valere
pactam legis commissoriæ ita concep-
tum, ut res sit empta iusto pretio, ea ra-
tione quia mutuans nullum lucrum sti-
pulari potest propter officium mutuã-
di etiam prætextu dilationis præsertim
dãnosum debitori, sed ius emendi, vel
adquirendi rem alterius iusto pretio est
lacrum, seu commodam considerabile
damnum asserens domino, & aestima-
tionem rei suæ diminuens l. si a quo ff.
de lega. 1. & sic est usura formalis in mu-
tuatẽ, ut sentit Carolus Molinaus, quẽ
refert. Couar. d. c. 2. n. 8. vers. secundo
pactũ, & Caldas Pereira d. verbo sua fa-
cilitate num. 99. vers. Secunda etiã con-
clusio, quæ ratio incensu maximum pò-
dus habere videtur ergo, &c.

13 Valeret autẽ in censu commissi pactio
vbi actũ esset, quod domus, vel fundus
debitoris ad creditore spectet nõ abso-
lute, & in perpetuũ, sed sub libero pac-
to redimendi fundũ, ita ut fructus interim
cedat loco usurarũ, redditũ in quã, aut
interesse, dũ modo fructus redditũ an-
nuũ nõ excedat. Quoniã hæc in specie
nõ est vere pactũ legis commissoriæ, sed
pactũ inter usurij pecuniæ cõpensandi,
tunc enim est vera Antichresis cum est
actũ, ut creditor fundũ retineat fructus
in usuras percipiẽdo, donec fors redda-
tur, sic

Liber Primus

tur, sic enim is contractus vocatur, quod pignus ita datur, ut quoad debitor satisfaciat, eo creditor usurae nomine utatur, & fruatur. Marcia. l. C. in l. si pecuniam ff. de pignorat. actione scribit, *si pecuniam debitor soluerit, potest pignoris actione uti ad recuperandam antichresin*, & in l. si is, qui bona §. 1. ff. de pignori. *si antichresis facta sit, & in fundam, aut in aedes aliquid inducatur, eo usque retinet possessione pignoris loco, donec illi pecunia solvatur*. Eiusque contractus exempla extant apud Papinianum in l. 1. §. pacto ff. de pigno. & Modestinum in l. 39. ff. de pignora. actio. & Paulum in l. 9. §. vlt. ff. de suppellecti. legata, & Impera. in l. sic a lege. 17. & l. si ea pactione C. de usuris & in Nouella 32. 34 & 130. ut post Baldum. & Cuiam. observat doctissimus Barbosa in l. de divisione. §. n. 3. ff. soluto matrimonio. Alciz. li. 2. Parergon cap. 14. Reuar. lib. 2. variorum c. 14. Brisson. & Prateus de verbo. signific. verb. Antichresis, Otom. libr. 1. de usuris c. 2. & li. 2. c. 4. Mudeus ad tit. de pactis pigno. c. 48. & facit, quod notat Borgni. Cavalca. decisione Fiuizanensi 43. num. 54. ubi scribit, quod etsi in casu commisso, & caducitati locus non sit tamen is, cui debetur ob non solutam pensionem, potest petere se immitti in possessionem rei censualis, & aliorum bonorum censuarij, fructusque capere quosque census sibi domino soluti non fuerint, & ita quotidie fit. Nam virtute instrumenti censualis fit executio in bonis censui suppositis pro redditibus decursis, eaque adiudicantur creditori. Qui, quam diu debitor non solvit, fructus percipit, sed cum excedunt debitam quantitatem, excessum lucrari non poterit, quia usuram contineret. Igitur si ita conveniret, ut non soluto reddito fruatur creditor rebus subiectis censui, paratus restituere, cum debitum solutum fuerit, conventio nihil habet illicitum, dummodo redditum non superent fructus, & ita docet Nicola. Valla. de reb. dub. tract. 1. n. 15. Barbosa d. n. 3. ad idem

Octavi. & Thesau. ac Menochium referens An vero bonis adiectis creditori, pro redditibus decursis valeat idem creditor pro pensionibus quae postea effluerunt, executionem petere, tractat novissime Parlado. lib. 2. rerum quotid. capit. vlti. §. p. §. 16. num. 23. inclinans in partem negativam, post Boeri. decis. 309. sed ratione fragili.

14 Egregia tamen dubitatio est, an inter debitorem & fideiussorem censuati contractus admitti debeat pactum commissi, ut si debitum soluerit fideiussor, res aliqua ex censui suppositis, vel alia efficiatur ipsius fideiussoris: & valere tale pactum videtur posse demonstrari ex sententia Bartoli. in l. quamvis ff. de solutionibus existimantis in pignori bus non reijci, nec improbari pactum legis commissoriae inter debitorem & fideiussorem. Quam sequuntur omnes in l. 1. C. de pactis pignorum, & numerosa Doctorum series, quam recenset Covarruv. d. capite 2. numero 8. & esse communi, & frequentissimo Doctorum consensu receptam profitetur Pinelus in rub. C. de rescinden. venditio. 2. p. capit. 1. nu. 31. Emmanuel Suarez Lusitanus inter communes opiniones li. 6. littera F. versiculo fideiussor cum debitore, Caldas Pereira d. verbo sua facilitate numero 95. Adduciturque solet pro hac sententia communi responsam celebre Sequoiae Iuris consulti in l. vlti. in principio ff. de contrahen. emp. scribens in haec verba. *Titius cum mutuos acciperet sol aureos sub usuris, dedit pignori, sine hypotheca praedia, & fideiussorem Lucium, cui promisit intra triennium proximum, se esse liberaturum, quod si id non fecerit die supra scripta, & soluerit debitum fideiussori creditori, iussit praedia emptae esse, quae creditori obligaverat. Quaero cum non sit liberatus Lucius fideiussor a Titio, an si soluerit creditori, emptae habeatur supra scripta praedia? Respondi, si non ut in causam obligationis, sed ut emptae habeatur sub conditione, emptio facta, est & contracta esse obligationem. Contrarium vero, in lege*

legis commissoriae pactum inter debi-
torem & fideiussorem improbum esse
magis probarunt Ioannes Imola in ca-
pite significante columna tertia versu-
culo item aduerte de pignori. Alexan.
consilio 178. numero 9. volum. 7. An-
dreas de Isernia Euangelista feudista-
rū, Aluarotus, & Præposi. in c. 1. de feu-
do dicto invicem legis commissoriae in
vlibus feudorum, Couar. d. ca. 2. n. 8. Pi-
nelus in d. Rubri. C. de rescinden. ven-
ditio. 2. p. cap. 1. num. 31. Caldas Perei-
ra d. verbo sua facilitate num. 95. versu.
prima igitur illa conclu. & nume. 96. &
hæc posterior sententia verior, quidē
est. Quoniam in pacto legis commissio-
riæ adiecto inter debitorem & fideiuf-
sorem eadem ratio viget, quæ in pa-
cto inito cum creditore, eademque as-
peritas, usuræ timor, & suspicio, quam
execratur, quamque procul extermina-
re contendit rescriptum Constantini in
l. vlt. C. de pactis pignorum.

Tum quia ipsum fideiussionis offi-
cium gratuitum esse debet l. 1. ad finem
ff. mandari, & fideiussor nullum lucrum
de officio fideiussionis facere debet.
Hæc tamen ratio non omnino videtur
convincere legis commissoriae pactum
inter debitorem, & fideiussorem im-
probum esse. Nam fideiussor pacisci &
exigere potest lucrum pro fideiusione
absque usuræ crimine l. hoc iure §. La-
beo ff. de donatio. & ibi Bartolus, Imo-
la, & Paulus de Castro l. si remuneran-
dis, Maurus, añas incipit, Marius ff. man-
dati & docent Lasresius de Rodolphis in
cap. consultat de usuris 3. p. quæst. 3. &
quæst. 47. Ambrosi. de Bigna in cap. sa-
lubriter eodem titulo num. 18. Anania
in cap. vlti. de usuris num. 42. & ibi Na-
uarru in princ. num. 7. Decius consi. 7.
num. 1. Diuus Antoninus 2. paratit. 7. ca-
pit. 7. §. 45. Ange. verbo fideiussor ad fi-
nē, Sylvester verbo usura 1. quæst. 39.
testatus esse communem sententiam:
Conrad. de contracti. quæst. 40. concl.
4. Palaci. Rubi. in cap. per vestras de do-
natio. inter notabili. §. 9. nume. 10. Ca-

ieta. 22. q. 78. art. 2. ad 4. Soto li. 6. de iu-
stitia & iure quæst. 1. arti. 2. Ioannes de
Medina in C. de resci. tut. fol. 146. 9. se-
quitur amplius fideiussor, Michael de
Palac. in praxi Theologic. lib. 5. cap. 6.
pagin. 445. versu. porro multo secius, &
profitetur esse traditionem comunē
receptam Couar. lib. 3. variar. c. 2. nu. 6.
Didac. Perez in proœm. tit. 2. de las u-
suras, lib. 4. ordinam. pag. mihi. 23. col.
2. versu. quæro successiue, Dom. Anto-
nius de Padilla in l. 2. C. de rescind. vèd.
num. 27. Gaspar de Baeça in tract. de de-
cim. tutor. Hispanico iure præstanda. c.
2. num. 82. Aluar. Valaf. tom. 1. consult.
& rerum iudic. in Regno Lusitan. con-
sult. 18. num. 2. Quæ sententia persua-
deri etiam potest eo argemento, quod
usura non reperitur, nisi in mutuo ve-
ro, vel præsumpto, & in hac specie nul-
lum subsit mutuum, nec verum, nec
palliatum: ideoque conuentio pro fide-
iusione referens lucrum, & commodi-
tatem ad fideiussorem, ab usuræ labe,
& prauitate vacua sit, libera, & immu-
nis. Contrarium vero, imo usuram esse
capere aliquid fideiussorem pro mero
fideiussionis officio defendit Carolus
Molin. de cōtract. q. 31. quem referunt,
& sequuntur Couar. d. c. 2. nu. 7. Pinel.
in dicta rubr. 2. p. cap. 1. num. 31. Cald.
Pereira dicto verb. sua facilitate nu. 96.
Hancque libentius amplector senten-
tiam, quia quemadmodū creditor pro
officio mutui nihil potest honeste exi-
gere ita fideiussor, imo multo minus,
quia minus officij impedit, quam credi-
tor suū gratis mutuas: si ergo creditori
ipsiusors quæ abest, nihil debet parere,
quāto minus fideiussori simplex verbo-
rum prolatio, cū nihil ei absit? Si credi-
torem propter officij mutuacionis ali-
quid ultra sortē exigere (licet interim
pecunia sua sibi absit) est usura: in fide-
iussore, cui nihil abest, est plusquam u-
sura, quæ re ipsa ut iniquior, ita defor-
mior, & sordidior est in fideiussore.
Neque obstat textus in dicta lege,
hoc iure §. Labeo. ff. de donationibus,

L quia

Libellus Secundus

quia non approbat has modales, neque ad hunc finem loquitur, sed solum ad finem ostendendi, quod non cadunt in donationem. Loquitur enim, quando stipulatur, promittitur, vel datur merces pro officio futuro, & dicit hoc esse extra causam donationis, nec valere tanquam veram donationem. An autem valeat, iustave sit talis stipulatio, promissio, vel datio mercedis, l. C. non tractat, neque explicat, ideoque examen & discussio aliunde capienda est, nullo autem alio iure cauetur, nec ratio Philosophiæ moralis, aut iustitiæ commutativæ suadet, sed potius repugnat fideiussorem posse aliquid accipere pro officio fideiussionis, quod de se est non minus gratuitum, imo magis, quam verum mutuum: igitur & neque etiam obstat, quod usura non reperitur nisi in mutuo, & hic nullum subesse videatur: quoniam re alius perpenſa apparet dicendum fore, mutuum quoddam palliatum deprehendit delitescens sub forma fideiussionis: videtur enim fingi posse, quod fideiussor quantitatem mutuaverit debitori, & ultra illam acceperit lucrum, quod simulat se capere pro munere fideiussionis. Igitur pactum legis commissoriæ conceptum absolute inter debitorem, & fideiussorem improbum est, & vsuræ suspicionem vehementi non carens. Nec in contrarium momentum habet responsam Scævola l. C. in l. vlti. in principio ff. de contrahen. emptione. Quoniam ibi Iuris consultus non dicit, quod prædia ipsa sint fideiussori emptæ pro debitoro, sed simpliciter dicit quod sint emptæ, & sic intelligitur iusto pretio, quoties enim simpliciter dicitur, quod res sit emptæ, nisi solum sit in termino, non intelligitur pro debitoro, sed pro iusto pretio a iudice, vel bonis viris æstimando, ut scribit Bartol. in lege. Quamvis ff. de solutio. & in l. si fundus §. vltim. numero primo ff. de pignori. Hostiensis, Ioannes Andre. & Panormit. in capite significante de pign. Negusan. quarta parte numero sexto Bertran. consil. 98.

col. vii. volum. & ita et n. rex. um in interpretantur Imola in l. capi. significante numero 10 Isernia, Aluarotus, & Præposi. in d. c. primo de feudo dato in vicem legis commissoriæ, Alexan. consil. 178. num. 9. lib. 7. Covarruvias d. capite 2. numero 8. versu. 2. pactum, Caldas Pereira d. verbo sua facilitate num. 95. versu. prima igitur illa conclusio.

Sed mihi videtur hæc interpretatio diuinationem continere. Ideo magis placet altera doctissimi Pine. in d. Ru. C. de rescindend. venditio. 2. part. capi. 1. numero 31. quod Scævola l. C. in d. l. vltima ff. de contrahen. emptione agit magis de quæstione voluntatis, quam potestatis, nempe de cognoscendo quid inter contrahentes conventum censeatur, non vero an contrahere potuerint, nec l. Consult. Scævola potuit dubitare, an ibi pactum legis commissoriæ in pignore valeret, cum eo tempore improbatum non esset. Quod etiam præter doctissimum Pinelum annotarunt Iacobus Cuiacius innotis ad Iulium Paulum lib. 2. sententiarum titul. 13. & in l. AEmylius Largianus ff. de minoribus ad finem, Hugo Donel. cap. 11. & Franciscus Baldui. cap. 17 tracta. de pignori. & Antoni. Concius in notis marginalibus ad text. in l. vlt. C. de pactis pignorum, quorum ipse meminisse supra capite 5.

Dixi superius commissi pactiorem tunc admitti, ubi census perpetuus constituitur absque redimiendi pacto: & res, super qua constitutus est, ipsius erat, qui pensionem annuam sibi soluendam fore cauerit: & in hac specie receptam fuisse Taurinam legem 68. & primam titul. 15. de los censos libr. 5. nouæ Compilationis.

Est tamen egregia dubitatio explanatione dignissima an commissi pactio & pœna recipienda sit in ea forma contractus, quæ frequentissima est hac nostra tempestate, videlicet cum datur quis suam possessionem alteri certo pretio estimatâ & taxatâ in censum, ut quoadu pretium contentum solutum non fuerit, emptor sol-

nat redditum annuum rationem vnus
 pro quatuordecim ad pretij conuerti
 numerum? & latius ex omnibus quos
 legere potui, Ludouicus Mexia in l. 5.
 titul. 3. *De los propios y rentas de los cō
 cejos*. libr. 7. ordinament. secundæ par-
 tis secundo fundamento nu. 35. tractat
 hanc difficultatem resoluens, quod in
 hac specie si pactis contractus per reci-
 pientem possessionem, & annum red-
 ditum præstare debentem contrauen-
 tum sit, pactiones, conditiones, pœnas
 ve sibi impositas non seruauerit, pote-
 rit expelli, locusque erit commissio, &
 legi apud Carias Taurinas 68. exinde-
 que docet aperte commissi pœnam in
 ea forma cōtractus admittendam esse,
 moueturque ea ratione: quod directū
 illius possessionis dominium, dum sibi
 totum eius pretium non soluitur, penes
 dominum dantem remanet, & quia ad-
 huc creditor est, & ratione fructuum,
 quos amittit, & recipiens lucratur, ac
 suos facit, potest erga annuam præsta-
 tionem, & alias conditiones sic recipiē-
 ti leges indicere, & statuere pœnas ab
 eo contraueniente exigendas. Ludouic-
 que Mexiæ sententiam sunt comple-
 xio in. Martinez de Olano in sua con-
 cordia, & noua reductione antimoniarum
 iuris communis & Regij litera A.
 numero. 104 ab illo dissentiens circa ex-
 plicationem textus in d. l. 68. Tauri, &
 Ioannes Gutierrez tracta. de iuramen-
 to cons. 1. part. cap. 31. numero. 10. con-
 siderans alteram rationem, videlicet
 quod per eā pactionem res ipsa recur-
 rit, & regreditur ad suam antiquam, pri-
 stinamque naturam, & ideo valere de-
 beat iuxta sententiam I. C. in l. si vnus §.
 pactus ne peteret ad finem ff. de pactis:
 idem Gutierrez libro 2. practic. quæst.
 168. numero 11. idem tenet Nauarr. in
 comment. de vsuris numero 110. Gu-
 tierrez consilio 12. numer. 2. ad finem.
 Sed rationem qua impellitur Mexia ad
 sic sentiendum, duco fragilem & infir-
 mam. Quoniam in ea forma contractus
 emptor statim perfecto contractu do-

minus efficitur, fructus libere percipit,
 & lucratur, remque ipsam distrahere
 potest, legare, & donare cū onere suo,
 quæ veri & perfecti dominij argumen-
 ta sunt. Nihilque remaneat penes ven-
 ditorem, quam ius ipsum percipiēdi an-
 nuam pensionem. Et præterea, quia vi-
 detur sentire Mexia translato dominio
 in totum, redditus annui exactionem lo-
 cum non habere, cessareque celebre res-
 criptum Diocleciani, & Maximiani in
 l. curabit C. de actioni. empti, & vediti:
 quod factum esse liquido constat ex his,
 quæ resoluit eleganter, & doctè Couar-
 ru. libro tertio variarum capite quar-
 to numero quarto versi. 5. ex eadem ra-
 dice, & quod magis est, hæc sententia
 habet eximiam difficultatē ex eo, quod
 si hic contractus iudicandus est census
 redimibilis, prout Mexia, Olano, & Gu-
 tierrez opinantur, videretur commissi pa-
 ctio non admittenda, cum in hac specie
 locum habeant rationes, & argumenta
 omnia, quibus demonstratū est superius
 commissi pœnam, vt odiosam, & de v-
 sura suspectam a censu redimibili esse
 reijciendam, & procul amandandam.
 Animaduertoque Didacum de Couar-
 ru. libro tertio variarum capite 7. nume-
 ro 1. Ioannem Oroscium in l. iuris gen-
 tium. §. quinimo numero 49. ff. de pac-
 tis. Didacum Perez in proœmio tituli
 2. *de las vsuras*, libro 8. ordinamenti ve-
 teris pag. 36. col. 1. versiculo quæritur
 vltèrius. Aluar. Valascum de iure em-
 phyteutico quæst. 32. num. 31. Ioannem
 Marienço in l. prima tit. 15. *de los cen-
 sos*, libro 5. nouæ Compilationis glossa
 1. contrariam sententiam fouere, dum
 scribunt Taurinam constitutionem dū-
 taxat esse receptam in ea specie, quan-
 do census perpetuus constituitur absq;
 redimēdi pacto, & res, super qua consti-
 tutus est, ipsius erat, qui pēsiōnē annuā
 sibi soluendam fore cauerit.

Cēsent ergo cēsū cū pacto redimen-
 di cōstituto super re, quæ eius erat, qui
 stipulatus est annuā pēsiōnē, pactionē
 cōmissi iniustam, iniquā, & illicitam ef-

L. 3. se. Ego

Liber Primus

se. Ego quidem iam diu arbitratus sum Ludouici Mexiæ opinionem verissimam esse: sed eius comprobationem pendendam aliunde. Pendet enim ex eo, an isthæc forma contractus sit censualis, an vero accedat ad aliam speciem contractus. Censum non esse duco verius, sed emptionem, & venditionem contractam cum pacto legis curabit C. de actionibus empti, & venditi. Quod in specie annotauit Ioannes Matienço vir utique doctus, & lectionis multiplicis in l. 7. titu. 11. lib. 5. nouæ Compilationis glos. 1. n. 25. & sequentibus, & ante illum Couarruias. libro. 3. variarum ca. 11. num. 5. nouissime Nauarrus consi. 5. sub titul. de censibus. Cum enim alteri fundum quis ita vendit, ut donec pretium soluat, pensio annua nomine census redimibilis super eodem fundo constituti venditori præstetur in compensationem fructuum ex eo fundo percipiendorum ab emptore, non contrahitur emphyteusis, neque census, sed vera emptio & venditio fundi ipsius cum illo pacto, ideoque tunc habet locum retractus iure sanguinis, ut scribunt Matthæus de Afflictis decisione Neapolitana. 338. numer. 8. Tiraque. de retractu lignagier §. 1. glo. 2. numer. 34. 35. & 37. Cassançus in consuetudin. Burgundiæ titulo de retractu §. 10. in verbo leuendeur, in principio. Quod si census iudicandus esset, retractus iure sanguinis non procederet, quia vendito censu antiquo, vel de nouo constituto redimibili, aut irredimibili retractus iure sanguinis non admittitur, ut ex Tiraquelo, Palacio Rub. Castillo, Couarruu. Gregor. Lopez resoluit Matienço d. glos. 1. numro 22. & 23. cui formæ contractus non repugnat adijci posse conuentionem, ut si emptor omiserit certo tempore venditori soluere quantitatem annuam in compensationem fructuum, fundus ad priorem dominum reuertatur. Quoniam legem commissoriam in emptionis, & venditionis contractu licitam esse perquam manifestum est, pro qua sententia facit Alexandri

Cæsaris rescriptum in l. commissoria. 3. C. de pactis inter emptorem, & venditorem iuncta glossa ibi verbo usurarum, iuxta quam in eo textu hæc facti species proponitur, quod quis alteri fundum vendidit adiecto pacto, quod si pretium ad certum tempus non fuisset solutum, fundus ad venditorem reuerteretur, & interim emptor pretij usuras persolueret. Imperator rescripsit commissoria venditionis legem exercere non posse, qui post præstitutum pretij soluendi diem, non vindicationem rei eligere, sed usurarum pretij petitionem sequi maluit. Apparet ergo iuxta sententiam glossæ ibi actum fuisse, ut si intra certum tempus pretium non solueretur, ad venditorem fundus rediret & quandiu emptor retineret, penderet usuras pretij, ac proinde lex commissoria in emptionis, & venditionis contractu iungi potest cum pacto legis curauit C. de actio. emp.

Sed an si tabellio omitteret in instrumento censuali apponere commissi pactum, cum licita est, nihilominus commissi poena exigere possit: oportune queri potest? Et quod adhuc exigere, perique valeat, videtur ex eo demonstrari, quia cum ex stylo notariorum soleat apponi frequentissime, si non opponatur, proscripta, & apposita habenda est ex l. vltima C. de fideiusso. Curc. Iunij. consil. 101. numero 10. Segura in l. 3. §. vltim. numero 31. ff. de liberis. & posthumis Couarruu. in Rub. de testamen. secunda parte numero 14. Menchaca de successio-num creatione libro septimo §. 6. numero 53. Quod enim solitum, & consuetum est, habetur pro expresso l. quarta ff. de lege commissoria l. quod si nolit §. quia assidua ff. de ædificio edicto, & copiose tractatum est ab interpretibus nostris in capite, cum M. Ferrariensis de consti. Borgninus, Caualea. decisione Fiuizanensi 43. num. 33.

In contrarium autem plurima videntur. Primum, quia cum soleat apponi, si non apponatur, censetur omissa ex partium

tium conuentione, secundum quia est pena priuationis, quæ nunquam locum habet, nisi exprimatur, glossa in cap. vltim. de iure patrona. glossa in cap. Apostolus 81. distinctione, glossa in summa 15. quæst. 8. glossa in cap. quamquam, verbo secus de electione, lib. 6. glossa in cap. 15. qui de sententia excommunicationis eodem lib. Tertium, quoniam iure nostro regio tota scriptura, eiusque tenor est legendus à tabellione partibus coram testibus, & amplius post approbationem partium tabellio nihil addere protocollo, seu scribere potest, vt decisum extat in l. 13. titulo 25. de los Escriuanos de concejo y publicos, lib. 4. nouæ Compilatio.

Quibus argumentis Didac. Perez in proemio titul. 2. de las vsuras, lib. 8. ordinamenti veteris pag. 36. colum. 2. resoluit commissi pactioem omittam à tabellione, non debere censerì adiectam, & ipse huic sententiæ accedo perquam libenter.

18 - Quarta quæstio est, an valeat pactio, vt si census non soluatur intra biennium, possit exigì quantitas, vel pretium, quo census constitutus, & emptus fuit? & Ioannes de Olano in sua concordia, & noua reductione antinomiarum iuris communis, & Regij, litera A. num. 112. scribit eam conuentionem frequentissimam esse in Regno Nauarræ, & admittendam esse ea ratione, quia ad firmiorè cautelam contractus apponitur, & ex ea non minuitur pretium census, tenditq; ad faciliorem executionem eius, quod debitor tenetur facere, nempe ad expeditiorem solutionem census, asseritque hanc esse optimam praxim, & facile, ac paratum remedium exigendi censum, aut pretium si non soluatur, & miratur, quod censuarij in Regnis Castellæ, non vtantur hac forma conuentionis. Et pro hac parte latissime cõsuluit Hierony. Gabriel consil. 152. & probat Molina lib. 2. de iustit. & iure, disput. 391. colum. 918. dicens, se non audere condemnare pactioem huiusmodi, Ego

vero iniustam esse censeo eam conuentionem à partibus adiectam in contractu censuali, nec debuisse Olanum admirari, quod non soleat in his Regnis apponi in huiusmodi contractibus. Hæc que sententiam meam esse verissimam conuinci potest eo argumento, quod Martinus Quintus, Calixtus Tertius, Nicolaus Quintus, Pius Quintus, & Gregorius Decimus tertius Extrauagantibus suis diffinierint non valere pactioem, qua directe, vel indirecte agitur, vt fors principalis repeti possit à debitore, isque cogi, & compelli possit illam creditori reddere: & omnes Theologi, & Canonici iuris professores, qui de cõsensu scripserunt, vnanimi consensu docuerint in hoc contractu sortem ita ab alienari in debitorem, vt ipso inuito, & repugnante nullam emptor possit habere spem repetendi. Ideoque etiam ob moram solutionis non poterit conueniri, vt debitor sortem cum vsuris teneatur reddere. Quod cū fiat in specie proposita, pactioem inutilem esse dicendum est.

Rursus in ea forma contractus mutuum quoddam delitescit, & occultatur: nam vt animaduertit optime Didac. Pizarro ad statutum de Guadalupe, glossa si repetibile, mutuum est, si conueniat, quod dum vsus, ad quem petitur pecunia, adimpletur, non petatur, siue actum sit, quod donec soluntur vsuræ, fors non possit peti, siue conuentum fuerit, quod fors non præstetur, si vsuræ soluantur, ex l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petat. l. ite quia. §. vlt. & ibi Paul. & Alexand. ff. de pactis l. 4. §. vlt. ff. de annuis legat. vbi Bart. & DD. l. si Titius. ff. de præscrip. verbis l. si bene collatæ. ff. de vsur. & ratio est, quia licet pendente conditione de facto peti nõ possit fors, sustinetur tamen quasi mutuū in illa spe, quod eueniet casus, in quo deficiente conditione peti poterit, quia in vim defectus conditionis retinet suam naturam reijciendo retro oculos quoquo modo ad tantumdem in genere, in quo tota substantia mu-

Libro Primus

tui consistit, sed perpenſa attentius forma huius pactionis apparet, dilucide id ſolum agi, vt quandiu ſoluuntur uſuræ, & redditus, ſors non repetatur. Ergo cum vltra ſortem aliquid accipiatur, nõ cenſus, ſed mutuum, non iuſta, ſed uſuraria pactione iudicanda eſt, quod etiam tenet Gutierrez lib. 2. pract. quæſt. 174.

19 Agnoſco autẽ libentiſſime lege, aut ſtatuto effici poſſe, vt ob moram in ſoluendo redditu cõmiſſam debitoris bona diſtrahantur, & ex eorum pretio, & valore creditori ſors cũ uſuris, & redditibus decurſis integre reſtituatur. Ideo quẽ inſignis Martinus Nauarr. in cap. 28. Manualis Hiſpani, in additione ad cap. 23. num. 66. & 67. ſcribit in Regno Nauarræ fuiſſe lege ſancitum, vt nõ ſolvente debitore vendi, & in publica ſubſtatione addici poſſint bona debitoris ſpeciatiim hypothecæ ſubiectã, vt ex eorum pretio ſoluatur ſors cum uſuris, & quod ſuper eſt ipſi debitori reddatur, quam legem iuſtiſſimam eſſe ſcribit Ioannes Gutierrez de iurament. cõfirmatorio. 1. par. cap. 31. numer. 11. ſolum enim prohibetur ne creditor, ex propria conuentione, & autoritate poſſit repetere ſortem principalem, quia id uſuram euidentem ſapit, ideo quẽ inter fideiuſſorem, & debitorem cenſus cõuenire, agique poteſt, vt ad certum, vel poſt certum tempus, ipſe debitor teneatur cenſum redimere. Quemadmodum reſolui hoc lib. cap. 8. 6. quæſt. quiniſimo iudex à ſe lata ſentẽtia poſſet præcipere, vt diſtractis bonis debitoris ad cenſum perſoluendum, creditori ſatisfiat ex eorum pretio, quotidiana vero praxis recipit, vt virtutem instrumenti garentigij pro redditibus decurſis fiat executio in bonis debitoris, prolataque ſententia *de trance y remate*, bona ſpecialiter annuæ præſtationis ſolutioni ſubiectã, & in cauſam executionis capta adiudicetur creditori pro redditibus & expenſis factis in cauſa executionis. Ideoque Borgninus Caualecanus, deciſione Beuizanenſi 43. num. 54. poſt Be

nedictum Boni. n. de Corona, in tractat. de cenſib. lib. 1. articul. 13. num. 30. 31. cart. 43. & articul. 61. num. 76. cart. 130. ſcribit, quod exiſtente debitore in mora ſoluendi creditor, poterit ob cenſum non ſolutum petere ſe imitti in poſſeſſionem rei cenſualis, & aliorum bonorum cenſuarij.

Vnum autẽ diſſimulare non poſſum, & iniuſtiſſimum eſſe audacter profero, quod creditori adiudicentur bona longe maioris pretij pro redditibus decurſis, ea quẽ ſecure creditor poſſideat, & fruatur. Nam ob moram in ſoluendo cõmiſſam debitoris bona nequũt adiudicari creditori, niſi pro ea parte tantum, quæ vere tangit creditoris intereſſe propter nõ ſolutum cenſum, vt reſoluunt Nauar. & Ioannes Gutierrez ubi proxime docentes, non poſſe quod excedit in cõſcientia retineri. Igitur parum eſt ſecura in iudicio animæ quotidiana praxis, qua ſæpe numero receptũ vidimus, vt creditor mittatur in poſſeſſionem bonorum omnium debitoris, vel eorum, quorum pretium ſortẽ, & uſuras longe excedit. Vtque iniuſtæ, & illicitæ retentiones à Chriſtiana Republica arcerentur, deberent curare iudices, vt bonorum quẽ in cauſam executionis capta ſunt, æſtimatio fieret à viris peritis, & tantumdem creditori adiudicaretur quantum ſorti, & uſuris exequaret. Caueantque miſeri creditores aliorum bona ſitientes, aliorum facultibus inhiantes, nedum ſtudent debitorum ſuorum occupare bona ampliora, quam ſors, & redditus valeant, in infernum præcipites ruant. Nec enim vltra quod intereſt ſecure, & iuſte valẽt percipere. Et quid proderit illis lucrari totum mundum, ſi animæ ſuæ detrimentum patiantur, iuxta verbum Euangelicum relatũ à Pontifice Maximo in cap. Matthæus de ſimonia, & ita eam praxim damnat Azeuedo in. l. vlt. titul. 22. *de las entregas y execuciones*, lib. 4. nouæ Compil. num. 127.

21 Quinta quæſtio eſt, an valeat pactione, qua

qua conuenit, ut redditus venditor possit redimere, eoque se liberare intra quadrienium redditu pretij accepti sorte, vna cum reliquis pensionis illius, si quæ tunc debitz erant, atque, ut huius pensionis vsuræ interim non currant, venditor emptori quorundam prædiorum fructus loco vsurarum tradit percipiendos, hac tamen lege, vt si venditor intra præfinitum tempus non redimat, redditum pro eo ex nunc, prout ex tunc, emptori in solutum ea prædia det, ac transferat. Quam quæstionem mouet Imbertus Rupellanus libro 1. Forensium institutionum, capit. 34. & scribit celeberrimos Parisiensis Curia caudicos, nõ semel respondisse hunc contractum, hancque formam conuentionis non carere viribus, neque esse fœneratitiam, & in eam sententiam ipse desecit. Ad eamque comprobandum vitur eo argumento. Quod valet pactum, vt creditor vice vsurarum fructus fundi obligari percipiat. Neque obtentu maioris emolumentum propter incertum fructuum euentum rescinditur. l. si ea lege. C. de vsuris. Ideoque quamuis hodie vsura sit prohibita, quia tamen hæ pensiones instar se habent vsurarum, ab his ad illas apte torquetur argumentum, cum sicut vsuræ quotannis præstentur, & veluti vsuræ olim, sic hodie hi redditus, & pensiones sunt permissæ. Multa congerit Tiraquel. de retract. conuentionali ad finem, titul. 24. quæst. a num. 120. qui eum contractum censet, non esse reprobatum, licet ab eo consulat abstinendum. Eum tamen sententiam ipse probare non possum multis rationibus, & in primis quod hæ conuentionio plurima continet turpia, & illicita: aufert enim venditori liberam redimendi facultatem (ex qua vna referre pendet vniuersa iustitia census) eumque cogit ad redimendum intra certum tempus: pactioem commisi claudit in se, quam in censu improbam, & fœneratitiam esse abunde superius comprobatum est: indacitque, vt ex fructi-

bus possit maiorem percipere quantitatem, quam redditus valeant.

Rursus prædia in hac forma conuentionis videntur pignoris loco esse, vsque ad præfixum redimendi tempus, & postea pro sorte insolutum dari: ac proinde legis commissoria pactum in pignore videtur exerceri. Quod tamen iure nostro non admittitur. l. 1. & vltima. C. de pactis pignorum, capit. significante de pignori. l. 41. titulo. 5. part. 5. Denique receptum est, ex permixtione plurium contractuum vno, eodemque momento facta fraudem vsuræ deduci. l. si ventri. §. vltim. ff. de priuilegijs creditorum, & notat Bald. in. l. per diuersas. C. mandati, & Bartolus in. l. post contractum. ff. de donationibus, & ibi Anibal numer. 103. versicul. successiue venio, Guido Papæ in tract. de præsumptio. num. 50. versicul. de præsump. dolositatis, Aymon Craueta, consil. 153. num. 9. Gabr. lib. 1. communium opinionum, titul. de præsump. conclus. 13. numer. 7. Ioannes de Amicis, Paul. Parisius, Carolus Ruinus, & Ioannes Crotus, quos refert, & sequitur Mascard. de probationibus, conclus. 815. num. 4. volumine. 2. sed in proposito plurium fit contractuum, vno eodemque momento commixtio, quoniam statim vice vsurarum emptor fructus prædiorum emit, & postea ipsa prædia loco redditus annui. Igitur ea forma conuentionis fraudem quammaximam fœneris claudit, & inuoluit in se: denique facit, quod non valeat pactum, quod fructus cedant loco interesse creditoris, vt sensit Bart. in. l. Iulianus. §. si finita col. vlt. vbi Angelus, & Immo. ff. de damn. infecto. Bald. in. l. 1. C. de distract. pig. Menoch. consil. 110. num. 8. volum. 2.

Argumentum autem, quo Imbertus Rupellanus iudicauit licitam pactioem esse, debile quidem est. Non enim licet argumentari à legibus Romanis, vsuras permittentibus ad redditus annuos istos. Quoniã leges ciuiles vsuram admittentes erant iniustæ ex defectu

Libellus Primus

potestatis, quippe illam contra ius diuinum, & naturale permitterent, vt scribunt Ioannes Andreas in regul. peccatum, de regulis iuris lib. 6. in mercurialibus, Fortunius Garfias de vltimo fine, vtriusq; iuris illatione. 5. frater Alphonsus á Castro, lib. 1. de potestate legis pœnalis cap. 5. Quar. lib. 3. variarum cap. 1. num. 6. versicul. Ego sane, Mexia in pragmatic. taxæ panis secunda conclusione numer. 69. Et ideo licet iure ciuili valeret pactio inita de percipiendis fructibus ex pignore, tamen hodie iniqua, vsuraria, & nullius est momenti, cap. cū contra de pignor. cap. 1. cap. cōquestus de vsuris, ac per consequens à contractu censuali suspicioso de se, & ad prauitatem vsurariam decurrente procul amandāda est. Nec obstat, quod elegantissime, & copiosissime scribit Menochius dict. consil. 110. num. 53. 54. 55. 56. & 57. valere pactum etiam in mutuo, vt post retardatam solutionem fructus cedant lucro creditoris, quoniam vt ipse Menoch. declarat, locum habet, vbi vsuræ sunt permissæ iure Canonico, at in specie proposita non est certū vsuras Iure Pontificio approbatas esse. Ideoque communis ea resolutio nihil parit præiudicij nostrę sententię: admitto tamen decisionem tex. in dict. l. si ea lege hodie procedere in casibus, quibus vsuræ non improbantur sacris Canonibus.

Quapropter ipse Imbertus Rupellanus dict. cap. 34 suam censuit temperandam sententiam esse in eum modū, vt si fructus prædiorum, aut ipsorū pretium, multo pluris valeret, quam pensio, contractus sit fœneratitius, & illicitus: ego contra sentio. Nam etsi fructus pro ratione pensionis, & non vltra colligat emptor, adhuc ea forma conventionis multa continet, quę iniustam, turpem, & illicitā esse apertissime demonstrant. Tradere enim res suas fruendas debitorem creditori grauamen est: cogi venditorem census ad vendenda prædia emptori onus quoq; est: & denique

constringi ad redimendū intra certum tēpus vitio non caret. Quæ omnia suadent abstinendum esse ab ea specie, formaque pactionis, & ne irrepat in Christianam Rempublicam diligentissime cauendum est.

Quibus omnibus ita constitutis operæ pretium erit explicemus, an hæc, & similia pacta vitient ipsum contractum censiticum: an vero ipsa vitientur manente contractu. Habet enim hæc difficultas ingentem vtilitatem. Et præsertim, quod si pacta vitiant, redditus erūt imputandi in sorte principalem: secus vero si vitiantur. Pro pleniori autē huius rei cognitione animaduerto, in omni contractu tria potissimum deprehendi: quædam inquam substantialia, quædam naturalia, quædam accidentalia.

Substantialia contractus ea dicuntur, quædam esse contractui, suntque velut forma essentialis, qua sublata cōtractū ipsum extinguere necessum est. l. Iulianus §. si quis rem. ff. ad exhibendum Natura vero contractus est vis ipsa, seu qualitas secundum proprios fines contractus inducta ab his, quæ extrinsecus accedere possunt separata. l. pacta conuenta, vbi Accursi. ff. de cōtrahen. emptio. Accidēs autem prout à Dialecticis definitum est, quod præter subiecti corruptionem adesse, & abesse potest, vnde accidentalia contractus Bald. in dict. l. pacta conuenta ea dixit esse, quæ præter contractum ipsum inducuntur, vt pactio eundi Romam. Accidentalibus ergo contractus pacto derogari posse, res quidem per quā manifesta est. Tunc enim vere dicitur contractus ex conuentione partium legem accipere. l. 1. §. si conuenit. ff. de positi. l. contractus. ff. de regul. iuris, regul. contractus de regulis iuris lib. 6.

Naturalia vero quædam pacto contrahentium, saluo contractu tolli possunt, & hæc ad substantiam non pertinent, sed simpliciter naturalia dicuntur, hoc est qualitates quædam innatæ, ex quibus virtus contractus proficiscitur,

ut quod veltor de euitio teneatur. Hoc enim quantum nital dictum sit ex natura contractus venit. l. quod si nolit §. quia assidua. ff. de ædilitio edicto. Quod tamē ne præstetur conueniri potest. Naturalia etiam alia, quæ origini contractus coniunguntur, & cōtractus substantiam respicere videntur contra ria conuentione, ipso contractu manente tolli non possunt. Ideoq; agi non potest in emptione, & venditione, ut qui dominus est, dominium non transferat in emptorem. l. cum manu lata. §. vltim. ff. de contrahen. empione, quæ omnia eleganter explicant Zasius lib. 1. singulari, intellectu, cap. 2. Ioannes Corrafius lib. 3. Miscellaneorum iuris ciuilibis, cap. 10. Oroscius in l. iuris gentium. §. adeo nu. 5. ff. de pactis, Nicolaus Bellonus lib. 1. supputationum, cap. 5. Ferdinandus Berengarius in repetitione legis pacta conuenta. ff. de cōtrahen. emptio. 3. & 4. præfactionibus, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Illud autem videtur habere aliquam difficultatem, an pactū adiectum contra substantiam contractus viuet & annullat contractum ipsum. Et rem hanc difficilem effecisse videntur duo responsa Iuris Consultorum, quæ inter se pugnare videntur.

²⁴ Alterum est Marciani Iuris Consulti in l. vbi ita donatur 27. ff. de donationibus causa mortis respondentis donationem causa mortis ita conceptam, ut nullo casu reuocetur, licet propter adiectionem in vim donationis causa mortis valere nō possit, valere tamen, ut donationem inter viuos.

Alterum vero est Celsi Iuris Consulti in l. cum precario 12. ff. de precario, scribentis: *Cum precario aliquid datur, si conuenit ut in Kalendas Iulias precario possideat, nullam vim esse huius conuentionis, ut rem alienam domino inuito possidere liceat.* Marcianus ergo defendit conuentionem contra substantiam contractus: Celsus vero inutilem esse iudicat. Quæ duo Iuris Consultorum responsa inter se pugnantia, ut

cōcilien interpretes nostri sic scribunt. Quod vbi pactum contra substantiam contractus appositum illum, potest in alium contractum transformare eiusdem nominis, utique valet: & quia donatio causa mortis, & inter viuos nomine cōuenire videntur, & pactum, quod non reuocetur, poterat donationem causa mortis transfundere, & transformare in donationem inter viuos; propterea valuit in dict. l. vbi ita donatur: vbi vero pactum, nequit contractum transformare in alium eiusdem nominis, inutile, & inane est totum, quod agitur & quia in dict. l. cum precario contractus in alium eiusdem vocis, aut nominis nō poterat trāsfundi, cōuentio precarium ipsum omnino vitiauit. Quam concordiam receptam esse profitetur Decius, & Iass. in l. non omnis. ff. si cert. petatur, Corrafi. in dict. l. vbi ita donatur, nu. 3. Berengarius dict. præfaction. 5. num. 8. Ioann. Gutierrez in tractat. de iuramento confir. 1. par. cap. 12. num. 6.

Hæc tamen recepta conciliatio conuincitur esse falsa, ex responso Labeonis Iuris Consulti, in l. cum manu lata. 80. versical. nemo potest. ff. de contrahen. emptio. scribentis in hæc verba: ²⁵ *Nemo potest videri eam rem vendisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat: sed hoc aut locatio est, aut aliud genus cōtractus.* Quibus verbis Iuris Consultus Labeo docet appposito pacto contra naturale intrinsecum emptionis, & venditionis contractū in alium diuersi nominis transformari, & pactum valere. Præterea maior est conuenientia inter precarium, & eum contractum, qui resultaret valido pacto, videlicet commodatum per tex. in l. 1. & gloss. ibi. ff. de precario, quam inter illas duas donationes, quæ licet nomen genericum donationis habeant, nihilominus sortiuntur diuersam appellationem specificam. Vna quidē causa mortis, altera inter viuos nuncupatur. Deinde precarij nomen locationi, emphytheusi, comarodato, deposito, & alijs id

L 5 genus

genus precibus impetratis conuentio-
nibus accommodatur, & quam com-
modissime ad donationem precariam,
hoc est, precibus obtentam refertur. l.
1. l. 2. §. vltim. l. interdictum. ff. de preca-
rio: quibus rationibus, communem sen-
tentiam improbant Corraſius, in dict.
l. vbi ita donatur numer. 3. Berengarius
dict. præfatione 5. num. 8. & 9. Qua-
re dicendum est pacto appoſito contra
ſubſtantiam contractus, ipſam transfor-
mari in alium, etiam ſi diuerſæ ſit ſpe-
ciei nominis, appellatiſque diuerſe.
Neque obſtat Celsi reſponſum in dict.
l. cum precario, quia reſpondet Beren-
garius dict. num. 9. propterea ibi pactum
non valuiſſe, nec precarium transfor-
maſſe in commodatum, quia contrahe-
batur ſuper re aliena. Ideoque cenſet,
quod viribus non caruiſſet, ſi ſuper re
propria fuiſſet interpoſitum, quia de re
ſua quilibet poteſt pro voto ſtatueret. l.
in re mandata. C. mandati. Hæc tamen
explicatio Berengarij non placet, nam
expenſis accurate verbis text. in dict. l.
cum precario, apparet Iuris Conſultum
Celsum non cenſuiſſe eam conuentio-
nem fuiſſe nullã ex eo, quod de re alie-
na cõcepta fuiſſet, ſed quod actum eſt,
vt in Kalendas Iulias poſſideret, qui pre-
cario accepit. Dubitatumque fuit nun-
quid exceptione adiuuandus eſſet, ne
ante ei poſſeſſio auferretur. Quocirca
Ioannes Corraſi. in dict. l. vbi ita dona-
tur, num. 3. aliam, & quidẽ iudicio meo
veriſſimam conſtituit interpretationẽ.
Videlicet, quod in dict. l. cum precario
non fuit actum, vt concedens precario
nõ poſſet quocumque reuocare: ſed
ſolum actum fuit, vt accipiens precario
uſque ad Kalendas Iulias poſſideret.
Dubitatumq; fuit an ante tempus, qui
conceſſit precarium reuocare poſſet,
& Celsus Iuris Conſultus reſpondit cõ-
ueationem nihil habere quod reuoca-
tionem poſſet impedire, quoniam præ-
ſcriptio illa temporis cum magis in grã-
tiam concedentis, quã accipientis adie-
cta eſſet, non poterat concedenti aufer

re ius reuocandi. Ideoque text. ille ma-
gis probat precarium cõceptum ad cer-
tum tempus libere poſſe reuocari ante
tempus. Neque negat adijci poſſe pa-
ctum, vt non poſſit reuocari, imo intre-
pide aſſeuerandum eſt valere. Colligo
igitur ex hac reſolutione, quod pactum
adiectum contra ſubſtantiam contractus,
valet quando illud poteſt in alium trans-
formare, alias non, imo contractum vi-
tiat.

26 Iccirco adducor ad exiſtimandũ inu-
tilem eſſe profeſſionem religionis, quæ
fit appoſita pacto, vt profitẽs valeat
retinere proprium, vt docuit gloſ. in ca-
pite vltim. de conditione appoſita, & in
cap. 2. de ſtatu monachorum, gloſ. in l.
per ſeruum. §. 1. ff. de uſu, & habitatio-
ne, Calde. Cardi. & Panorm. in d. cap.
vltim. de conditio. appoſi. Areti. in l. 1.
§. ſed ſi mihi 2. & 3. colum. ff. de verb.
obligat. Deci. in authen. ingreſſi. C. de
ſacroſanct. Eccleſ. num. 22. Adria. in 4.
quæſt. 9. de matrimonio, & reſtatur eſ-
ſe opinionem communiter receptam.
Bartol. conſil. 3. colum. penult. Alciar.
in dict. §. ſed ſi mihi nu. 19. Andreas ab
Exea de pactis, num. 510.

27 Neque obſtat text. in cap. inſinuan-
te, qui clerici, vel vouentes. Quoniam
illi mulier illa non emiſit votum ſolen-
ne religionis, ſed ſolam votum ſimplex
caſtitatis: ideoq; reſeruatio proprij vo-
tum non vitiabit. Nec quod votum emiſ-
ſum fuiſſet in manibus cuiuſdam fratris
ſancti Auguſtini, arguit votum extiſi-
ſſe ſolenne. Namque vota ſimplicia ca-
ſtitatis ſæpe numero emitti ſolent in ma-
nibus alicuius religioſi. Matrimonium
vero in ea ſpecie non valet, non quidẽ
ratione voti, ſed quia metu contractum
fuit, vt apertius colligi poteſt ex inte-
gra decretali relata ab Antonio Augu-
ſtino. 3. collectio. decretalium, lib. 4. ti-
tul. 5. Ac proinde non obſtante voto va-
luiſſet niſi metus, & coactio interceſiſ-
ſet. Hæc autem omnia expediens erit,
vt accommodemus inſtituto noſtro.

28 Igitur in cenſu tria ſubſtantialia ſunt,
primum,

primum, quod si fors perpetuo ab aliene-
tur, ne vnquam repeti possit: secundum,
quod redditus sit constitutus iusto pre-
tiorum: tertium, quod semper libere possit
redimi. Pactum contra primum, quod
est negatiuum ad nunquam repetendum
absolute in totum, vitiat. Quia censum
transfundit, transformatque in mutuum,
& usuram continet. Pactum vero con-
tra secundum, sunt, qui existiment tunc
vitiare contractum, cum longe minori
iusto pretio constitutus est, alias non.
Ego vero contra puto omnem censum
creatum pretio illegitimo, & iniusto nul-
lum esse. Quia vt superius demonstra-
ui omnis census constitutus iniusto pre-
tiorum ad apertam decurrit usuram. Pactum
autem contra tertium substantiale vitiat
in totum, non modo, quando limitat li-
bertatem redimendi ab initio, verum cum
limitat, & tollit post tempus, nisi graua-
men iusto pretio compensetur, vt resol-
ui supra cap. 7. versiculo, occurrunt au-
tem, & versicul. secundo est quaestio.
Ex quo animaduerto, quod vbicumque
pactum tale est, quod per illud creditor
redditur certus de lucro infuturum, in
totum vitiat, & annullat censiticum con-
tractum.

An vero alia pacta, quae praeter haec
frequenter apponi solent in censu vi-
tiant, an vitientur, videndum quoque est.
Igitur vt sigillatim rem coplectamur,
sex sunt pactiones, quae vitiant. Prima
est, si conueniat, quod debitor teneatur
aliquando redimere. Secunda, quod in
defectum redemptionis antichresis, vel
alia res debitoris cedat insolutum, tertia,
excessus iusti pretij secundum nostram
sententiam. Quarta, quod teneatur de-
bitor maiori summa redimere. Quinta,
quod non possit redimere, nisi post cer-
tum tempus. Sexta, quod creditor de-
beat habere pensionem termini cepti,
vel sequentis tempore redemptionis.
Harum singulae solae totum contractum
ipso iure vitiant, quia sunt directe, &
enormiter contra substantialia, videli-
cet duo prima pacta contra primum sub-

stantiale. Tertium contra secundum, quar-
tum, quintum, sextum, contra tertium
substantiale.

Clausulae vero, & pacta, quae non vi-
tiant, sed vitiantur, decem numero sunt.
Prima clausula, qua debitor obligatur
ad laudimia, vel gabellas, aut quaecunq;
similia iura cuicumque ratione contra-
ctus debita, vel ab eo praetensa, siue ab
initio contractus, siue tempore redem-
ptionis. Id vero, quod de gabella dictum
est, procedit inspecto iure communi, quo
gabellae onus spectat ad emptorem. l. de-
bet. ff. de aedilitio edicto, & notant Al-
bericus in. l. & ideo. ff. de conditione
furtiua, Baldus in Rubrica. C. de rebus
creditis, Alexand. consil. 51. lib. 3. Caro-
lus Molinæus in consuetudinibus Pari-
siensibus. §. 23. num. 7. & §. 55 glossa. 2.
Pinelus in. l. 2. C. de rescindenda vendi-
tione. 2. par. cap. 3. nu. 40. Ioann. Yañez
Parladorius rerum quotidianorum cap.
3. §. 7. num. 44. Ioannes Garfias in tract.
de expensis, & melioration. cap. 18. nu.
46. Et ideo iniure, & sine causa reijci-
tur in venditorem, & praesertim in cen-
su, in quo non potest esse minus, nec vi-
lius pretium etiam nullo alio onere su-
pra redditum adiecto venditori. Iure ve-
ro Hispano locum non habebit, quia ple-
runque onus gabellae spectat ad vendi-
torem, & non ad emptorem. l. 1. titul. 17.
lib. 9. Recopilationis, & obseruant Par-
ladorius, & Ioannes Garfias, vbi proxi-
me, Olano in sua concordia, & reductio-
ne Antinomiarum iuris communis, &
Regij litera. G. num. 2. testatur idem ser-
uari Nauarrae. Ideoque gabella ex con-
tractu censuali incumbet debitori, &
non creditori: ac proinde pactio, qua in
his Regnis conueniret, vt gabella ex ce-
su pertineret ad venditorem, nihil tur-
pe contineret.

Secunda pactum antichresis etiam
simplicis. Tertia, quod non liceat ven-
ditori bona sua, aut res hypothecatas
vendere etiam cum onere, sine consen-
su creditoris.

Quarta, quod de pretio, seu sorte de-
beant

beant prius sui, seu redimi priores hypothecarum bonorum debitoris, seu praediorum hypothecatorum.

Quinta, si debitor corporaliter ad carceres ad continuationem redditus obligetur.

Sexta acceleratio paucorum, puta decem, vel quindecim dierum primae solutionis. Nam si maioris temporis acceleratio esset, sunt, qui putant omnino vitari contractum ipsum. Septima, quod debitor teneatur redimere in eisdem, & totidem speciebus, etiam si sint maioris valoris tempore redemptionis. Quod iure nostro Regio nequit procedere. Quia nec constitui, nec solui, potest census nisi in pecunia numerata, ad illamque rediguntur omnes census in oleo, frumento, vino, aliisque speciebus constituti. l. 4. tituli. 15. *De los contratos de censo*, lib. 5. nouae Compilationis.

Octava, in redditibus specierum si est pactum quod debitor teneatur sub aestimatione quanti plurimi a tempore mora.

Nona si esset pactum, vel intellectum, quod debitor nequeat se liberare ab illis speciebus offerendo in pecunia ad rationem pretij legitimi. Sed octava, & nona, sicut & septima clausula, nunquam habere possunt locum in his Regnis. Quoniam, ut dixi redditus annui, nec constitui, neque solui possunt in alio, quam in pecunia numerata.

Decima, si pactum sit, quod debitor teneatur intercedere, vel impedire, ne a propinquis suis possit redditus iure proximitatis retrahi.

Verum haec clausula non leuem controuersiam habet. Est enim disceptatum valide a nostris professoribus, an in censu procedat retractus iure sanguinis. Etenim Ioan. Faber. in. §. ultimo prope finem, Institut. de duobus reis in ea fuit sententia, ut existimauerit in annuis redditibus retractum iure sanguinis habere locum.

Sequuntur Matthaeus de Afflictis in tract. prothomiseos, in princip. num. 7.

Tiraquel. de retract ligna. §. 1. glos. 6. num. 3. referens de hoc esse expressam consuetudinem Niuernensium, tituli. de retract. lignagier. §. 18. Contrarium autem, imo retractum iure sanguinis in his redditibus annuis minime procedere, docuerunt Palacios Rub. in. l. 70. Taurinam. 30. 31. & 32. Castillo in. l. 74. Tauri gloss. magna col. 5. & 6. & copiose resoluit Matienço in. l. 7. tituli. 11. lib. 5. nouae Compilat. glos. 1. num. 22. & 23. scribens, siue in censu nouo, siue antiquo retractum iure sanguinis non habere locum. Cum ergo in censu retractus cesserit, friuola, & inutilis erit clausula, quod debitor teneatur intercedere, vel impedire, ne a propinquis suis possit redditus iure proximitatis retrahi, et si adijciatur, nihil turpe continebit. Quoniam ut proxime resolui in redditu annuo retractus iure proximitatis exclusus est.

Ex qua resolutione apparet etiam commissi pacti appositam in censu vitari, & non vitari. Quoniam ex ea non laeduntur, neque violantur substantialia census. Denique non erit abs re disputare, an notarij passim adijcientes has clausulas, & pacta in contractu censuali crimen, poenamque incurrant.

Dubitandi occasionem praestat doctrina Bartol. in. l. 1. versiculo, venio ad tertiam. C. de petit. bonor. sublata, libro. 10. scribentis notarium conficiendum instrumentum super re illicita extra casum a iure permittos incidere in poenam falsi, cuius opinionem ab omnibus approbatam dicit Augusti. ad Angel. de maleficijs, in verb. falsario, num. 46. quem refert etiam practica Conradi numer. 10. in fine, Julius Clarus libro 5. receptarum sententiarum. §. falsum, versiculo adde. Ac proinde videbatur dicendum Notarium adijcientem contractui censuali eius generis clausulas, non excusari a crimine falsi, & puniendum esse cum de re turpi, & illicita conficiat instrumentum. Nihilominus tamen censeo Notarios similia pacta, & clausulas apponentes in instrumentis censua-

censualibus nullū crimen contrahere,
 nec pœnam aliquam incurrere, quoniā
 fere a primis temporibus, quibus cœpit
 hic contractus frequentari moribus, &
 vsu vtentium institutum & introductū
 est, vt hæc pacta huiusmodi clausulæ a-
 dijciantur instrumentis censualibus. Cō-
 suetudo autē etiā irrationabilis excusat
 a dolo, delicto, & pœna glossa in capi-
 te cum venerabilis verbo migrasse, de
 consuetudine, & ibi Petrus de Anchar-
 ranus. Idem Ancharranus consilio 51.
 & consilio 283. Hieronym. Gratus cō-
 silio 15. volumine primo, Cassado. de-
 cisione 19. de regul. Chancellariæ, Feli-
 nus in capite non satis de simonia. Lu-
 douicus Gomezus in capite primo de
 cōstitutio in 6. n. 131. Ant. Gabr. li. 7. cō-
 mun. opinion. tit. de criminalibus conc.
 8. nu. 18. & profiteretur esse receptā sen-
 tentiā Turzanus opin. 96. Villal. in sua
 collecta. cōmuniū opinionū. verbo cō-
 suetudo, Bursatus cons. 77. nu. 15. lib. 1.
 Riminal. iunior cōsil. 177. in fine, & cō-
 sil. 218. nu. 13. 14. & 53. & 56. volum. 2.
 & Riminal. senior consil. 450 nu. 4. vo-
 lum 3. Idcirco consuetudo excusat no-
 tarium asserentem aliquem præsentē,
 qui est absens, vt notat Bal. in cap. 1. de
 feudi cognit. Host. Ioan. Andr. & Ant.
 de Butrio in cap. 2. in fine de fide instru-
 mento. Baldus in Rubr. eiusdē tit. Cal-
 cane. consil. 28. Felin. in capi. ex tenore
 de rescrip. Thomas Grammat. consil. ci-
 uili. 60. & similiter cōmunis vsus excu-
 sat a pœna falsi notarium, qui scripsit,
 quod talis recepit a Titio dante & nu-
 merante, licet non interuenerit, nisi cō-
 fessio, autore Baldo in l. 1. C. de con-
 fessis. Et cōsuetudo excusat notarium,
 qui scripsit solutam pecuniam, vbi non
 vidit nisi bursam, & non vidit pecuniā,
 Alexand. consil. 8. vol. 6. & consil. 240.
 eodem volum. & consil. 39. vol. 3. & cō-
 sil. 107. vol. 2. & consil. 132. vol. 1. plu-
 res refert Anto. Gabr. d. tit. de crimina-
 libus consil. 8. num. 21.

Ex quo infero, quod si notarius adij-
 ceret instrumento censuali clausulam
 & pactionem aliquam insolitam simul,
 & illicitam, non excusaretur a delicto,
 & pœna. Ideoque puniendus esset ta-
 bellio, qui etiam partibus petentibus in-
 fereret instrumento censuali pactionē,
 vt venditor censum possit redimere in-
 tra certum aliquod tēpus, sed loco vsu-
 rarum quorundam prædiorum fructus
 percipiendos tradat emptori ealege, vt
 si venditor intra præfinitum tempus nō
 redimat redditum, insolutum prædia ce-
 dant emptori. Quoniam hæc clausula
 est insolita, & iniusta, vt aduersus Im-
 bertum Rupellanum demonstraui hoc
 c. versi. quinta quæstio est num. 21. Idē
 quē iudicium erit si apponat clausulam,
 quod si census non solvatur intra bien-
 nium, vel aliud tēpus, possit exigiquan-
 titas, vel pretium, quo census fuit con-
 stitutus. Quoniam hæc pactio insolens
 est in his Regnis, & illicita prout etiam
 ostendi aduersus Olanum hoc cap. ver-
 si. quarta quæstio est n. 18. Quinimo cē-
 seo adiecta pactione ista totum contra-
 ctum infici, instrumentumque annulla-
 ri. Quia cum vi huius clausulæ restrin-
 gatur libera facultas redimendi, quæ de-
 bet esse collata in liberam voluntatem
 venditoris, plane pactio isthæc est con-
 tra tertium substantiale contractus cen-
 sualis, ac per consequens totum contra-
 ctum vitiat, inficit, & annullat. Vbi er-
 go notarius opponit clausulam solitam
 & consuetam, a dolo, delicto, & pœna
 excusatur. Ipsa tamen clausula nisi re-
 pugnet substantiæ contractus solum vi-
 tiatur manente contractu, & instrumē-
 to, quia in diuiduis vtile per inutile non
 vitiatur. Faciunt notata per Caualcānū
 decis. Fiuizanens. 35. numero 32. 33. &
 34. Marcum Antonium Nattam consi-
 lio 497. nume. 11. & consilio 498.
 numero quarto quinto & 10.
 volumine tertio.

Finis Libri Primi.



LIBER SECVNDVS
CONTINENS OMNIA,
QVAE NECESSARIA SVNT
IN CENSVS CREATIONE.



VI pulcher-
rimum ordi-
nem fabricæ
huius mundi
fuerit atten-
te cõtempla-
tus, qui rerũ
omnium natura constan-
tiũ miras vi-
cissitudines animaduernerit, deprendet
facile summum rerum opificem ita cõ-
cta disposuisse, vt in sui creatione, &
principio paruo quidem initio consistẽ-
tia tempore labente augeantur, crescãt
& ad fastigium vniuscuiusque rei per-
fectioni definitum a natura perueniãt,
& deinde relabantur quasi senescencia,
& sensum, ac paulatim decidant, & in in-
teritum reflectantur. Nam vt Philoso-
phus scribit in primo de generatione,
& corruptione, rerum omnium natura
constantium datus est certus terminus
augmẽti, & diminutionis. Idque in quo-
cunque animantium genere ita eueni-
re facili negotio cognosci potest, & in-
cunctis stirpibus ex terra natis. Omnia
enim hæc in lucem prodeunt imbecilla,
deinã vigescunt, mox debilitantur at-

que senio conficiuntur. Quod cum eõ
considerarem apud me, in contractu
censuali euenire quoque animaduerti.
Creatur enim, progreditur, viuit, durat
& finitur, moritur, & extinguitur. Ideo
que imitatus ordinem, quem in vltimis
voluntatibus tenuit doctissimus Ferdi-
nandus Vasquius Menchaca, quod su-
perest huius operis sic diggerẽdum cõ-
stitui, vt prius de creatione census, mox
de eius progressu, denique de eius re-
solutione differerem. Quo spero futu-
rum, vt vniuersa de censibus disputatio
clara, & dilucida methodo absoluatur.

EPITOME
Capitis I.

IN creatione census potissi-
mum quod attendi debet,
pretium est.

2 Pretium duplex est. Vnũ
naturale, seu arbitrariũ & alterum
legitimum.

3 Naturale pretium non consistit in pã-
cto indiuisibili, sed latitudinem ha-
bee

1. *Merces, nisi supra, intra quam res potest uersis p. eius vendi absque peccato.*
4. *Mercator merces easdem vni vendere potest iuste pretio supremo, alteri medio, & alij infimo, & pecunia credita iuste potest eas merces vendere pretio supremo, quas statim pecunia numerata pretio medio, aut infimo erat venditurus.*
5. *Excessus aut descensus in pretio ultra, vel infra latitudinem iusti pretij, si consistat in modica, & exigua quantitate, emptio, & venditio licita est, neque subiacet restitutioni, ex doctrina Scoti approbata communiter.*
6. *Late differitur, an quando excessus vel descensus est ultra, vel infra latitudinem iusti pretij, emptio & venditio peccatum inuoluat, & sit obnoxia restitutioni, & num. 105. p. ima octavo, & nono 10. 11. & resoluitur affirmatiue.*
12. *Naturale pretium varium est, nec potest certo diffiniri, & ideo ex varijs circumstantijs perpendendum est, legitimam vero pretium non consistit in puncto indiuisibilique excedi potest absque peccato, & obligatione restitutionis, si excessus notabilis sit.*
13. *Resoluitur triticum hodie licite posse vendi quatuordecim a genteis pro quolibet modio, licet communi aestimatione solum valeat decem argenteos.*
14. *Differitur, an si modius tritici vendatur quatuordecim argenteis eo addicto, quod onus galle spectet ad emptorem, sit iusta & secura venditio in vtroque foro, & resoluitur affirmatiue.*
15. *Iure diuino & naturali non est diffinitum certum pretium census, & ideo in eo consuetudo aut statuta locorum attendi debent.*
16. *Agitur de pretio iusto in censu perpetuo irredimibili, & resoluitur esse relinquendum consuetudini aut legibus partijs.*
17. *Differitur etiam de iusto pretio censu redimibili, & num. 18. & 19. & 10.*
21. *Tractatur de pretio iusto redditus annui ad vitam.*
22. *Similiter differitur de iusto pretio redditu temporarij.*
23. *Census redimibilis constitutus minori pretio quam ad rationem vnius pro quatuordecim, nullus est omnino, & redditus percepti sunt imputandi in sortem principalem.*
24. *Reductioni vel moderationi census redimibilis creati pretio iniusto, nulla potest ob stare prescriptio, nec sententia contra illam transit iure iudicatum 25. 26. 27. 28. & 29.*
30. *Pensionum solutarum ultra pretium legitimam conditioni, & repetitioni prescribi potest.*
31. *Disputatur an sint licite leges ciuiles, & regie dissonantes debitum personale prescribi possent cum mala fide.*
32. *Differitur an heredi bonae fidei pro sit debiti personalis prescriptio.*
33. *Vbicunque res immobilis data est in censum pretio iniusto, conditioni pensionum solutarum ultra modum prescribi potest etiam per primum creditorem.*
34. *Agitur de questione quotidiana an pendente lite super nullitate, reductione, & moderatione census, instrumentum censuale possit executioni mandari.*
35. *Agitur de questione celebriam quando bona immobilia dantur in censum redimibilem, redditus possit constitui minori pretio, quam ad vnius pro quatuordecim, & num. 36. resoluitur affirmatiue.*
37. *Contractus celebratus ea forma, de qua fit mentio, num. 35. & 36. est vera emptio & venditio fundi cum pacto legiscurabit C. de actio. empti. & venditi.*
38. *In superiori forma conuentionis redditus non sunt necessario soluendi ad rationem vnius pro quatuordecim, sed aliquando ad maiorem rationem solui debent.*

deven., neque in hac specie locum habet lex regia, quae certum statuit pretium census redimibilis.

- 39 Si in ea forma conventionis interveniat aliqua lesio & deceptio, non aliter reparari & resarciri debet, quam si fuerit ultra dimidiam iusti pretij, & actio competens in proposito iure communi intra triginta annos, & iure regio intra quadriennium intentari debet.
- 40 Sin vero lesio contingens fuerit enormissima etiam iure nostro regio intra triginta annos peti poterit.
- 41 Remedium competens ad rescindendam lesionem contingentem in ea forma conventionis debet proponi alternative, & sententia ferri alternative.
- 42 In ea forma conventionis non habet locum dispositio text. in l. 4. titu. 15. li. 5. novae compilationis, & ideo convenire potest de solvenda pensione, in oleo, frumento, vel tritico.
- 43 Latissime discutitur an census postquam creatus est ad rationem unius pro quatuordecim vendi possit minori pretio, & resolvitur negative.
- 44 Vbicunque census constitutus est ex maiori pretio, quam ad rationem unius pro quatuordecim, vendi potest minori pretio, quam fuerit constitutus, dummodo inferius non sit ratione unius pro quatuordecim.
- 45 Consuetudine minui potest pretium census redimibilis a lege regia definitum, inibique resolvitur consuetudinem inualescere posse adversus legem humanam resistentem consuetudini etiam future.
- 46 Lex regia quae diffiniit certum pretium census redimibilis, comprehendit etiam clericos & Ecclesias.

CAPVTI.

De pretio census.

- 1 IN creatione census, quod potissimum attendi debet, pretium iustum

est. Ideoque de hoc loco differemus. Pretium aut in reum communis Theologorum, & Canonistarum schola duplex esse frequentissime docuit. Alterum est naturale, seu arbitrium, quodque certa lege, aut imperio magistratus non est definitum: alterum legitimum, quod lege, vel iussu gerentis curam Reip. certa norma circumscriptum est. Naturale vero pretium non consistit in puncto indivisibili, sed latitudinem habet infimi, medij, & supremi. Quo circa vix est rem vnam ita centum valere, quin plus, minusve valeat: valere enim potest centum pretio medio, & centum, & quinque pretio supremo, ac nonaginta quinque pretio infimo. Intra quam latitudinem iusti pretij ab infimo inquam ad supremum non committitur peccatum, nec interuenire potest iniquitas, vt docuit Sco. in quarta dist. 15. quest. 2. & ibi Ioannes Maior q. 29. & 40. Contra. de contract. 3. par. q. 56. conf. 5. Medina in C. de restitutione q. 31. Nauarr. in cap. qualitas. de poenitentia d. 5. numero 45. Domini. de Soto libro 6. de iusti. & iure q. 2. art. 3. conf. 3. Ludouicus Mexia in pragmat. taxae panis conclu. 3. verbo. iusto num. 1. & in l. 5. ti. 3. lib. 7. ordinamenti in responsio: ad 6. part. primi fundamenti, n. 61. Michael de Pelacio in praxi Theologica li. 2. c. 2. de iusto pretio, Mercado de contractibus opusc. 1. c. 6. fol. 20. Doctor Sarabia in instructione mercat. c. 4. fo: 20. Viguerius Granatensis in summa, Cordoba, Pedraza, & alij, quorum meminit eleganter resolvens Pet. Navarra. li. 3. de restit. c. 2. a num. 1. per plures sequentes, Matienço in l. 1. tit. 11. libr. 5. Compila: gloss. 1. n. 7. Ex quorum omnium scriptis deducitur manifeste mercatorē merces easdem vni vendere iuste posse pretio supremo, alteri medio, alij infimo: apparetque posse quem absque vilo vitio, & peccato vendere pecunia credita pretio supremo eas merces, quas statim pecunia numerata pretio medio, aut infimo, erat venditurus. Quod scrip

scripserit copiose Decius consilio 111.
 C. epola consilio civili 10. columna 4.
 Caie. 2. 2. quæst. 77. articulo primo, Syl
 uest. verbo usura, secundo §. primo Co
 uarruias libro secundo variarum capi
 te tertio numero primo, Soto dict. q. 2.
 articulo tertio conclus. 3. illatione pri
 ma, Dominus Antonius de Padilla in l. 2.
 C. de rescind. vendi. numero 11. vt er
 go iusta sit emptio, & venditio, non de
 bet supremum excedere pretium, nec
 ab infimo descendere. Quod si exces
 sus, aut descensus consistat in modica,
 & exigua quantitate, vitio caret emp
 tio, & venditio. Quoniam modica addi
 tio, vel diminutio, non videtur tollere
 æqualitatem iustitiæ cõmutatiuæ: quæ,
 vt seruetur, sufficit, quod pretium, aut
 omnino sit æquale valori, aut si non sit
 huiusmodi, tamen non multum super
 excedat, nec multum deficiat. Ita quod
 est dare latitudinem gradualem, infra
 quam si maneat quantitas pretij, dice
 retur pretium æquale valori mercis ta
 li æqualitate, quæ sufficit, & requiritur
 ad iustitiam cõmutatiuam, vt resoluunt
 6 autores omnes supra relati. Illud autẽ
 eximiam, & pulcherrimam disputatio
 nem semper habuit, an si defectus pre
 tij sit in quantitate notabili, tamen intra
 dimidiam iusti pretij vitiũ habeat emp
 tio, & venditio, & decipiens culpam in
 currat, ad restitutionemq; astringatur.
 Qua de re varias deprehendi dissentie
 rium autorum opiniones, etenim Bald.
 in authẽ. ad hæc C. de usuris aperte pro
 fitetur deceptionem intra dimidiam iu
 sti pretij licitam esse in foro conscien
 tiæ. Baldum sequuntur Petrus de An
 charrano in regula peccatũ quarta con
 clusione princip. de regul. iuris libro 6.
 Socinus consilio 49. columna secunda,
 versiculo histamen non obstãtib; vo
 lumine quarto, Barbacia in capite pri
 mo columna sexta de emptio. & vendi.
 Philipp. Decius in l. semper in fine. ff.
 de regulis iuris, Ioannes Crotus, in ca
 pite vt animarum periculis notabili. pri
 mo de constitutio. libro sexto, Petrus

Dueñas reg. al. 140. Domin. Antonius
 de Padilla in l. secunda C. de rescind.
 venditione numero 73. Didacus Pere
 in lege prima titulo septimo libro quin
 to ordinamenti pagina 182. columna se
 cunda. Quorum opinioni videtur faue
 re celeberrimum responsum Vlpiani
 I. C. in l. in causã, la segunda §. idem Põ
 ponius ff. de minoribus, vbi naturaliter
 licere contrahentibus ad inuicem se de
 cipere I. C. scribit. Ergo si iure naturæ
 licita deceptio est, licebit quoque in
 conscientia. Nam quos natura non o
 bligat, conscientia non ligat, iuxta vul
 gatam traditionem Baldi. Rursus ius
 Canonicum, cuius finis & scopus est,
 animarum saluti prospicere, & arcere
 peccata capite primo, capite quanto, ca
 pite cum contingat de iure iurando, ca
 pite vt animarum periculis de constitu
 tio libro sexto, Clement. prima de se
 pulturis, Extranaganti prima de torne
 amentis, approbat contractum, in quo in
 teruenit deceptio intra dimidiam iusti
 pretij capite cũ dilecti, capite cum cau
 sam de emptio. & venditio. capite cum
 causam de testibus: ergo ea deceptio li
 cita & permessa esse debet in foro con
 scientiæ.

7 Contrarium vero, imo deceptionẽ
 intra dimidiam iusti pretij consistentẽ
 in notabili quantitate culpam contine
 re mortalem, subijciq; restitutioni in
 conscientia docent D. Thom. 2. 2. quæst.
 77. articulo primo & quotlib. 2. articu
 lo 10. & in 4. d. 15. quæst. 3. articulo 2. &
 ibi Gabriel quæst. 10. columna nona &
 Ioannes Maior quæst. quarta, insignis
 Martinus Nauarrus in capite qualitas,
 num. 45. de pœnitenti, d. 5. & in capite
 nouit de iudicijs notab. 6. corollario.
 9. Alphõsus a Castro de potestate legis
 pœnalis libro 2. capite 10. fallencia. 3.
 plures refert Couarruias, asseuerans
 hanc esse receptiorẽ, & verioremi opi
 nionem libro 2. variarum capite 4. nu.
 11. plures etiam refert Pinelus in l. secũ
 da C. de rescin. venditi. prima par. ca. 1.
 ad finem, Matienço in l. 1. titulo 11. lib.

Liber Secundus

l. i. de ax Compilatio. glos. prima nume-
 7. 8. & 9. Adrianus quotlib. 6. arti. 3.
 Caietanus. 2. 2. quæst. 77. articulo. 1. &
 quotlib. 16. quæstio. capit. 12. folio. 66.
 Conradus de contracti. quæst. 57. con-
 clu. 1. D. Antoninus 2. par. tit. 1. cap. 16.
 versiculo quantum ad tertium princi-
 pale columna tertia, & columna quinta,
 Syluester verbo emptio. quæst. 8. D. Bernardi.
 in libro de Evangelio æterno sermone 33.
 versiculo circa hoc autem notandum est,
 & in eodẽ sermone 35. articulo primo
 capite secundo, Medina de restitutio. quæst.
 12. Soro libro sexto de iustitia, & iure,
 quæst. 3. arti. 1. Pe draça præcepto 7. §. 13.
 Bart. de Medina in summa c. 12. §. 25. Michael de Pa-
 lacio in praxi Theologica lib. 2. capit. 2.
 Mercado de contractibus opusculo 1. cap. 10.
 Sarabia in instructione mercatorum cap. 4.
 Ludouicus Mexia in pragma. taxæ panis con. 1. num. 126. & in l. 5. tit. 3. lib. 7. ordinatio. regiarum in res-
 ponsio. ad 6. partis 1. fundamentum nu. 61.
 Petrus Navarra de restitutione in foro conscientie lib. 3. cap. 2. nume. 14. 15. & 16.
 Martinus Antonius del Rio in l. contractus cap. 4. ff. de reg. iuris. Et probatur hæc sententia, quoniam omnis
 deceptio est improba, & vetita iure diuino, & naturali, vt constat ex illo Leuitici. 19. c. *Non mētiemini, inquit Deus noster, nec decipiet vnusquisque proximum suum.* Et ex illo Pauli ad Thessalonicenses cap. 4. *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam iudex est de his omnibus Dominus:* igitur quælibet deceptio erit mortale peccatũ. Deinde teste Aristoteli lib. 3. Ethico cap. 5. & li. 1. Polytic. cap. 6. omnis inæqualitas in contractu emptionis, & venditionis, est turpis, & illicita, sed vbi interuenit deceptio intra dimidiam iusti pretij, datur inæqualitas, vt manifestum est, ergo ea deceptio vitio non caret, & illicita est. Præterea locupletari aliquẽ cum iactura aliena omni iure prohibitum est l. nam, & hoc natura ff. de condictio. indebiti
 on. 1 M

l. iure naturæ ff. de regulis iuris. regul. locupletari eodem titulo libro sexto, sed qui alterum decipit intra dimidiam iusti pretij, locupletatur cum aliena iactura, igitur peccat mortaliter. Deniq; qui alteri damnum notabile infert, id re sarcire, & reparare tenetur in conscientia, sed qui pluris vendit, aut minoris emit, quam res ipsa valet in eo quod ex cedit, vel deficit, damnum infert: ergo in conscientia tenetur ad restitutionem, & maxime quia sic læditur, infringitur, & violatur iustitia commutativa, cuius actum restitutionem esse per vulgatum est Theologorum placitum

8 Alij autem incedunt media via, ideo que Ioannes Calderinus, & Panormitanus in capite cum causam de testibus, Philippus Decius in capite primo de constitutio. censent hac in re ita fore distinguendum, vt peccatum sit cum obligatione restituendi pluris videri, aut minoris emere, quam res ipsa valeat, quando ex proposito id fit, ac data opera dolo, & fraude adhibitis, non autem quando præter intentionem rei ipsa deceptio consistit, sequitur Gomez in capite secundo numero sexto 7. & 8. & sequentibus de constitu. lib. 6.

Verum hæc opinio Calderini, & Panormitani meo quidem iudicio videtur coincidere cum sententia Baldi superius relata. Etenim Baldus ipse, & sequaces eius plane cognouerunt contractum factum dolo adhibito, ex proposito illicitum esse in vtroque foro exteriori, & interiori, ea que traditio conuincitur esse falsa testimonio illo Pauli superius relato prima ad Thessalonicenses capitulo quarto. *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum. Quoniam de his omnibus iudex est Dominus.* Quæ verba explicans D. Anselmus in commentarijs in eum locum iniquit. *Supergresso est, ubi pro minori pretio illud, quod maioris pretij est, elliciti, & circumuentio autem ubi per dolum frater in ipsa venditione, vel emptione decipitur.* Ex quibus Anselmi
 ver-

verbis sit peripicuum, vtramque pretij inaequalitatem esse à Diuo Paulo interdictam, siue fiat ex industria, siue re ipsa praeter intentionem. Et vtramque esse peccatum aperte conuincitur ex eo, quod Paulus statim subiungit dicens. *Quoniam de his omnibus vindex est Dominus*, nisi enim vtraque esset peccatum, de illis non vindicaret Dominus. Quamobrem eam Calderini, Panormitani, & Decij opinionem improbant Fortunius Garfias tractatu illo pulcherrimo de vltimo fine vtriusque iuris illatione. 17. Alphosus à Castro libro secundo de lege poenali cap. 10 Fallencia. 3. Didacus Perez in l. 1. titulo 7. lib. 5. ordinamenti pagina 182. columna 2. Andreas ab Exea in capite 1. de constitutio. numero 311.

9 Quam obrè acutissimi ingenij Franciscus Aretinus in capit. cum causam num. 12. de testibus, Antonius Burgenfis in capit. cum dilecti nume. 22. de emptione, & venditione asseuerant, tunc deceptionem intra dimidiam iusti pretij illicitam esse, & improbam in conscientia, & animæ iudicio, cū quis à principio sciens iustum rei valorem vendit plaris, aut emit minoris, quam res ipsa valeat: secus autem si bona fide, & ignoranter à principio contraxit, quia tunc non peccat, nec tenetur restituere, tamen si postea cognouerit verū rei valorem. Mouenturque eo argumento, quoniam completa bona fide praescriptione, quantumuis postea mala fides superueniat, non tenetur quis rem praescriptam restituere, vt docuere D. Thom. quodlib. 12. artic. 4. Scot. in 4. d. 15. D. Antoni. 2. part. titul. 1. cap. 7. Diuus Bernard. de Euāge. æterno. serm. 37. capit. 1. & 3. & 4. Adrianus in tractatu. de restitutione capit. de praescriptione, Conrad. de contracti. quest. 15. con. fil. 3. & 4. Paluda. & Ioannes Maior. in 4. d. 15. quest. 11. glos. Innocen. Collectari. Aegidius, Henri. Panormitanus, Felinus, & Mantuan. 14. in capite vigilantia de praescriptio. & Theologorum,

ac Canonis iram communi suffragio receptam sententiam esse profitentur Tiraqueus in tractat. de praescriptio. §. 1. glossa 2. ad finem, Ioannes de Medina in C. de restitutio. quest. 18. Soto libro 4. de iustitia & iure, quest. 4. artic. 4. Covarru. in regu. possessor. 3. part. §. 2. numero 1. Martinus Ledesma in secundam 4. quest. 18. articu. 1. dubio 14. Antoni. Gómez in l. 3. Tauri numero 125. Didacus Perez in l. 2. titulo. 15. libro. 8. ordinamenti pagina 303. columna 2.

Hæc quoque opinio multis non placet. Quoniam, qui à principio bona fide contraxit statim, atque se alterum decepisse rescituerit, tenetur in conscientia damnum, & lesionem reparare, vt asserit Scotus in 4. d. 15. questio. 3. & 7. conclusio. 5. & dicit communem Covarru. libro 2. variarum capit. 4. à num. 11. Nauar. in cap. qualitas de poenitentia d. 5. numero 31. & 32. & in cap. nouit de iudicijs 6. notab. 1. praesupposito numer. 68. Nec Aretino suffragatur argumentum ex praescriptione collectū. Quoniam vsucapio, siue praescriptio, est quidam modus acquirendi non solum toleratus, & impunitus, sed etiam approbatus, & factus actus virtutis à. l. tam Canonica, quam ciuili. At emptio, & venditio continens deceptionem intra dimidiam iusti pretij, nulla lege, neque ciuili, neque canonica approbatur, neque permittitur tanquam actus bonus, sed solum relinquitur impunitus. Præterea nihil probare similitudinem adductam ab Aretino apparet ex eo, quoniam argumentum solum procedit in ipsa longi temporis praescriptione bona fide inchoata, & perfecta, vbi cuius extinctum, ablatum, & absortum est omne ius eius, aduersus quem praescriptum fuit. Ex quo qui praescripsit cū irreuocabiler dominus effectus fuerit potentia, & beneficio legis humanæ, non habet malam fidem, neque scientiam rei alienæ, sed suæ. Afferunt autem superius, non sta-

iber Secundus

tuit præscriptionem in finem, & lapsum esse cum bona fide, & alijs circumstantijs necessarijs tempus, quod ad eam exigitur, quando talis superuenit scientia. Ideoque nulli dubium esse potest, quin sic decipiens alterum in contractu, postquam cognouit alienum contra conscientiam retineat, vt recte notat, & respondet Ludouicus Mexia, in dicta conclusione 1. numero. 133. & 134.

21 In hac vero autorum dissentientium varietate magis placet receptior sententia, vt quælibet læsio, atque deceptio in notabili quantitate, siue sit ultra, siue citra dimidiam iusti pretij obnoxia sit restitutioni in conscientia. Idque siue decipiens à principio sciuerit, siue ignorauerit. Nam semel ac cognouerit, læsionem reparare, & resarcire debet: est tamen differentia inter scientem à principio, & ignorantem. Quoniam, qui à principio scienter emit minoris, aut vèdidit pluris, quam res ipsa valeat excessu consistente in notabili quantitate, peccat mortaliter, ex illo Pauli 1. ad Thessaioni. capit. 4. *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.* Et capit. qualitas de penitentia dist. 5. ibi. *Quia difficile est interuentis, vendentisque commercium non interuenire peccatum,* & ibi obseruat latissime Nauarrus num. 27. & sequentibus: ignorans vero, quandiu ignorat, culpa mortali vacuus est. Quia iuxta illud axioma Theologicum omni more peruulgatum, in tantum peccatum, in quantum voluntarium, & qui ignorat, quique errat, voluntatem, & consensum non habet, teste Aristotel. lib. 3. Ethicorum, cap. 5. & lib. 5. cap. 3. l. super errorem. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. neque ignorans. C. de donatio. Vbi autem sciret se alterum decepisse, & satisfacere cõteretur, peccaret mortaliter. Quia paria sunt quoad periculum animæ iniuste detinere, ac inuadere alienam, vt respondit Innocen. III. in cap. saepe de restitutione spoliatorum.

Huic tamen receptio, verissimæque sententiæ non præiudicant leges Cæsareæ, & Pontificiæ, quæ læsis intra dimidiam negant actionem. Quoniam magis est, vt leges illæ dissimulatiuæ sint, & non approbatiuæ, vtrunq; enim ius tolerat eam deceptionem in pretio, vt grauioribus occurrat malis, ne Respublica litibus perturbetur, & super contractibus homines inter se se concertent, & rixis molestentur. Non enim semper leges puniunt omnia peccata, nec punire tenentur, sufficitque, vt ea prouideant quæ ad ciuilem amicitiam, pacem, & tranquillitatem Reipublicæ conseruandam, integrum, ac illæsum statum retinendum spectant, vt ex alijs resoluit Couarru. in 4. 1. part. cap. 4. num. 9. sic lupanaria tolerantur secundum Augustinum in sermone de ordine: olimque in lege veteri licuit Iudæis condemnare alienum ad soluendas vluras Iudæo, tanquam in casu permissio à Deo Deuteronom. 23. Quamquam Iudæo peccatum erat vluras petere, & accipere ab alieno, & lex Mosayca de lillo repudij dissimulatiua sit, & natura ipsa dictare videtur, vt minus malum permittatur, vt alterum grauius propulsetur, capite duo mala. 13. distinctio. Maiorem vero difficultatem inuolueret videtur Vlpiani responsum in dicta l. in causâ, la 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus; in eius enim explicatione laborant post interpretes, ibi Fortunius Cassius dist. illatione 17. Nauarr. in dict. capit. qualitas numer. 42. & sequentibus, Dominic. de Soto lib. 6. de iustitia, & iure q. 2. artic. 3. Couarru. lib. 2. variarum cap. 3. num. 2. Medina in. C. de restitutione, qua st. 32. Pinel. in. l. 2. C. de rescinden. venditione. 1. par. cap. 1. num. 35. & ibi Dominus Antonius de Padilla, num. 11. referens, & improbas omnes aliorum interpretationes.

Placet autem magis interpretatio Iacobi Damhuderij de substantio. cap. 3. num. 34. Quam sequitur Dominus Antonius de Padilla, vbi proxime, & probare

bare videtur Iacobus Cuiaci. in d. leg.
 in causâ. §. idem Pomponius, vt licere
 naturaliter contrahentibus dicatur se ad
 inuicem decipere, non quod natura ip-
 sa rerum hoc permittat, sed natura, id
 est, naturales regulæ contractus emp-
 tionis, & venditionis patiantur, & per-
 mittant. Vt ergo ad id, vnde digressa est,
 22 nostra conuertatur oratio, cum natura
 le pretium non sit certis similibus circums-
 criptum, & latitudinem habeat, quale,
 quantumue sit, non potest certo diffini-
 ri, sed ex varijs circumstantijs perpende-
 dum, & æstimandum est, vt prudenter
 docuit I. C. in l. pretia rerum ff. ad legē
 Falcidianam, ex communi æstimatione
 pretium verum, & iustum constituitur
 ex loco, ex tempore, ex abundantia, aut
 caritate, & raritate. d. l. pretia rerum ca-
 pite primo de emptione & venditione
 l. si seruum meum ff. ad legem Aquiliā,
 & in l. septem, Codi. de eregatio. milita.
 anno. libro 11. & docuit optime Plinius
 libro 35. naturalis historię cap. vlti. legi-
 tum vero pretium latitudinem non
 habet, sed consistit in puncto indivisi-
 bili. Ideo que si lege, aut magistratu pre-
 tium vini, frumenti, mercium, aliarum-
 que rerum diffiniatur, excedi non po-
 test, & vnus oboli excessus inducit cul-
 pam, si notabilis est, mortalem, obliga-
 tionemque restituendi, si exiguus ve-
 niale dumtaxat, vt scribunt Cremen-
 sis in l. 2. C. de rescinden. vendi. numer.
 171. Ioannes de Medina in C. de restitu-
 tione quæst. 36. Didacus Perez in l. 2. ti-
 tul. 23. libro 2. ordinam. Domini. de So-
 ro libro 6. de iustitia. & iure quæst. 2. ar-
 ti. 5. versi. ad huius autem, Ludouicus
 Mexia in pragma. taxæ panis conclu. 3.
 numer. 17. reprehendens Hieronymū
 Curiel de vsuris quæst. 29. 3. parte 1. re-
 gul. 7. versi. pono exemplum aliter sen-
 tientem, & Matienço in l. 1. tit. 11. libr.
 5. nouæ Compila. glos. *En mas de la mi-
 tad del justo precio*, num. 9. Hoc autem
 loco ante quam ad rem institutam gra-
 dum faciam duplicem placuit explica-
 re difficultatem frequentem in praxi.

Prima est, at si communi æstimatione
 decreuerit legitimum pretium, & res
 æstimetur minoris, quam sit à l. taxata,
 13 liceat totum pretium a lege, vel magis-
 tratu definitum accipere, exempli gra-
 tia existente frugum vbertate modius
 tritici communi æstimatione solet vale-
 re decem argenteos, dubium est an li-
 ceat singulos frumētī modios quatuor
 decim argenteis vendere. Et Mercado
 de contractibus opusculo primo capite
 septimo, ac Bartholomæus de Medina
 in summa capite 14. §. 25. dubitationem
 distinguendo absoluunt vt si lex condi-
 ta fuerit in fauorem emptoris, qualis
 est, quæ in nostro regno frumento pre-
 tium imponit, non liceat totum pretiū
 lege præfinitum exigere: sed illud dum
 taxat, quod est in communi hominum
 æstimatione.

Si vero lex in fauorem venditoris
 statuta sit, qualis est, quæ in censu crea-
 do decernit pretium iustum, liceat acci-
 pere integrum legis pretium, quanuis
 hominum æstimatione communivilius
 pretium frequenterur.

Ego quidem de hac dubitatione se-
 penumero consultus intrepide respon-
 di absolute licere totum legis pretium
 accipere, siue in foro exteriori, siue in-
 iudicio anime. Posteaque animadaerti
 Petrum Navarra, virum profecto do-
 ctum, & diligentem eandem fuisse cõ-
 plexum sententiam d. libro tertio de re-
 stitutio. capite secundo numero secun-
 do versiculo, difficultas tamen est.

Hęc autem nostra, & Petri Navarre
 sententia firmissimo constabatur fun-
 damento. Nam legis pretium vel est
 iustum, vel iniustum: iniustum vtrique
 nõ est, quoniã indubio semper est pro
 principe presumendū, vt latissime obser-
 uarūt interpretes nostri in c. quę in Ec-
 clesiarū de constitutionibus, ergo est iu-
 stū, si iustū iuste, & licite potest accipi
 in vtroque foro. Nec obest, si dicat ali-
 quis legi derogatū esse, quãdo cõmuni
 hominū æstimatione decreuit, & dimi-
 natum est pretium à lege definitum,

Libri Secundo

quoniam non ita facile credendum est legem reuocari, aut derogari, nisi certo temporis spatio id fieret, vel aliter cōstaret de reuocatione legis facta per principem.

Altera dubitatio est, an si modius tritici vendatur quatuordecim argētis eo adiecto, quod onus gabellæ spectet ad emptorem, sit iusta, & secunda venditio in utroque foro exteriori, & interiori.

14 Et memini me de hac dubitatione cōsultum fuisse de facto, deprehendi que Ludouicum Mexiam in d. pragmatica taxæ panis conclus. 3. numero 10. resoluentem eam venditionem conceptam eo pacto, & modocare omni vitio, ac vendentem non incurrere pœnas legibus regijs statutas aduersus excedentes pretium illis definitum. Eoque loco Ludouicus Mexia scribit in facto quorundam incolarum oppidi del Coronil, ita cōsultum respondisse, præstititque illi occasionem sic sentiendi doctrina quædam Rebuffi. 2. tomo ad cōstitutiones Gallicas tit. de rescissione cōtractuum arti. vnico glos. 15. num. 17. vbi Rebuffus tradit laudimiam non facere excessum pretij, nec computari ad rescindendam venditionem, quia emptor illa non recipit, refertque ita fuisse decisum in senatu Parisiensi anno 1542. in mense Augusto in processu Do. de la Capell. Porro autem laudimij, & gabellæ, idem est iudicium, & ab vno ad alterum frequens argumentum apud autores nostros, vt apparet ex his, quæ notant scribentes in l. ab emptione ff. de pactis, Tiraquel. de retractu lignagier. §. 26. gloss. 4. numer. 1. & sequent. Cagno. in l. 2. numer. 236. versi. prima C. de pactis inter empto. & vendito. & placet mihi hæc sententia, ex qua colligi potest eximia declaratio ad tex. in l. fundi partem ff. de contrahen. emptione, vt ita demum onus pretij pars esse dicatur quando inest rei, vel quando aliquid commodi ex eo peruenit ad emptorem, vel venditorem. Quod si onus rei non inest, nec ex eo aliquid peruenit ad emp

torem, vel venditorem, non computatur in pretio.

15 His igitur ita prælibatis animaduertit ex natura rei iure diuino, & naturali census non esse definitum certum pretium. Lex enim naturæ solū dicit vnā, quæque rem vero, & iusto pretio vendendam esse, & contrarium turpe, & illicitum esse: non tamen determinat in particulari huius, vel illius rei, hoc vel illud esse iustum pretium. Hoc quippe attinet ad legem humanam, quæ specificatio, & determinatio est legis diuinæ & naturalis per consequentiam arbitriam, vt docet D. Th. 1. 2. quæst. 95. art. 2. in corpore articuli, & libro. 3. contra gentes cap. 123. colum. 2. docet autem lex naturæ iustitiam pretij ex communi hominum æstimatione pendere, ex varijs circumstantijs loci, temporis, alijsque id genus distingui.

Consuetudine vero, & varijs orbis prouinciarum legibus, & statutis in cœsu variis, & multiplex pretium definitum est, illudque censendum erit census iustum pretium. Andre. Gaill. pract. obseruatio. li. 2. obseruat. 7. 8. & 5. Quoniam consuetudo, princeps, aut resp. taxare possunt iustum pretium cuiuscunque rei. l. 1. C. de Episcopali audientia, capit. 1. de emptio. & venditio. optime Couarru. lib. 3. variarum capite 9. num. 6. versiculo ex quibus colligitur, Mercado de contractibus opusculo 1. capit. 7. Michael de Palacio in praxi Theologica lib. 2. cap. 1. Petrus Nauarra lib. 3. capite 2. num. 12. 13. 14. & sequent. Ludouic. Mexia in pragmat. taxæ panis conclus. 1. numero 4. fol. 13. & conclus. 4. numer. 11. folio. 68. & quoniam superiori libro varias esse cœsus species ostendi, erit utique operæ pretium de singulis sigillatim sermonem instituere.

16 In redditu ergo perpetuo sunt, qui existiment 20. pro vno iustum esse pretium ea ratione, quod iure cœmuni iustum pretium fundi sit, quantum viginti annorum fructus deductis expensis confecerint, iusta sententiam glossæ in authen-

authentica perpetua, vbi Salie. C. de fa-
cro. Ecclesijs, quam esse comunē tra-
dit Andre. Tiraque. libro. 1. de retractu
§. 1. gloss. 6. num. 19. Couarru. lib. 3. va-
riar. cap. 9. numero. 5. Pinelus in l. 2. C.
de rescind. vendi. 3. parte cap. 4. & vlti.
numero 29. Menochi. consi. 343. num.
24. volum. 4. Piçarro ad staturū de Gua-
dalape glos. *O en compra de heredad,*
tertia, & quarta col. Castillo, Palacios
Rub. Gomez Arias in l. 74. Tauri, quo
argumento ita sensere Ioannes de Lig-
niano, & eius filius Lauren. de Rodul-
phis, qui illum refert, & sequitur in tra-
cta. de vsuris 2. part. quæst. 13. & 3. par-
te §. transeamus nunc ad octauum. Cór-
rad. quæst. 83. conclu. 2. Paul. cons. 289.
Gerson de contracti. 2. part. §. potuerat
confide. 20. Guido Papæ conf. 18. & de
cisione. 516. Capola de simulatione cō-
tractuum tertia præsump, & plures alij,
quos refert Piçarro vbi proxime.

Sed hæc sententia videtur esse dif-
ficilis ex eo, quod multæ possunt causæ
concurrere: ex quibus fundorum pre-
tium varietur, vel propter periculum
hostium, quos proximos habet, aut ob
vicinum flumen, aliave plural. 3. §. Di-
ui fratres ff. de iure fisci. Ideoque ex
fructuum perceptione ellicinon potest
pretij ratio certa. Præterea redditus an-
nui perpetui æstimatio similis non est
prædiorum æstimationi, quæ ex eorum
fructibus deducitur. Ideoq; ab vno ad
alterum nõ licet inferre, quoniam à dif-
paratis in iure nostro non sit illatio l. Pa-
pinianus exuli ff. de minoribus.

Quare visum est alijs iustum pre-
tium annui redditus perpetui esse quan-
tum ascendit cumulus pensionum quin-
decim annorum ex text. in l. si quis ar-
gentum §. si autem donatur C. de dona-
tionibus. Ea tamen decisio debile, & in-
firmum ad propositum præstat argu-
mentum. Quoniam procedit speciali fa-
uore donatoris, vt ibi explicant Petrus
Cvnuus, & Albericu. Gerar. singul. 34.
Alij aliter sentiunt: ipse tamen obser-
uo rationem iusti pretij incensu nõ pos-

se certo deniri ex legibus Romanis.
Quoniam cum hic contractus fuerit in-
cognitus olim in Romana Repu. vt late
resolui lib. 1. cap. 1. vix est, vt leges Ro-
manæ certum eius pretium potuerint
definire. Quare magis est, vt id totum
relinquendum sit consuetudini, vel le-
gibus patrijs, vt post Francisc. de Ripa. &
Carolus Molinæum à se relatos resol-
uit Couarruu. d. lib. 3. variarum capite
nono num. sexto versu. ex quibus collig-
itur, Didacus Perez in proemio titu.
de las vsuras, lib. 8. ordinamenti pag mi-
hi. 31. D. Antonin. 3. pati. titu. 1. capite
octauo §. 14. Francisc. Garfi. de contra-
cti. 1. part. cap. quarto conditione quar-
ta. Legibus autem Hispanis annui red-
ditus perpetui irredimibilis, de quo lo-
quimur, non est certum aliquod pretiū
statutum, consuetudine vero frequens
est cōstitui ad rationem vnus pro 30.
Quod & rationem iustam habere sunt,
qui putēt, ex eo, quod in aliquibus red-
ditibus leges statuerint pretium, & ius-
tam æstimationem ad rationem vnus
pro 35. authentico de Ecclesiasti. titulis
§. si autem: in alijs ad rationem vnus
pro viginti quinque. Ita quod extre-
mum pretij maius sint tringinta quin-
que, & extremum minus viginti quin-
que: ac proinde commune, & adæqua-
tum pretium sit ad rationem vnus pro
triginta; ex quo improbanda est quorū
dam opinio existimantium precium cē-
sus iustum æstimandum esse ex reddi-
tu fundi, super quo imponitur. Quoniā
cum ob temporum varietatem prædia
aliquando reddant plus, aliquando mi-
nus, non posset certum pretium, & vni-
forme definiri, sed esset incertum, va-
rium, & multiplex. Quod ingētem per-
plexitatem, & cōfusionem induceret.
Deinde pensio in censu, vt demonstra-
ui lib. 1. cap. 4. non respōdet, nec cōmē-
suratur fructibus prædij subiecti census
prestationi, sed proprijs terminis cōsis-
tit, ac proinde iustitia pretij nõ est refe-
rēda ad redditum, seu fructum, fundi,
quibus cum nihil commune habet.

Liber Secundus

17 Et hæc de censu perpetuo irredimibili. Census vero constituti cum pacto de retrovendendo ex natura ipsa nullum est certum pretium statutum. Quo circa eius iustitia ex consuetudine, iustis, alijsque legibus humanis perpendenda erit, quemadmodum nunc scripseram de censu perpetuo irredimibili. Iuxta vero diuersarum prouinciarum diuersas consuetudines, & leges multiplex reperitur pretium census redimibilis. Apud Gallos enim iustam pretiū esse ad rationem vnius pro viginti scribit Guido Papa consi. 180. & apud Germanos Contra. de cōtracti. quæst. 84. & Vormaciensi statuto publice comprobatū esse tradit Carolus Molinæus de contracti. & commer. quæst. 5. numer. 117. prout refert Couarruu. lib. 3. variarum cap. 10. numero 2. verum, & in aliquot Germaniæ ciuitatibus vsu, & consuetudine admissum esse, vt redditus annui redimibiles constituentur ad rationem vnius pro quindecim, refert Contra. d. quæst. conclusio. 2. idemque obseruari apud Gallos tradunt Imbertus Ruppellanus lib. 1. forensium institutio. ca. 34. Petrus Rebuff. in commenta. ad constitutio. Gallicas 2. tractatu de constitutione reddituum articulo 1. gloss. 1. numero secundo. In regno autem Cathalonix audio receptum esse, vt annui redditus constituentur ad rationem vnius pro viginti, vt apud Gallos obtinuisse ex Guido. Papa supra retuli, apud Valentinios autem non esse certum pretium statutum videtur notasse Francisc. Garf. d. cap. 4. conditione 4. scribens aliquando solere constitui ad rationem vnius pro viginti, aliquando ad rationem vnius pro decem. Sed pro Regno Aragoniæ, Siciliæ ultra, & citra Farum, Nicolaus Quintus Pontifex Maximus Extrauagāni constitutione a me relata sæpe numero decreuit iustum pretium census redimibilis esse ad rationem vnius pro decem. Quod obseruat Petrus Follerius in pragma. de censibus glos. dummodo annalis census huiusmodi statim in prin-

cipio, & speciales leges illius regni refert Didacus Perez in proœmio titulo de las vsuras libro octauo ordinamenti veteris pagina mihi 32. colum. 1. & in Regno Nauartæ priuata lege sancitum esse, vt redditus annui redimibiles soluantur ad 6. pro centenario literis consignatū reliquit Ioannes Martinez Olano in cōcordia, & noua reductione antinomiarum iuris communis, & Regij littera A. num. 95. nouissime apud Regia Gallorum tribunalia in praxi obtentum est, vt emptio annui redditus redimibilis facta ad rationem vnius pro duodecim toleretur, si vero fiat ad rationem vnius pro decem, vel vndecim, reducatur ad pretium vnius pro quindecim, sin autem constitutus fuerit ad æstimationem vnius pro octo, aut nouem, minori ve pretio quam decem, omnino illicitus contractus censeatur, vt scribit Andreas Tiraquel. lib. 1. de retractu §. 1. gloss. 6. numero 19. Imbertus Ruppellanus, Petrus Rebuff. & Couarruu. vbi supra. Et apud Germanos inuictissimi Caroli Quinti constitutione edita anno. 1548. in Augustanis Comicijs in ordina. Polytica tit. de vsurarijs contract. definitum fuit census redimibilis pretium ad rationem vnius pro viginti, vt literis consignatum reliquit Andre. Gaill. pract. obserua. lib. 2. obserua. 7. num. 15. & obserua. 5. num. 10.

19 In his vero Hispaniarū Regnis olim in prouincia Bætica, & alijs, quæ citra Tagum prætorio Granatensi subieciuntur, hi redditus annui redimibilis frequentissime constitui solebant ad rationem decimæ: in prouincijs tamen ultra Tagum ad rationem duodecimæ, vel quatuordecimæ.

20 Quā varietatē decreto Regio sustulit Rex Catholicus, ac dominus noster Philipus II. sub cuius patrocinio, & vmbra iucundissima omnis Christiana respub. mira gaudet, & potitur trāquilitate. Cuius regiam clementiam, & benignitatē, prudentiam admirabilem profusam liberalitatem in pauperes, zelum Reli-

gionis, & Fidei Catholicæ, in malos iustitiam, & seueritatem, in bonos munificentiam, aliasque plures heroicæ, & tãro Principe dignas virtutes nulla vnquã ætas poterit cõtescere. Cui Deus Nestoreos dignetur annos vitæ concedere, vt eius dexteritate, & maturitate, hilari, grataque præsentia Hispania Res. conquiescat in porta securo.

Is inquam incommittijs habitis Madriti anno 1563. l. sancit, vt annui reditus redimibiles non constituentur, nisi ad rationẽ vnus pro quatuordecim, & aliter creatos census in futurum nullos esse decreuit, & antea cõstitutos ad id pretium reduci. Habetur hodie in l. 6. tit. 15. *De los contratos de censo*, libr. 5. nouæ Compi. Annuu vero reditus ad vitam constituti iustum pretium Oldr. consil. 207. probauit esse ad rationem vnus pro sex. Oldraldi tamen sententia displicuisse Doctõribus videtur, quia vt cunquẽ sit tale pretium, nõ congruit iuste annui reditus etiam ad vitam æstimationi. Bald. vero cõsi. 292. volum. 5. existimat iustum esse pretium etiam ad vitam duorum ad rationem vnus pro nouem. Idemque Bald. consil. 410. volum. 1. admittit pretium vnus pro decem ad vitam vnus hominis, & consil. 18. volumine. 1. ad duorum hominum vitam arbitratur iustum pretium esse ad rationem vnus pro decem. Romanus item consilio. 302. iustitiam pretij annui reditus ad vitam viri, & vxoris metitur ad proportionem vnus pro octo, & Raphael Cumanus consil. 181. ad vitam patris & duorum filiorum iuuenum decẽ scribit iustum esse vnus anni pretium. Mire ergo de hac re variant interpretes nostri, certa autẽ ratione magis est non posse concludi, & circumscribi pretium iustum annui reditus ad vitam constituti. Quoniam, vt de redimibili & irredimibili superius dictum est, totũ id relinquendum est consuetudini, & cõmuni ac receptæ patriæ æstimationi, quæ si nihil certum statuerit, arbitrio boni viri committendum erit, qui per-

pensis ætate valitudine euentis, alijsq; circumstantijs iustum pretium arbitratbitur, vt post Carolum Molinæum, & Ioannem de Medina scribit Couarru. lib. 3. varia. cap. 9. numero septimo versiculo quamobrem iustum, quibus adde Andre. Gaill. libro secundo obseruatio. pract. obserua. 8. Verum in his regnis iusta redditus annui ad vitam æstimatione lege definita est. Etenim Philippus II. dominus noster sanctione pragmatica promulgata Madriti tertia die mensis Iulij anno 2583. decreuit in futurum non posse creari cõsus vitalitios ad vitam duarum, trium, vel pluriũ personarum, solumque cõstitui debere ad vitam vnus, & pretium, æstimationem que iustam esse ad rationem vnus pro septem. Adiecitque sortem non posse dari in argento, vel auro elaborato, nec in supellectili alia, aut mercibus, sed in pecunia numerata, & tradita simul, quo celebratur contractus, & de qua notarius in actu confectionis instrumenti fidem præbeat. Aliterque censum creatum statuit irritum nullum, & inanem.

22 De censu vero ad certum tempus constituto, quid dicendum? & quidem nulla lex est, ni fallor, quæ de hac re quidpiam definiat. Plurimi autem auctores maximi nominis dubitationem hæc ita composuisse videntur, vt censeant annuæ pensionis ad tempus constitutæ iustitiam sic æstimandam esse, vt cumulus omnium pensionum, quæ toto illo tempore sunt persoluendæ, non excedant sortem principalem, sed illam æquent, complectantur, & absorbeant. Igitur pretium iustum temporarij census iuxta sententiam hanc constituitur, & resultat ex proportione singularium pensionum ad sortem ipsam principalem. Ideoque determinari quantitas non potest. Quoniam aliquando potest esse maior, aliquando minor pro ratione sortis, & temporis, quod scripsere Dominicus de Soto libro sexto de iustitia, & iure quæst. quinta articul. secundo, Ioannes de Medina capite de censu tempo-

Liber Secundus

rall determinata temporalitate, Maurus Antonius Berarda. in summa corona confessorum titul. de usura circa cōtractus censuales pag. 280. Ioannes Matiēgo in l. i. tit. 15. de los censos libro 5. nouæ Compila. glossa 1. numero 4. Francisc. Garti. de contracti. 2. parte. capite quinto.

Sed hæc sententia non est omnino certa. Quoniam in contrariam deflexere Contra. de cōtracti. quaest. 80. D. Antonius 2. part. titu. 1. ca. 8. §. 10. & 11. Couarr. post Molinæum è se relatum libr. tertio variarum ca. septimo nu. quarto, Michael de Palacio in praxi Theologica libro. 4. capite 7. pag. 323. & ipse magis probauit libro superiori capite 7. numero 18. versi. *Ego quidem dissentio à Dominico de Soto*: quare cum de pretio redditus temporarij nihil lege, aut scriptorum sententijs definitum sit, relinquendum erit consuetudini, vt notat in specie Michael de Palacio d. capite 7. pag. 325. colum. 2. versi. 2. respondebis. Cessante vero consuetudine apparet dici posse iuste constitui census temporarios ad semissem pretij, quo census redimibilem constitui legibus Regijs statutum est. Nam & census ad vitam (qui temporarius est) pretium ea proportione Regia pragmatica decretum est, vt superius scripsi hoc capite. Relinquitur ergo ex superiori resolutione census redimibilem in his regnis non posse creari minori pretio, quàm ad rationem vnus pro quatuordecim. An vero constitutus æstimatione minori sit nullus, & pensiones solutæ imputandæ sint in sortem principalem, an vero valeat, sed rescindi debeat, & reduci ad legitimum pretium excessu pensionum solutarum reddito venditori, explicui diffuse libro superiori cap. nono resolvens nullum esse, & pensiones solutas sortem minuere, & in illam esse imputandas, in eamque sententiam retuli Nauarr. in commen. resolutio. de usuris notabi. 22. numero 78. Doctorem Sarabia in instruct. mercatorum. cap. 15. &

excellentis ingenij, & omnigenæ sapientiæ virum Dominum Francisc. Sarmien. libro 7. selectarum interpretationum capite primo numero 40. Licenciatum Piçarro ad statutum de Guadalupe 4. conditione, glossa. *comprar.* & ad extra uagatam Martini Quinti glos. alterius pecunia. Qui quoque alios plures eximia autoritatis inter nostros dinumerat, & laudat in eandem partem. Adde. que nunc sapientissimum. Didacum de Couarr. libro tertio variarum capite. 10. num. tertio versiculo cæterum post tertiam huius operis editionem, ex l. Regia. 6. titulo 15. libro 5. nouæ Compilationis collegisse, census redimibilem constitutum minori pretio, quam ad rationem vnus pro quatuordecim esse nullum, nec posse executioni mandari. Equidem scio plures alios viros doctissimos dissentire, vt d. capite 9. retuli. Sed mihi hæc sententia placet, quæ instructa fortissimis argumentis procedit. Cōtingit tamen sæpenumero dubitari, an si censu creato a principio minori pretio, quam ad rationem vnus pro quatuordecim ad eum modum per longum, vel longissimum tempus fuerint solutæ pensiones, obstet reductioni, moderationique contractus, vel omnimodæ rescisioni temporis præscriptio.

Pro cuius dubitationis explicatione constituo reductioni, moderatio nī, vel rescisioni census redimibilis iniusto pretio creati nullam obstare præscriptionem, quia talis contractus iniustus aut sceneratitius est, & quanto magis illicitum scenus continuatur, tanto peccatum grauius est, & sic nunquam purgatur, sed augetur tempore. Tanto enim grauiora sunt peccata, quāto diutius in scelicem animam detinent alligatam, capite vltimo de consuetu. capite non debet de consanguini. & affinita. Quod videtur sensisse Alberi. in Rubr. colum. vltima C. de usuris extendens, etiamsi interuenerit sententia, quā nunquam dicit transire in rem iudicatam. sequitur Iass. in l. 1. §. si procurator numero

mero

mero 13. ff. si quis ius dicenti non obtē
petauerit. Fac. un. quæ notat Alexand.
confi. 73. viso themate. col. ultim. vo-
lum. 1. & confi. 46. colum. 3. volumi. 3.
Barbacia confi. 51. libro. 1. Jacobi. de Sā
cto Georgio in l. mutuum colum. 1. ff.
si cert. petatur, Gerardus de Petrasan-
cta singul. 18. Balbus de præscriptio. 4.
part. 5. partis principalis quæst. 3. in fine
Cagno. in l. 2. colum. 5. C. de pactis in-
ter emptorem, & venditor. Tiraquel.
de retractu conventionali. §. 1. glos. 2.
num. 23. cum sequentibus. Quæ doctri-
na adeo quidem vera est, vt procedat,
etiamsi census ultra centum, vel ducen-
tos annos, aut a longiori tempore fue-
rit constitutus, dummodo liquido confi-
tet de pretio, & qualitate cōstitutionis.

Neque obstat, quod tanto, vel mino-
ri tempore potuisset creditor acquire-
re talem redditū sine vllō pretio. Quo-
niam respondeo id verum esse ex ius-
to titulo, licet non vero, sed putatio,
videlicet donationis, legati, diuisionis,
vel alias, vel quando non constat de ini-
tio vitioso, quia si de initio vitioso con-
stat, vel defectiuo, creditor non posset
tanto tempore acquirere talem reddi-
tum, nec prodesset tempus; quantum-
uis longissimum. Etenim tunc omnis
perceptio, vel quasi possessio inde se-
quens super illo titulo fundata eodem
vitio, quo continuatur, quotidie infici-
tur, & sic quocunq̄ue temporis lapsu,
vel quasi possessione non obstante re-
manet redditus in eadem qualitate, in
qua apparet fuisse ab initio. Faciunt no-
tata per doctissimum Menochi, confi.
291. num. 10. 11. 12. & sequentibus vo-
lumine. 3.

Neq̄; etiā obstat, quod tempus imme-
moriale vim habeat cōstitutionis. hoc
iure §. ductusaquæ ff. de aqua quodia-
na, & æstina, cuius materiam copiose
resoluunt Decius confi. 85. Iasson con-
fil. 209. volum. 2. Boerius decisione. 39.
Balb. de præscrip. 2. part. 3. partis princi-
palis quæst. 6. Aymon Crauetā de anti-
quitate temporum 4. par. per totā, Mar-

thæus de iur. in c. 1. §. flumina, quæ
sint regalia in vsu feudorum, Ripa in
c. cū Ecclesia Sutrina n. 64. & 67. de cau-
sa possessionis, & proprietatis, Couar.
in reg. possessor. 2. par. §. 5. per totū, Gre-
gori. Lopez in l. 15. tit. 31. par. 3. Parla-
dorius rerum quotidianarum c. 1. Quo-
niam id locum habet quando non appa-
ret de origine, qua in specie procedit
sententia Pomponij I. C. in d. §. ductus
aquæ, secus vero est, si certo constat de
veritate originis. Quoniam tunc præ-
sumptio, quæ oboritur ex vetustate, ce-
dit veritati capit. veritate 8. d. & licet in
rebus præscriptibilibus præscriptio le-
gitime cōpleta præiudicet veritati ori-
ginis, etiam si de illa constet, tamen pe-
culiare est in vsura, quando de eius cō-
tinuatione agitur, quod nullum tempo-
poris spatium, nulla successorum bona-
fides patrocinator præscriptioni, quo-
niam lex semper, & continue resistit
cursui vsuræ illegitimæ aut excessiuæ.
Ideoq̄; vsucapio locū habere nequit ex
tex. celebri in l. vbi lex ff. de vsucapio.

Et hoc quidē expresse decisum extat
in l. 6. tit. 15. de los censos, li. 5. nouæ Cō-
pilationis in illis verbis, *Y en quanto a
los juros, y censos, y cōtratos hasta aqui
hechos a menor precio de los dichos ca-
torze mil maravedis el millar, manda-
mos, que assi mesmo sean reduzidos, y
reduzimos al dicho precio, y respeto de
a catorze mil el millar no embargante,
que sean antiguos, y de mucho tiempo
impuestos.*

27 Cuius legis decisio, & doctrina supe-
rior procedet contra hæredes, aut etiā
singulares successores creditoris. Etiā
si iusto errore facti, longissimoq̄ue tem-
pore bona fide percepissent redditum,
nimirum prætextu cuiusdam antiquæ
recognitionis, seu noui tituli non con-
tinentis vitium. Quia quocunq̄ue
detegatur originale vitium redditus,
contractus rescindi debet. Ex quo se-
quitur, quod etsi instrumentum census
esset illicita forma, videlicet vnus pro
quatuordecim, si tamen postea inuenia-
tur,

ius, & probetur, quod numerata fuit tā
 tum pretij numeratum, quod sufficiat
 ad rationem vnius pro quatuordecim,
 rescindendus contractus est, quantun-
 cunque longissimo tempore successor
 bona fide perceperit.

22 Procedit quoque superior resolutio
 non solum respectu veri debitoris, sed
 etiam fideiussoris, vel tertij possessoris
 rerum hypothecatarum, vel etiam po-
 sterioris creditoris. Quia hæc exceptio
 rei coheret l. exceptiones §. rei ff. de ex-
 ceptio. l. tam mandatori. l. penult. C. de
 non numerata pecunia. Ideoque obser-
 uandum est diligenter ius competēs ad
 rescissionem censitici cōtractus esse rea-
 le affixum, & inharens ipsi rei, ac prop-
 terea competere non solum aduersus
 creditorem principalem, aut cessiona-
 rium, verum etiam aduersus quemcun-
 que quasi possessorem iuris percipien-
 di redditum. Quæ observatio ad pluri-
 mas forenses controuersias decidendas
 magnam habet utilitatem. Præterea lo-
 cum habet ea doctrina, vt etiam nullo
 tempore, nulla exactione, vel recogni-
 tione adquiratur possessio, vel quasi
 percipiendi, vel exigendi redditus vsu-
 rarij, vel in aliquo immoderati, quate-
 nus reducendus est. Quia iniuribus in-
 corporalibus, in quibus nō est vera, sed
 quasi possessio, quæ plus habet iuris,
 quam facti, quodcumque lex prohibet,
 vel resistit, nulla acquiritur posses-
 sio, vel quasi, vt scribit Carolus Moli-
 næus in consuetudini. Parisien. titulo. 3.
 in Rubri.

30 Secundo loco statuo respectu pen-
 sionum condicendarum, vel restituen-
 darum, videlicet, quæ perceptæ fuerūt
 ultra quantitatem legibus definitam, lo-
 cum habere præscriptionem.

Nam et si validitas redditus in se non
 possit vsu capi, nec pro futuro, nec pro
 præterito tempore, tamen condictioni
 particularium pensionum receptorum
 præscribi potest, sicut & actioni furri
 præteriti, & condictioni indebiti præ-
 scribitur. Quo circa si a centum annis

constitutus, & con tractus sine reddi-
 tus infra rationem decem, vel quode-
 cim pro vno excessus pensionum con-
 dici non potest, nisi earum, quæ a tri-
 ginta annis inspecto iure ciuili ex l. cū
 notissimil. si quis emptionis eam alijs.
 C. de præscriptio. 30. vel. 46. anno. & 2
 40. iure Regio l. 63. Pauli l. 6. titulo 15.
 libro quarto nouæ Compilationis, solu-
 ta fuerint inspecto tempore condictio-
 nis intentandæ.

Hæc autem resolutio eximiam, & ce-
 lebrem inuoluit controuersiam, an le-
 ges Cæsareæ & Regiæ, quæ admittunt
 debitum personale, præscribi possent cū
 mala fide, vim aliquam obtineant. De
 qua extant duæ opiniones inter se pug-
 nantes, vna quidem aiens: altera negās,
 & vtramque sibi contrariis in diuersis
 locis sustinuit Bartolus, prout referunt
 Menchaca de successione creatione
 §. 10. numero 26. Didacus Perez in l. 3.
 titulo 13. libro tertio ordinam. pagina
 mihi 711. Ioannes Gutierrez in repeti-
 tione legis nemo potest numero 200.
 201. 202. & numero 480. & sequenti-
 bus ff. de leg. 1. Qui tandem scribunt
 veriolem, & receptiolem esse opinio-
 nem, vt leges Cæsareæ admittentes præ-
 scriptionem actionum personalium cū
 mala fide sint omnino sublata, atque
 correctæ ex decisione Pontifici in ca-
 pit. vltimo de præscriptionibus, & viri-
 bus careat statutum quodlibet huma-
 num approbanstalem præscriptionem.
 Habetque isthæc sententia pro se tan-
 quam firmissimum propugnaculum
 autoritatem illam Pauli ad Roma. 13.
 capite. *Omibus readite debitum, cui
 tributum, tributum, cui velligal, vellig-
 gal, cui honorem, honorem, cui timorē,
 timorem, nemini quidquam debeat, nisi
 si vt inuicem diligatis.*

Ex quo manifeste colligitur red-
 dere debitum creditori præceptum
 esse iure diuino, & naturali, ac pro-
 inde nulla temporis diuturnitate
 quem liberari, excusari ve ab obliga-
 tione, qua debitor tenetur credito-

ri: facit tex. in capite vigilantibus, ibi. *Quia nulla antiqua dierum possessio, & in cap. ultimo, ibi: Vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, de præscriptio.* Cessare vero hanc resolutionem, & leges Regias eam præscriptionem debiti personalis inducentes locum habere posse tradunt Menchaca, Perez, & Gutierrez vbi supra. Quando debitor allegat solutionem, & ad illam probandam inducit lapsum, & transcursum a non viginti, vel triginta secundum diuersa temporum curricula, & metas eisdem legibus præfixas actionibus personalibus, mixtis, & hypothecarijs, non vero quando fateretur se non soluisse. Sed in iudicio animæ hæc cautela nullam præstat securitatem. Nam cum re vera debitor malam fidem habeat, cum certo sciat se debere, quoad Deum nunquam erit securus, nisi debitum suo creditori persoluerit. Nec humanæ legis beneficio poterit excusari. Quoniam cum sola ex temporis diuturnitate præsumptione nitatur, debitorum conscientiam sui debiti minime defendit, ut veritate dist. nec si vellet defendere, posset, cum manifestum peccatum foret, & nutriet. Rursus autores præfacti magis probant in hærede bonæ fidei debiti personalis præscriptionem admittendam esse: quoniam qui in ius succedit alterius, iustam habet ignorantiam causam, regu. qui in ius de regul. iuris lib. 6. & ita docuit ex pluribus Menchaca vbi supra, num. 28. contradicit autem Francisc. Balbae in tract. de præscriptio 2. par. 3. partis princip. quæst. 14. num. 5. & 4. partis principa. quæst. 7. num. 4. contendens bonam fidem successoris vniuersalis, nihil ad præscriptionem proficere, vbi defunctus malam fidem habuit, ex textu in authent. malæ fidei. C. de præscrip. longi temporis. Verum opiniones in concordiam, & amicitiam reuocat Ioannes Gutierrez in dict. l. nemo potest, num. 483. ad finem, vt prima procedat, quando non constaret de mala fide auctoris: secunda vero quando de illa constat, &

apparet. Hæc tamen conciliatio mihi non placet. Nam etsi controuersum sit apud Cælarei, & Pontificij iuris interpretes, an hæredi bonæ fidei, & volenti à se præscriptionem incipere officiat defuncti mala fides videtur tamen admittenda sententia Dyni de Muxelo in regul. possessor. de reg. iuris, lib. 6. num. 42. existimantis non officere. Quam secuti sunt Bart. in l. cum hæres ff. de diuersis, & tempor. præf. & in l. vicia. C. de acquir. possessio. Imol. in cap. illud, col. 2. de præscriptio. Angel. Aretin. in §. sed tamen id, Instit. de vlu cap. Bal. in l. cum qui. §. in hac actione. ff. de publiciana, & in l. nihil. C. de vfu capio. pro hærede, Alexan. consil. 50. colum. 3. versicul. quinimo, volum. 2. Marianus, Socin. in rubric. de causa possessionis, & proprietatis, in 3. tract. artic. 4. versicul. sexto competit publiciana, quæ eo magis videtur amplectenda, quod sententia contraria nullum habet pro se firmum, & stabile fundamentum. Responsum enim Vlpiani in dict. l. cum hæres. ff. de diuersis, & tempo. præscrip. dumtaxat procedit vbi hæres, vniuersalisq; successor vult se iuuare, & tueri accessione temporis, quo defunctus mala fide possedit: vt apparet ex illis verbis eiusdem tex. idem iuris est cum de longa possessione queritur, neque enim recte defenditur: cum exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur. Quibus verbis Vlpianus insinuat in specie à se proposita exordium præscriptionis assumi à tempore defuncti, cum hoc exordium ad malam fidem referat, quæ à defuncto initium habuit, non ab hærede, qui possidet bona fide. Quod vero hæres defuncti personam repræsentet, authentico de iure iurando à moriente præstito in principio. l. 2. §. & harum. ff. de verbo. obligatio contrariæ opinionis partes non agit. Quoniam etsi hæres teneatur quandoque ex delicto mala fide, vitio, & crimine defuncti: non tamen sequitur exinde, quod ipsum vitium in hæredem transeat, vt personam hæredis

liber Secundus

dis inficiat: quemadmodum idem notat accurate integerrimus Didacus de Couarru. in regu. possessor de regul. iuris libro 6. 2. p. §. 9. num. 1. resolvens, quod si defunctus debitor sit alicuius quantitatatis, & ratione huius obligationis sit in mala fide constitutus, effici poterit statuto, aut lege municipali, ut hæres bonam fidem habens eam actionem valeat temporis præscriptione prorsus excludere. Quod etiam idem Couarr. postea repetit in eadem regula possessor 2. p. §. 11. num. 4. versic. 3. Illud est annotandum, idque verius esse censeo, quidquid Franciscus Balb. & Ioannes Gutierrez locis superioribus contra fuerint opinati.

Colligo ergo ex hac resolutione creditorem, nullo temporis spatio liberari à reddendo debitori excessu pensionum solutarum, ultra modum legitimū. Quoniam cum ipse, qui primitus censum sibi vendi minori pretio curauit, malam fidem habeat, cum certo sciat censum esse constitutum aduersus legum interdicta l. quemadmodum C. de agrico. & censitis lib. 11. regul. qui contra iura regul. iuris lib. 6. plane conuincitur aduersus indebiti conditionem ipsi debitori competentem quamlibet præscriptionem creditori non proficere. Quippe Menchaca, Francisc. Balb. Couarr. Didacus Perez, & Ioannes Gutierrez vbi supra vnanimi consensu tradiderint, & elegantissimis rationibus comprobauerint leges seculares admittentes debiti personalis præscriptionem non habere locum in ipso debitore ob mala eius fidem, nedum in iudicio animæ, sed neque etiam in foro exteriori. Hæres autem creditoris, vel successor quilibet vniuersalis, aut particularis bonam fidem habens repetitionem excessus pensionum solutarum ultra modum legitimum poterit temporis excludere præscriptione. Quod locum habebit dumtaxat, quando hæres, vel alius successor ignorat initium, & qualitatem ipsius constitutionis redditus annui.

Nam si quo pretio fuerit constitutus sciuerit, nec ipse poterit excessum præscribere. Quoniam ut perspicuum est, malam fidem habet. Nec error iuris iuuare poterit, quia in proposito lex prohibet, resistit, & punit, quo casu error iuris resistentis non solum nocet quoad vsucapionem, verum etiam quoad fructuum acquisitionem: prout scripserunt Barto. Ange. & Paul. in l. sed etsi lege §. scire ff. de petitione hæredi. A lex. consil. 73. colum. ult. vol. 2. Carolus Molinæus in consuetud. Parisiensib. §. 68. Couarr. libro 1. variarum c. 3. nu. 8. & in reg. possessor de regul. iuris lib. 6. 2. par. §. 7. nume. 5. versic. hæc autem 2. consil. Pinelus in d. 2. C. de rescindend. vendit. 2. p. c. 4. nu. 30. & sequentibus, Petrus Pechius in regula possessor, nu. 4. Considero tamen reperiri posse speciem facti, in qua ipse creditor primus valeat excessum pensionum solutarum ultra modum legitimū præscribere. Demus enim bona immobilia dari posse in censum redimibilem prout quotidie fit. Plane si apparuerit rem immobilem distractam esse iniusto pretio, census nullus reddetur in totum, vel reducetur ab excessu vero pensionum reddendo debitori, præscriptione creditor, & dominus census liberabitur. Quia cum pretium rei immobilis non possit ita certo distingui, atque cognosci, contingit sepe numero, ut ipse, qui dat in censum ob probabilem ignorantiam bonam fidem habeat.

Vnde in forensibus controversiis, quæ innumere sunt his temporibus, libentissime obseruarem, ut rescisso contractu huiusmodi creditor à restitutione reddituum omnino liberetur, quoniam bonæ fidei possessor est, cum titulo. Ideo quæ fructus fecit suos. l. emptor. ff. de adquir. rerum domi. Tū quia in hac forma conventionis rescissum locum non esse, nõ data læsione ultra dimidiam iusti pretij hoc cap. resoluo, num. 39. & in remedio. l. 2. C. de rescindenda vendit. fructus non veniunt, ut ex magis com-

mun i

munī, profitentur. Pinel. 2. part. 4. numero 2. & Padilla num. 50. Matienço in l. 1. tit. 1. libro 5. nouæ Compil. vnde re alius, maturiusque perpenſa cenſeo iuxta reſolutionem hanc eſſe temperandam, & reſtringendum, quod in hoc cap. nu. 41. obſeruauī circa ſententiam in reſciſſione eiſmodi contractus ferendam certo ſciam difficile admiſſum iri in praxi.

34 Rurſus annuo redditu conſtituto minori pretio, quam ad rationem vnus pro quatuordecim, & pendente lite ſuper eius nullitate, moderatione, & reductione, an ipſum guarentigiatum inſtrumentum valeat executioni mandari, non incongrue poteſt hoc loco dubitari: & videtur omnino excluſam eſſe executionē. Quoniam litis pēdentia in via ordinaria facit ceſſare viam executiuam, vt docuit Alexander in l. 4. §. cōdemnatum ff. de re iudicata, Robertus Maranta diſp. 6. nu. 4. & de ordine iudiciorum 2. par. 6. partis iudici. actu. 8. de inſtrumentorum productione nu. 14. Contrarium tamen reſoluit Petrus Rebuff. 1. tomo ad conſtitutiones Gallicas tracta. de literis obligatorijs gloſſ. 3. n. 7. & Gonçalus Suarez de Paz in ſua praxi. 4. p. primi tomi cap. 2. n. 2. 3. & 4. & c. 3. n. 31. quæ varietas, opinionūque diſſenſio effecit, vt certo nequeat abſolui dubitatio iſta. Eoque magis, quod hi auctores videantur loqui in ſpecie longe diſpari. Cum enim vnus intendit actionem via ordinaria: idemque poſtea trāſit ad executiuā, variant auctores. & Alexander, & Maranta negant fieri poſſe: aiunt vero Rebuff. & Suarez de Paz. Quo caſu verius eſt licere trāſire reſuſis expenſis, quinimo plures vias executiuas ſimul cōpetentes aduerſus eundē intentare quis poteſt ſimul, vel ſucceſſiue corā eodem iudice, & coram diuerſis. Et litis pendentia coram vno nō impedit executionem petitam corā alio, vt ſcribit Iaſſon dicens eſſe meram veritatē, ſicut Euangeliū conſi. 9. verſ. 3. n. 2. & conſ. 28. n. 3. vol. 1. Anto. Maſſa

in tract. ad ſc. mul. obligationis in forma Camerae particula 3. q. 2. numer. 2.

Non tamen præfati auctores tractāt, an quando vnus petit via ordinaria reſcindi contractum, ex quo debet, lite pēdente reus poſſit ex ipſo contractu executionē obtinere aduerſus debitorē ipſum litem intendentē. Quocirca alio recurrendū eſt, vt pateſcere poſſit difficultas iſthæc. Quare ad propoſitum quam maxime videtur conducere celebris illa diſtinctio, quod aut via ordinaria agitur de nullitate contractus, & tunc impediatur executio ex litis pendentia: ſecus vero ſi ſolum de reſciſſione, aut moderatione tractetur, vt videtur docuiſſe Innoc. in c. cū in iure de offic. delegati. & in c. cū olim de dolo, & contuma. Petrus Rebuff. 2. tomo ad conſtitu. Gallicas in tractatu de reſciſſione contract. art. vnico gloſſ. 5. n. 7. ſcribens eſſe notādū, quod pendente contractus reſciſſione cogitur reus ſoluere, id, quod eſt in contractu deductū, & interim ſeruatur contractus, dicēs ita fuiſſe deſciſum in ſenatu Pariſienſi pro quodā ſcholastico proſequentē contractus reſciſſionē anno 1539. die 14. Iulij, & ante anno 1515. die 15. Maij fuiſſe condēnatū ſcribit petentē reſciſſionem contractus ad continuandū, & ſoluendū redditū lite pendente præſtita cautione à recipiente, quod idem Rebuff. repetit. 1. tomo in tractat. de ſententijs prouiſionali. in præfatione nu. 132. & copioſe Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. p. c. 2. a n. 9. vſque ad num. 29. ex quo in propoſito apparet ſecundum diuerſas opiniones diuerſimode philoſophandū eſſe. Nā ſi cenſum iniuſto preſtito creatū vſurariū, ſceneratiū & nullū eſſe defendamus, pēdente lite inſtrumentum cenſuale non poterit executioni mandari. Si vero contenderit quis eſſe validū, ſed reducendū, & moderandū, litis pendentia executionē minime retardabit, iuxta ſuperiorem reſolutionem. Quod ad quotidianam praxim maximum momentum habet. Frequentiſſi-

tiſſi-

Liber Secundus

tissime enim bona immobilia, ut dixi superius, dari solent incensum emphyteuticum redimibilem: passimque lites oboriuntur maximæ de ea forma contractus. Nam debitor se in pretio deceptum fuisse contendit, ideoque censum, ut in iusto pretio creatum annullandum, vel reducendum. Lite pendente creditor executionem obtinet aduersus debitorem, qui aduersus illam obijcit locum non habere ex eo, quod de iustitia & iniustitia contractus lis pendeat. Quod an sufficiat ad executionem retardandam ex superiori pendet resolutione. Atque de ea re varias, imo contrarias diuersorum iudicum latas sententias obseruavi. Verum cum hæc apud me contemplerer attente, magis esse deprehendi, ut siue nullum, siue validum esse dicamus censum constitutum minus iusto pretio, lite pendente nequeat propensionibus executio fieri, dummodo in propriu constet de vitio, vel excessu. Quonia in hac specie petitorium absorbet possessorium arg. text. in cap. cum dilectus de causa possessionis, & proprietatis, & ita in simili decidit Oldrald. consi. 249. in fine, tum quia leges Regiæ, & omnia statuta mundi publicis instrumentis executionem tribuentia nollunt contractum, quem constat esse iniustum, & factum contra leges executioni mandari, & docet in terminis Rupella. cap. 34. pag. mihi 185. quod ego limitarem ubi per plures annos soluta fuissent pensiones annuæ, quia tunc instrumentum censuale executioni mandandam erit non obstante exceptione nullitatis, vel iniustitiæ, Beroi. cons. 119. lib. 3. Bursar. cons. 74. numero 25. volum. 1. Lancello. de attent. Rub. de attentatis nullitate pendente numero 150. Gutierrez d. c. 2. nu. 23.

His ergo ita absolutis, ut portum feliciter teneamus, operæ pretium erit inquirete, an leges Regiæ decernentes censum redimibilem non posse constitui minori pretio, quam ad rationem unius pro quatuordecim, comprehendant eam formam vulgarem contrac-

tus, de qua supra mentionem feci, bona immobilia dantur incensum redimibilem: an vero legibus Regiis non obstantibus possit contractus iste minori pretio constitui, quam ad rationem unius pro quatuordecim? in qua difficultate Ioannes Martinez de Olano in concordia, & noua reductione antinomiarum iuris communis, & regij litera A. numero 101. 102. & 103. existimat leges Regias habere locum in hac specie, nec posse censum istum redimibilem constitui minori pretio, quam ad rationem unius pro quatuordecim. Additque optime facturum Regem nostrum Catholicum si lege prohiberethuiusmodi census redimibiles, eosque ex sola pecunia statim numeranda emi, aut constitui iuberet. Et pro ista sententia primū Olano expendit decisionem Regiam in l. 6. tit. 15. De los contratos de censo, libr. 5. nouæ Compilatio. in illis verbis, *Ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante no se pueda en estos nuestros reynos, ni en ninguna parte dellos vender, ni imponer, ni constituyr juros, ni censos algunos de al quitar a menor precio de a razon de acatorce mil el millar, quæ eū generaliter, & indistincte loquatur generaliter, & indistincte accipienda est. l. 1. §. & generaliter ff. de legatis prestā. l. de pret. ff. publiciana in rem actione l. non distinguemus ff. de rece. arbitris capite ad audientiam de decimis. Dein de considerat, quod ratio, quæ mouit legislatorem, ut pretium census redimibilis definirer, & certis limitibus circumscriberet, eadem & maiore eum mouere debuit, ut in hac specie pretium limitaret: quando quidem maius fraudandi periculum in eo contractu versatur. Ultra quæ fundamenta illud quod expendi potest, quod partes, quæ talem celebrant contractum, censum redimibilem intendunt celebrare. Ideoque, ut census redimibilis censerer, aestimari, & iudicari debet, ab eo enim, quod partes intendunt agere, contractus iudicatur, & nominatur l. si insulam*

fulam. ff. de præscrip. verbis. l. si cū vno ff. locati. l. si olei. C. eodem titul. latere soluunt Iaffo. in. l. si tibi pecuniam. ff. si certum petatur, Pinel. in rub. C. de resc. em. vendi. 2. par. cap. 2. num. 2. & cap. 3. num. 24. Antonius Gomez in. l. 45. Tauri num. 41. Peralta in. l. Lucius Titius, num. 12. ff. de lega. 2. Auendaño respõfo 12. num. 1. & sequentibus, Rolan. à Valle consil. 96. numer. 39. 40. 41. & 42. volumine primo, Andreas Tiraquel. de retract. lignagi. §. 30. glos. 1. num. 11. & §. 32. glos. 1. num. 34.

Contrarium vero magis probauit Ludouicus Mexia in. l. 5. titul. 3. lib. 7. ordinamen. veteris secundæ partis secundo fundament. num. 18. Afferit enim legem Regiam census redimibilis pretiũ definientem dumtaxat loqui, intelligique debere in tributis, quæ à possidente, ac tributum soluturo super suis possessionibus fuerunt imposita, & vendita: non autem in tributis redimibilibus alias soluendis dominis de possessionibus, quas ipsi dederunt ab illis, qui eas receperunt, & sic pro certo æstimatas, seu taxatas. Mouetur Ludouicus Mexia ad sic sentiendum eo primum, quod in præfata. l. Regia, nec in præfatione, nec in ipsius corpore fit mentio de his tributis, & quod non mutatur, stare nõ prohibetur. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. C. de appellationi. l. commodissime. ff. de liberis, & posthumis.

Rursus, quia in his dispar est ratio, quã in alijs, & hoc casu redditus habentur pro interesse perceptionis fructuum rei date, quos percipit, qui debet redditum annuũ. l. curabit ibi, & perceptorũ fructuum ratio. C. de actionib. empti. per quam inquit fuisse eiusdẽ sententiæ in proprijs terminis scribentem sic fuisse iudicatum, & pronuntiatum Bartholomæus Cassanæus in consuetudinib. Burgun. rubric. 11. §. 4. gloss. penult. & rubric. 4. §. 23. num. 25. versicul. quarto limita Idem voluere Bartol. Socin. consil. 2. num. 14. volum. 1. Palacios Ru.

bios in repetit. ca. notabil. vltim. 2. columna, numer. Ludouic. Gomezius, in. §. actionum num. 11. Instit. de actio. quorum meminit Ioann. Gutierrez infra referendus.

Inter quas opiniones mediam amplectitur sententiam Ioan. Gutierrez lib. 2. practica. quæstio. circa leges Regias Hispaniæ quæstione 171. num. 5. & 6. vt quando res à principio certo pretio non venditur, sed in emphytheusim traditur sub annua pessione, quotannis soluenda redimibili, vera sit Ludouici Mexiæ sententiæ: è contra vero admittenda sit opinio Ioannis de Olano, vbi res venditur certo pretio à principio constituto, & adiecta pactione, vt redditus annuus redimibilis respectu eiusdẽ pretij persoluatur.

Ipsè vero in hac eximia controuersia, vt interponam iudicium meum, & proferam libere, quod sentio, verissimam esse arbitror sententiam Ludouici Mexiæ ratione lóge diuersa. Etenim vt in memoriam reuocem, quod animaduertentem lib. 1. huius tractatus. c. 10. hic cõtractus census nõ est, ac proinde disposita in censu nequeunt illi accõmodari. Quoniam vbi nomen, nec substantia quadrat, nec quadrat dispositio, l. 4. §. toties ff. de damno infecto. Quod vero census non sit, sic ostendo. Ad rationem census requiritur, quod ex vna parte mers inrerueniat, & ex altera pretium, quia emptio, & venditio est. l. 1. ff. de contrahen. empt. sed in hac forma contractus non interuenit ex vna parte mers, & ex alia pretium: ergo cõuincitur non esse censum. Vtiq; discursus iste legitimus est, assumptum superest probandum. Cuius veritas ex eo distinguitur, quod pretiũ necessario debet in numerata pecunia cõsistere. l. 1. de contrahen. empt. l. 1. ff. de rerum permutatio. l. pacta conuenta. ff. de contrahend. empt. l. empti fides. C. eod. tit. l. emptio nem. C. de rerũ permutatio. l. naturalis §. & siquidem. ff. de præscrip. verbis. §. pretiũ, & §. Itẽ pretiũ insti. de empt. &

N vendi-

Liber Secundus

venditio. & in hac sp^{ie} cie non interuenit, quia res ipsa immobilis loco pretij est, ex eaque tanquam ex pretio producit, & creatur ius illud percipiendi redditum, & pensionem annuam.

Neque obstat, quod ea forma conventionis videatur prius contrahi emptio, & venditio quædam immobilis rei ipsius certo, & definito pretio: & ex pretio illo census constituatur. Quoniã re vera non duplex, sed vnica, & simplex contractus conficitur, & pretium illud nihil aliud est, quam ipsamet res, quæ datur in censum, neq; aliqua fit numeratio pretij. Quare semper verissimum esse duxi Extrauagantem constitutionem Pij Quinti de forma creandi cæsus comprehendisse eum contractum, si tanquam census iudicandus esset, vt etiam voluit nouissime Nauar. consil. 5. sub titulo de censibus. Neque etiam negotium facit huic nostræ sententiæ, quod res illa immobilis detur æstimata certo pretio: ideoque emptio, & venditio, ac proinde cæsus iudicari debeat. Quoniam illa conuentio partium æstimantium rem tali pretio non efficit, neque operatur, quod pretium sit in pecunia numerata, ac propterea non potest inducere veram rationem emptionis, & venditionis. Ex quo libro 1. capite 4. resolui ex specie æstimata certa quantitate, non posse censum creari. Tum, quia non solum ex Motu Proprio Pij Quinti, aut Extrauaganti. constitutio. Martini, & Calixti Tertij, verum etiam ex natura rei ad validitatem, & substantiam censitici contractus, necessaria est vera pretij numeratio facta contemporanea ipsius formationi contractus, vt alias copiosius resolutum est: quod cū in hac forma conuentionis non interueniat, nequit census iudicari.

37 Ex quo primum obseruo eam formam conuentionis iudicandam esse emptionem, & venditionem cum pacto legis curabit. C. de actionibus empti & venditi, quod post Ioannem Martiengo in. l. 7. titulo 11. libro 5. nouæ

Compilationis, glo^{ff} 1. numer. 25. & sequentibus, & Couarru. lib. 3. variar. cap. 11. numer. 5. latius explicui supra libro 1. capit. 10. cum disputarem, an commissi pactio locum habeat in hoc contractu, de quo nunc verba facimus. Ideoque eisdem regulis metiri debet, quibus emptio, & venditio continetur. Cum vero constituo eam conuentionem esse emptionem, & venditionem, non intelligo esse emptionem, & venditionem iuris alicuius percipiendi annuam pensionem, sed emptionem, & venditionem fundi ipsius adiecto pacto legis curabit. C. de actionibus empti, & venditi: vt quoad fundi retineatur pretium, veditori vsuræ quotannis pendatur: vnde non placet opinio Ignatij Lassarte, in tractatu de decima emptio. & vendit. & permuta. cap. 10. numer. 53. qui existimat hanc formam conuentionis esse pactum nudum traditionis coherentia vestitutum ex. l. vltim. C. de rerum permuta. Namque Cassanæ Soci. Ludouici. Gome. Palaci. Rubios, Mexia, Olano, Gutierrez, & alij producti superius, pro certo habent in ea forma conuentionis veram subesse, & contrahi emptionem, & venditionem, & idem voluit Auendañus responso 29. resoluens ex eo contractu deberi gabellam, quod verius puto, & ita vulgo creditum est, facit tex. in. l. commissoria. C. de pactis inter emptor. & vendit. neque obest tex. in. l. vltim. de rerum permuta. quoniam contra Bald. & Salycetum ibi existimo in specie illius tex. oriri actionem præscrip. verb. quia pactum fuit adiectum donationi, quæ fuit illo tempore contractus innominatus, vt dixerunt communem Oroscius, Hyppolitus Riminaldus, & Berengarius, quorum memini, lib. 1. horum commentario. cap. 2. ante numer. 10. & ideo non potest generaliter notari ex eo tex. appposito pacto de dando aliquo menstruo, vel annuo resultare contractum innominatum, vnde in specie ista non præscriptis verbis, sed bonæ fidei

fidei actio dabitur in id, quod in pacto deductum, est iuxta doctrinam Vlpian. in l. iuris gentium §. quinimo ff. de pactis.

38 Secundo loco infero vsuras pretij non soluti in hac specie non esse soluendas ad rationem vnus pro quatuordecim, nec legem Regiam definientem pretium census redimibilis comprehendere hanc speciem. Ideoque persolui aliquando maiori, aliquando minori pretio posse. Quod vt persuadeam, libuit reuocare in memoriam laborasse interpretes nostros de inuenienda ratione decidendi ad text. in d. l. curabit C. de actioni. empti, & venditi. Illaque apparet esse verior, quod vsuræ, quas emptor hoc casu percipit, non sunt veræ vsuræ, sed rei propriæ persecutio, quæ deducitur ab æquitate iustitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate consistit, vt scribit Aristot. libro. 5. Ethycorum capi. 5. & cuius laus in eo consistit, vt quatenus vnus ex contrahentibus implet, debet alter vicissim implere, aut implenti solvere lucrum implementi recepti: ne sequatur inæqualitas inter commutantes proprias res. Nã si emptor fructus percipit rei emptæ nondum soluto pretio, iustitiæ coniunctum, & consentaneum est, vt pretij vsuras vsque ad quantitatem fructuum soluat venditori: qui eam rem tradidit libere, cum eandem tradere pretio non soluto minime teneatur. Quam rationem post Carolum Molinæum considerat Couarruias, libr. 3. variarum capite quarto numero primo, Ludouicus Mexia in l. quinta titulo tertio libro septimo ordinamenti secundo fundamento secundæ partis numer. 25. Ideoque vsuræ in specie textus in dict. l. curabit, C. de actioni. empti, & venditi non penduntur respectu pretij conuenti, nec illi respondent, aut proportionantur: sed præstantur respectu fructuum, illorumque quantitati commensurantur, vt constat ex illis verbis eiusdem text. quas, & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor, licet nulla

mora intercesserit generari. declarant Paulus in l. iulianus §. ex vendito ff. de actio. emp. Alexandr. post. Paul. & Imolam conf. 69. columna prima vol. 1. Socin. consi. 174. ad fin. col. 4. volu. 2. & consi. 130. col. 3. volum. 4. & Corne. consil. 145. col. 2. lib. 2. Marc. Anto. Natta consi. 384. num. 11. & sequentibus li. 2. Anto. Gabriellib. 3. communi opinio. tit. de emptio. & vendi. consil. 3. & 4. Ioseph. Ludo. decis. Perusi. 53. doctissimus Petrus Barbosa, & meritissimus consiliarius in supremo Senatu Lusitano in l. de diuisione 5. a nu. 14. ff. soluto matrimonio, vbi eleganter, docte, curiose, & erudite profequitur materiam text. in d. l. curabit. nu. 2. ex quo apparet vsuras pretij non soluti non posse excedere valorem & quantitatem fructuum, alias vitium iniustitiæ in ipso contractu committeretur, nec valent exigi a venditore, vbi emptor nullus fructus colligit, nec colligere potuit, quemadmodum censuit Saly. in l. 2. C. de vsuris, Maria. Socinus consi. 109. colum. 2. lib. 1. Paul. in l. Iulianus §. ex vendito ff. de actioni. empti. & venditi, Cynus, Salice, Paulus, Alexand. Claudi. & Corn. in locis, quæ refert, & sequitur Couarru. dict. cap. 4. num. 3. improbens accurate contrariam sententiam Baldi in dicta l. 2. C. de vsuris, Cagno. in d. l. curabit num. 26.

Si ergo vsurarum quantitas debet respondere fructibus, non pretio conuen- to, plane consequitur in ea specie, in qua versatur, pensiones annuas non esse æstimandas habito respectu ad pretiũ, sed ad fructuum quantitatem, ita vt nec excedant, nec excedantur: ac per consequens non posse definiiri certũ pretium earũ pensionũ. Fructus enim varij sunt, incerti, & nũc maiores, nunc minores. Qua propter cũ pensiones annuę succedant loco fructuum: nec valeant excedere fructus, illarũ quantitas non potest esse alia, quã fructuũ, nec certo alio pretio circũscribi, & terminari. Et licet Couarru. lib. 3. variarum ca. 4. numero sexto scripserit iniri posse pactionẽ de sol-

N 2 vende

uenda certa quae excedat
 fructuum aestimationem, & eorum in-
 teresse, modo fiat in vim annui redditus
 redimibilis, & cum pacto redimendi in
 eum modum, quod emptor constituat
 se soluturum venditori certam annua
 quantitatem, dum pretium solutum non
 fuerit iure, & titulo annui redditus ven-
 diti super ipsa re empti ad rationem v-
 nius pro quatuordecim vsque ad pre-
 tij conuenti numerum, dicens esse no-
 tandum, & sequatur Ludouicus Mexia
 in dict. l. 5. titulo tertio libro 7. ordina-
 secundae partis secundo fundamento
 numero 28. Ioannes Gutierrez dict. q.
 171. numero quarto. Tamen ipse real-
 tius perperis iniquam esse mihi persua-
 deo. Nam ex eo licet venditori vsuras
 pretij non soluti accipere, quia lex iusti-
 tiae commutatiuae dicitur, iubet, praecipit,
 vt qui vitur, & fruitur re alterius, com-
 modum perceptum rependat, & reco-
 penset aequaliter, ita vt sit proportio,
 & mensura inter commodam, & reco-
 pensationem, nec sit maius commodum,
 nec maior recompensatio: sed vbi fit pa-
 ctio de soluenda certa quantitate an-
 nua ad pretij conuenti numerum, non
 seruetur illa proportio, & aequalitas,
 quia contingit saepenumero pretium es-
 se maius quam commodam ex re ven-
 dita collectum, & aliquando minus: er-
 go talis pactio, vt pote violans leges iu-
 stitiae commutatiuae, ex qua pendet iu-
 stitia huius conuentionis, iniqua, & rei-
 cienda est: vtque valeat oportet, vt qua-
 titas definiatur respectu commodi, &
 utilitatis, non vero respectu pretij. Et
 hinc Bartholomaeus Cassanæus in con-
 suetudini. Burgundiae Rubric. 11. §. 4.
 gloss. Parmy. rem dant. literis consigna-
 tum reliquit legem Gallicam statuentem
 pretium census redimibilis ad rationem
 vnius pro quindecim non procedere,
 quando emptio redditus annui proue-
 nit ex hereditario vendito, aut penes
 constituentem redditum annum di-
 misso, pro quo constituitur redditus
 annuus: quia hoc casu habetur pro inte-

resse perceptioni fructuum rei meae,
 quos percipit, qui debet redditum an-
 nuum secundum legem carabit, C. de
 actioni. empti Additque in arrestis Pe-
 recostes in anno Domini 1532. fuisse
 dictum ad utilitatem eiusdem Caroli
 Turpin. filij Catherinae Boseual, quod
 redditus annuus constitutus ad rationem
 decem pro centum pro trecentum 25.
 libris Turonensibus, quas ipsa Catheri-
 na habuerat in diuisione bonorum pa-
 ternorum pro certa portione suorum
 hereditagiorum paternorum, quae re-
 manserant penes fratres, non reduceretur
 ad quindecim pro vno: imo quod
 ex quo erat talis redditus annuus con-
 stitutus pro interesse suo ratione per-
 ceptionis fructuum suorum heredita-
 giorum, quos percipiebant fratres, quod
 solueretur in totum ad rationem de-
 cem pro centum, argumento dict. legis
 curabit, & legis fructus C. de actio. em-
 pti. & l. secund. C. de vsuris & l. Iulia-
 nus §. ex vendito ff. de actio. empti. &
 gloss. & Doctor. in capite conquestus
 de vsuris. Denique scribit non esse fa-
 ciendam differentiam, an in contractu,
 in quo datur, aut dimittitur heredita-
 gium, fiat primo aestimatio illius ad pre-
 tium, & pro pretio constituatur reddi-
 tus, puta talis pro sua parte talium here-
 ditagiorum habebit trecentum, pro qui-
 bus in caso defectus solutionis tali tem-
 pore constituit, aut assignat, seu promit-
 tit assignare tot redditus redimibiles
 pro dicto pretio, aut vero assignat, aut
 promittit assignare pro tali heredita-
 gio, aut sua parte talium bonorum tot
 redditus annuos redimibiles pro talis
 ma, quae veniat, aut ascendat ad decem
 pro centum, prout quidam voluerunt
 facere talem differentiam, quoniam in
 his est consideranda origo, & causa ob-
 ligationis potius, quam titulus actio-
 nis l. si filius familias prima C. ad Mace-
 donia l. tutor ff. de fideiuss. quo in loco
 Bartholo. Cassanæ. nostram aperte
 me complectitur sententiam.

Tertio infero, quod si in hac forma

conventionis interuenerit aliqua læsio, & deceptio, non aliter reparari, & resciri debet, quam si fuerit ultra dimidiã iusti pretij, siue læsio contigerit respectu pretij, siue respectu ipsarum pensionum: eaque si attendamus ius commune intra triginta annos, ex his que resoluunt Pinelus in l. 2. C. de rescinden. venditio. 2. par. cap. 1. num. 26. & ibi Dominus Antonius de Padilla nu. 46. Ioãnes Matienço in l. 1. titul. 11. lib. 5. noue Compilatio. gloss. 10. & iure Regio intra quadriennium, ex d. l. 1. titul. 11. lib. 5. noue Compilati. intendi, & peti debet. Ideoque licet dixerim moderatiori, & reductioni census cõstituti minus iusto pretio non obstare cuiuscunque temporis præscriptionem: tamen actio, quæ hac in specie competere potest ad rescindendam læsionem consistentem, tam in pretio, quam in pensionibus, tempore excludetur. Quoniam ut probaue-

ram superius; hic contractus census redimibilis non est, ac propterea disposita in censu ad illum non sunt porrigenda. Manet ergo in dispositione iuris cõmunis, quo certum, & exploratum est, remedia rescissoria certis curriculum, ac temporum spatijs esse circumscripta.

40 Quod si læsio fuerit enormissima, nedũ iure cõmuni, sed etiam iure nostro Regio intra triginta annos peti poterit, ex his, quæ resoluit Greg. Lopez licet dubitans in l. 10. titul. 19. *de la restitucion de los menores*, partit. 6. glossa, *treynca años*, ad finem Matienço in l. 1. glos. 8. num. 49. titul. 11. lib. 5. noue Compilat.

41 Quarto infero, quod quemadmodũ remedium. l. 2. C. de rescinden. venditio. cum alijs debet proponi alternatiue, ut est commune Doctorũ placitum, teste Pinelo in d. l. 2. 3. p. c. 3. num. 12. Ioanne Garsia in tract. de expensis, & meliorat. cap. 18. nu. 40. & sententia in eo proferri queque alternatiue, vti sit conformis libello. l. si vt fundus. ff. cõmuni diuidundo, cap. lice: Hely de simonia, cap. cum super, de causa possessionis, & proprietatis. Ita quoq; remediũ competens ad

rescindendam rem suam contingentem ultra dimidiã, in hac forma conuentionis debet intendi, & cõcipi alternatiue, quia idẽ remedium est. Ergo si emptor agat, debet dicere se fuisse læsum in pretio ultra dimidiã, & petere, vt rescindatur contractus, ita vt venditor cogatur rem accipere, & restituere sibi eã quantitatem pensionum, quæ excessere fructus: & e conuerso venditor cõtendens se læsum petet rem sibi restitui, aut suppleri iustum pretiũ, & pẽsiones, si ultra dimidiã sunt fructibus inferiores, reduci, & moderari vsq; ad concurrentẽ fructuum quantitatem. Ideoq; nec vẽditor, nec emptor agere poterunt, vt manente contractu fiat sola pensionum moderatio. Quoniam rei electio est. Iudex quoque debet ita rescindere cõtractũ, vt deprehensa læsione ultra dimidiã iubeat, vt venditor rem accipiat, vt computatis fructibus cum annuis pensionibus excessum restituat, aut patiatur pẽsiones non iuxta verum valorem, sed fructuum concurrentiam in futurũ persolui: & quod emptor restituat rem, & quanto minus persoluit respectu fructuum, aut soluat deinceps singulis annis pensiones respondentes fructibus.

42 Quinto infero in hac specie non habere locum. l. 4. titul. 15. lib. 5. noue Compilatio. vt conueniri possit de soluenda pensione, non in pecunia, sed in frumento, vino, oleo, & alijs id genus, quidquid distinguat Gutierrez d. li. 2. q. 170.

43 Præterea placet inuestigare, vtrũ postquam cõsus redimibilis iuxta formã d. l. Regiæ ad rationẽ 14. pro milliaro cõstitutus & creatus est, possit emi promi nori pretio, absq; vllouitio, & obligatione restituẽdi: & D. Frãcis. Sarmiet. li. 7. selecta. interpret. c. 1. n. 40. scribit, quod quãdo census semel est contractus legitime, iamq; materia legitime formata, census ipse nõ distat ab alijs rebus, quæ in emptionẽ cadere possunt. Ideo iure communi emptionis cõsenti debent, vt si læsio sit ultra dimidiã iusti pretij, rescindi debeat contractus, non tamen

Liber Secundus

iustum vel iniustum pretium, ex l. Regia, eiusque taxatione estimandum est, sed ex loci, & temporis varietate, & quod emptores communiter hoc pretio reperiuntur, sicut & rerum aliarum pretium varietatem recipit. Sentit ergo Dominus Franciscus Sarmiento censuram iam formatam minori pretio vendi posse, quam ad rationem unius pro quatuordecim, nec in foro exteriori venditionem improbandam esse, nisi læsio ultra dimidiam obtigerit iusti pretij. Id etiam voluere Ioan. Martinez de Olano in Concordia, & noua reductione antinomiarum iuris communis, & Regij, litera A num. 113. 114. 115. 116. Petrus Salazar in tract. de usu, & consuetudine, cap. 11. num. 93. Nauar. de usuris num. 112. Nouissimus Antonius Gomez in tract. de censib. cap. 3. num. 12. impresso post explicationem Bullæ Cruciatæ. Pro quorum sententia expendi possunt argumenta plura, & in primis facit, quod de redditu constituendo, & iam constituto non sit idem iudicium, imo inter vtrumque multiplex differentia.

Primo, quia venditio redditus iam constituti spectat ad contractus commutatiores rerum, sicut venditio fundi: venditio vero redditus constituendi spectat ad inter usuraria pecuniarum, & contractus usurarios. Ac proinde sicut venditio fundi non potest rescindi, nisi læsio sit ultra dimidiam l. 2. C. de rescind. venditio. cap. cum dilecti, cap. cum causam de emptio. & vend. l. 56. tit. 5. parti. 5. l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Compilat. ita nec venditio redditus iam constituti poterit rescindi, nisi interfuerit læsio excedens dimidiam iusti pretij.

Secundo, quia vendens nomen redditus, sibi à tertio debiti non continuo, nec magis cæserur facere ob egestatē, quam vendens fundum. Vt enim fundus, ita nomen redditus potest vendi, vel quia vendens migraturus est, vel quia non expedit ei frui illo fundo, vel redditu, vel quia vicinus, aut debitor est rixosus, vel

infinite de causis alijs, quam redimendi usus aris alieni: venditio autem redditus noui semper sit causa redimendi aris alieni: ergo.

Tertio constituens de nouo huiusmodi redditum super se, non minus dicitur usum sortis conducere pro pensione redditus conuenti, donec sortē reddat, ita ut quandiu volet eadem mercede conductum habeat. Ideo spectat ad negotiationem fœneratoriam, quod non potest dici, nec verificari de vendente nomen redditus sibi debiti: quia non potest dici conducere pretium, cum illud perpetuo adquirat, nec intendit unquam reddere, nec ad aliquid successuum, vel contemplatione pretij recepti obligatur, sed cedendo nomen debitum liberatur, nec tenetur in aliquo, nisi forte de euictione, sicut in venditione fundi. Quarto venditio redditus noui numquam potest fieri minori pretio, nec maiori vendentis onere, quantumcunque debitor pauper sit, vel fideiussores inuenire non possit, vel alias sit non soluendo, vel ex eo, quod debitor moretur in loco multum remoto: nomen autem redditus constituti minus tuto collocatum, vel alia clade affectum minoris potest vendi, prout ob id minus valet, quoniam actio si dubia sit, minori pretio cedi potest, glos. Bartol. Bald. Fab. & Saly. in l. per diuersas. C. mandati. Bald. Ange. & Paul. in l. 2. C. ne liceat potentiori, Anto. Gabriel. lib. 2. commun. opin. tit. de actioni. cons. 5. num. 36. & 37. Castillo in l. 68. Tauri, verbo, *si alguno*. Igitur venditio redditus antiqui, & noui ex diametro differunt. Ideoque diuersis regulis contineri debeat, & ex vno ad alterum non poterit inferri. l. Papinianus exuli. ff. de minori. nec lex, quæ de censu constituendo loquitur, ad constitutum erit extendenda. Rursus lex Regia redditus annui redimibilis pretium definiens ad rationem unius pro quatuordecim, solum loquitur de censu constituendo, & creando, non vero de constituto, & creato, ut constat ex illis verbis, *Que de. qui adelante no se*

se pueda con... vender, ni imponer juros, &c. Ideo casus questionis ex ea lege non poterit terminari, & velut omissus erit relinquendus dispositioni iuris communis. l. commodissime. ff. de lber. & posthum. l. præcipimus. C. de appellat. iure autem cõmuni nulla congruens, & efficax ratio excogitari potest, quæ conuincat census creatos non posse viliori pretio emi, quam sit à lege taxatum, igitur licebit minori pretio emere. Tertio redditus iam constitutus non distat ab alijs rebus, quæ possunt cadere in emptionem, & venditionem, sed in contractibus emptionum, & venditionum, & similibus permutationibus, non attenditur iustum pretiũ, nec constituitur ex natura rei, sed ex hominum æstimatione, tametsi insana sit, vt diligenter notat Conrad. de contract. quæst. 56. secunda suppositione, & Couar. lib. 3. variarum cap. 3. num. 4. nec attenditur in pretij æstimatione, quanti res ipsa empta fuerit, nec labor, quem in eius acquisitione vëditor fuit perpeffus, Petrus Follerius in Pragmatic. de censibus verb. pro consimili pretio num. 19. sed tantum habenda est ratio communis hominum æstimationis. l. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. Igitur pretium census creati, & constituti æstimandum erit ex communi opinione, & æstimatione hominum, & nõ ex. l. Regia.

Quarto in reddito iam creato cessant præsumptiones fraudis, & vsurarũ, quibus mouentur Doctores, & motus fuit conditor illius. l. Regiæ in eam constituendam. Igitur ea lex hanc speciem minime complectitur. Quoniã cessante ratione legis cessat lex cap. cum cessante de appellat. cap. non debet de consangu. & affinita. l. adigere. §. quanuis ff. de iure patronatus, plura cõgerit more suo Tiraquel. in tractat. de cessante causa litera. l. numer. 130. Quinto minoris effectus, & cõmodi est annua pëfio, quam tota pecunia redderet, & præsertim in mercatoribus, ergo iniustum,

& illicitum non est pensionem annuam emere viliori pretio, quam sit à principio constituta. Ex quibus, alijsque rationibus scribit Olano dict. litera A. num. 118. Regem nostrum Christianissimũ, eiusque Regium Senatũ hos contractus in nostra Republ. frequentissime tolerare. Contrarium vero scilicet eam venditionem iniustam esse, & inualidã, & in vtroq; foro defendit late Michael de Palacio in praxi Theologica libr. 4. cap. 7. pag. 318. & 319. & 320. ascribens eandem sententiam Albornoziõ libro 3. de arte contract. titul. 4. & Mercado in opusculo de censibus, & defenderat iam antea Carolus Molinæus in tracta. de contract. q. 62. prout refert Couar. lib. 3. resolutionum, capit. 10. numer. 3. Mercado de contract. cap. de censibus, folio 76. Cordoua in quæstionario Hispano, quæst. 79. & in hanc partem videtur declinare Ioannes Gutierrez dicto lib. 2. quæst. 173. sequitur Azeuedo in l. vltim. titul. 15. lib. 5. nouæ Compilat. glos. 1. quia addendus est Ludouicus Molina 2. tomo de iustit. & iure. disp. 393. colum. 9. 25. & 926. & pro hac parte in primis facit, quod emens in specie proposita scienter emit iniusto pretio à constituto in egestate, quæ excludit voluntarium simpliciter, teste Aristot. 3. Ethicor. Scot. in quarto sententiarũ dist. 15. quæst. 2. articul. 3. Bald. in. l. penultim. ad fin. C. quomodo, & quando iudex, & sic cessant iura positiua, quæ tolerant deceptionem intra dimidiã, quia non habent locum inscienter decipiente, cessatque vulgaris limitatio, textus in. l. 2. C. de rescin. venditio. per quam vulgo creditum est eam decisionẽ non habere locum in vendente minoris scienter, vt scribunt plurimi autores relati à Pinelo ibi, prima part. capit. secundo, numero decimo, quia hoc procedit quando cum scientia concurrat spontanea voluntas donandi, vel alia iusta causa remittendi: secus non concurrente spontanea voluntate, sed quadam coactione, vel egestate. Quia tunc ve-

Liber Secundus

rum est dicere, quod scienter, & mala fide supergreditur fratrem suum.

Secundo, quoniam illa differentia inter emptionem census constituti, & constituti de nouo verbalis magis quam realis videtur, & secundum veram rei substantiam, & effectum non differunt, prout sentit Conrad. de contract. q. 29. quia utrobique, & cæteris paribus eadē omnino res versatur, idē adest, & abest emptori, & venditori. Igitur sicut non licet emere huiusmodi redditum de nouo constituendū minori pretio: ita non licebit iam constitutum emere.

Tertio, quia si minori pretio posset comparari redditus iam constitutus, fraudibus plurimis pateret aditus. Quippe contingit sepe numero habentes redditus indigere prompta, parataque pecunia: tuncque scelerator lucris auidus, & cupiens metas à lege præfixas transfilire, recusaret emere nouum redditum, maletque veterem minori pretio comparere. Ergo arcendæ fraudis causa debet admitti extensio prohibitionis. Quarto facit pro hac parte tex. in dict. l. 6. titulo 15. de los contratos de censo, lib. 5. nouæ Compila. vbi Philippus II. Rex dominus noster census creatos minori pretio, quam ad rationē vnus pro quatuordecim ante legem illam iubet reduci ad eam rationem, & quantitatem. Igitur census constituti non poterunt emi minori pretio. Quinto, ex Proprio Motu Pij Quinti de forma creandi census, vbi ita expressum est, in hac tamē opinionum varietate, ita videtur posse distingui, quod si redditus sit liquidus, & tuto collocatus, non possit emi pretio minori, quam sit à lege præfinitum, nedum in animæ iudicio, sed nec in foro exteriori: vrgent enim pro hac parte argumenta posterioris opinionis. Si vero census sit litigiosus, & incertus, vel debitor, aut res hypothecæ subiectæ minus soluendo sint, aut difficilis conuentionis, valeat comparari minus legitimo pretio. Quia tunc tanto minoris est pretij iuxta notata in l. precia rerum. ff. ad

legem Falcidiam. Eadem ratione placuit interpretibus nostris, vt actio debiti securi, & liquidum minori pretio, nequeat cedi, valeat autem, si debitum incertum, & litibus inuolutum est, quem admodum obseruarunt. glos. Bart. Baldus, & reliqui, in l. per diuersas. C. mandati. Bald. Angel. & Paul. in l. 2. C. ne liceat potentiori. Antoni. Gabriel, lib. 2. commun. opinio. tit. de actio. conf. 5. Quod si vendens redditum iam constitutum obligetur de euictione, vt frequentissime fit, recte sentiunt, qui putant redditum etiam incertum non liquidum, & litigiosum, non posse comparari minori pretio, id tamen sic est accipiendum, vbi venditor promittit non solum euictionem iuris, sed facti, scilicet debitorem fore soluendo: quia tunc idem est, ac si soluendo esset, vel ac si venditor ipse se ad continuationem redditus obligaret.

44. Admitterem tamen domini Francisci Sarmiento, & aliorum opinionem in ea specie, quando redditus maiori pretio, quam ad rationem vnus pro quatuordecim constitutus esset. Nam census creatum ad rationem vnus pro viginti minori pretio, quam fuerit impositus, comparare quis poterit. Quoniam tunc legis pretium non exceditur.

45. Tertio loco inquiri potest, an consuetudine minui possit pretium in censu redimibili præfinitum à lege Regia, & occasionem dubitandi præstat dicta l. 6. tit. 15. de los contratos de censo, lib. 5. nouæ Compila. in illis verbis: *No embargante que sean antiguos, y de mucho tiempo impuestos, ni que sean hechos en parte ni Prouincia, donde se diga y alegue, que ha sido costumbre venderse a menor precio.* Quibus verbis Regia Pragmatica contrariæ consuetudini derogasse videtur. At vbi lex consuetudinem improbat non modo præteritam, sed etiam futuram damnasse videtur, vt docent glos. Imol. & Gemin. in cap. 1. de constitutioni. lib. 6. & ibi Hispan. Gomezius num. 230. glos. in cap. 1.

in fine de clericis non residen. eodem lib. glos. penult. in Clement. 2. de rebus Ecclesiarum: plures recensent Tiraquel. de retractu lignagier. in præfatione, num. 18. Auendañus respons. 16. num. 2. versicul. pro contraria parte, Auilesius in capitulis prætorum, cap. 18. verbo *costumbre*, num. 3. Didac. Perez in 13. q. proœmiali. Marc. Mantua. in cap. vlt. de consuetud. num. 71.

Nihilominus tamen Ioannes de Medina de censibus, cap. 2. aduersus legem Regiam censet inualescere posse consuetudinem, illaque minui posse diffinitum pretium in censu redimibili, nec omnino dissentit Michael de Palacio in praxi Theologica, lib. 4. c. 7. pag. 310. versiculo Ioannes à Metina, & veram mihi persuadeo sententiã esse, si subesse possit aliqua rationalis causa: Nã lex Regia præteritam solum improbat consuetudinem, nec expresse futuræ resistit. Ideo aduersus legem ipsam vim potest obtinere cõsuetudo, vt voluit glos. verbo consuetudine in Clem. statutum de electione, Petrus Cynus, Bald. & Salicet. in. l. dudum. C. de contrah. emptio. Bart. in. l. 1. versicul. Tertio quæro C. de summa Trinit. Bald. in. l. vltim. C. de pactis pigno. & in cap. 1. colum. vltim. de his, qui feudum dare possunt, plures relati à Tiraquelo in dicta præfatione, num. 17. & à Couarru. lib. 3. variarum cap. 13. num. 4. Anton. Gomez in. l. 50. Tauri, num. 26. ad finem, tum quia aduersus legem expresse resistantem futuræ consuetudini ex noua causa rationali, valet iudici consuetudo, vt notat glos. in dict. Clement. statutum verbo cõsuetudine de electione, quam appellat singularem Palacios Rubios in repetitione capituli per vestras de donationi. inter virum & vxor. notabil. 5. num. 2. & sequuntur Couar. Auendañus, Auiles, & Didacus Perez vbi supra, Petrus Dueñas regul. 144. limit. 1. Burgos de Paz in. l. 1. Tauri, num. 464. & 480.

46 Denique se offert inuestigandum, an clericos, & Ecclesias lex Regia præfa-

cta complectatur? cuius difficultatis explicatio pendet ex illa quæstione celebri. Vtrũ leges ciuiles, & seculares clericos, & Ecclesias comprehendant? In qua videtur Bart. in. l. cunctos populos num. 29. C. de summa Trinit. & fide Catholic. asseruisse leges, vel statuta secularia simpliciter facta contra ea, quæ cõpetunt Ecclesijs, vel clericis, non ex privilegio, sed vt cuilibet, ligare clericos, ac seruanda fore in Ecclesiasticis tribunalibus, ex rex. in cap. constitutus de integritate restitutione cap. cum causam de re iudi cap. cum venissent de eo qui mittitur in possessio. causa rei seruandæ sequuntur Lopus, allegatione 81. col. 1. Barba. in rub. de rebus Ecclesiarum fol. 13. colum. vltim & sequent. & consil. 14. lib. 2. & consil. 65. colum. 11. & sequent. vol. 4. Driedoni. de libertate Christiana, pagin. 153. Fortunias de vltim. fine vtriusque iuris illatione 14. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. in principio num. 20. Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. glossa 13. num. 4. & in tracta. de iure primogenitorum quæst. 43. num. 2. & quæst. 44. & licet Philippus Decius in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutionibus, num. 53. versic. 1. occurrit, affirmer Bartol. sententiam reprobari communiter, & ibi Felinus nu. 81. Marcus Mantua. num. 23. tamen omnes iuris professores in eam crebrius sententiam conueniunt, vt leges, & statuta secularia, generalia, & rationalia, nec contradicentia Canonibus, quæque commodum, & incommodum continent ex æquo, & reciproce, clericos, & Ecclesias complectantur, vt late Felin. Decius, & Mantua vbi proxime, Perez in proœmio titul. 2. de las vsuras lib. 8. ordinamenti, pagin. mihi 32. colum. 2. Matienço in. l. 7. titul. 11. lib. 5. nouæ Compilat. glos. 2. num. 15. & in. l. 1. titulo. 25. eodem lib. glos. 1. num. 2. Maranta disputat. 8. latissime Ludouic. Mexia in pragmat. taxæ panis conclus. 5. per totam.

Quare cum lex Regia definiens certum pretium in censu redimibili, gene-

Liber Secundus

ralis sit, rationique conuincta, & Reipublice uilis, ac valde necessaria, nec aduersetur institutis iuris Pontificij, & ex æquo se habeat ad commodum, & incommodum, plane ut clericos, & Ecclesias deuinciat necessum est.

Hinc sanctionem Pragmaticam de frumenti pretio, in l. 1. 3. & 4. titul. 25. lib. 5. nouæ Compilat. ad personas Ecclesiasticas, & ipsas Ecclesias vim suam porrigere scribit Matienço in dict. l. 1. glos. 1. Mexia dict. conclus. 5. Mercado de contracti. opuscul. 1. cap. 6. ad finem, & leges Regias ius retractus tribuentes consanguineis ad clericos, & Ecclesias se extendere tradidere Castillo glossa magna, col. 5. Palacios Rubios num. 15. & 16. Cifuentes quaest. 51. Antoni. Gomez num. 7. in l. 70. Tauri, Matienço in dict. l. 7. glos. 2. num. 14. Mexia dict. conclus. 5. numer. 14. Accedit quoque non inelegans ratio, quod non excedere à lege præfinitum pretium, nõ solum est iuris humani, sed etiam diuini, & naturalis præcipientis rem, nec emi, nec vendi minori iusto pretio: lex autem diuina, & naturalis, quæ vniuersalis est, omnes ligat clericos, non clericos, Reges, Imperatores, omnemque mundi creaturam. Igitur clerici, & Ecclesiæ tenebuntur in suis contractibus censualibus seruare iustum pretium determinatum à lege Regia. Ideoque Regias Pragmaticas de censu redimibili loquentes clericos, & Ecclesias ligare, scribit optime Didacus Perez in dict. proæmio, titulo 2. lib. 8. ordinamenti veteris, pagin. 32. column. 2. & pag. 33. colum. 1. & 2.

EPITOME Capit. II.

QUAE personæ prohibentur contrahere, & censum celebrare prohibentur. Minoris ætatis plura tempora, tam à Philosophis, & Medi-

cis, quam à Iuris Consultis constituuntur.

- 3 In infantem, aut infantie proximū, nec civilis, nec naturalis obligatio cadit: & ideo non potest se ad censum obligare.
- 4 Tutor si absque iudicis licentia contrahat ex voto consanguineorum, nihil potest illi imputari.
- 5 Impubes proximus pubertati sine tutoris consensu, non potest ad censum obligari: illo autem autore recte poterit, sed si laesus fuerit, restituipoterit.
- 6 Minor non tenetur probare in contractu censuali pecuniã versam fuisse in eius utilitatem, quoniam id incumbit creditori.
- 7 Pubes minor viginti quinque annis si curatorem habeat, sine illo censuale contractum nõ potest celebrare, quod si curatore careat, recte poterit.
- 8 Pupillus nulla bona potest obligare ad censum: tutor vero mobilia, quæ seruando seruari non possunt absque decreto recte poterit: non vero quæ seruando seruari possunt, aut immobilia.
- 9 Iure Hispano tutor alienare, & obligare potest omnia bona mobilia minoris absque decreto.
- 10 Pubes minor viginti quinque annis sine curatore obligare poterit bona mobilia, quæ seruando seruari non possunt, alia vero bona minime, nisi decretum iudicis interuenerit.
- 11 Resoluitur qualiter pubes minor viginti quinque annis habens curatorem sua valeat ad censum obligare.
- 12 Differitur an furiosus possit censum celebrare.
- 13 Quæ de furioso disposita sunt, habent locum in mente capto.
- 14 Substupidi, vel fatui alia ratio est, quam furiosi, & mente capti.
- 15 Resoluitur valere contractus gestos ab his, qui amoris vehemētia oppressi detinentur.
- 16 Actiones humane cõfectæ ab ebriore robore,

robore carent firmitatis.

- 17 *Explicatur, quis dicatur prodigus.*
 18 *Differitur, an prodigus ex contractu teneatur.*
 19 *Communiter existimatum est mulieri luauriosæ, & libidinosæ interdici posse bonorum administrationem.*
 20 *Mutus etiam à natura si habeat intellectum, recte contrahit, & sufficit habere qualemcunque intellectum.*
 21 *Tractatur late, an ex contractu censuali filius familias obligetur.*
 22 *Seruus, religiosus vè, non possunt se ad censum obligare.*
 23 *Mulier coniugata sine licentia mariti, non potest obligare se ad censum, eiusque propositionis vsque ad finem capitis referuntur variæ limitationes.*

C A P V T II.

Quæ personæ valeant ad censum obligari.

Recta docendi methodus exigere videtur, vt digniora præmittantur: & cum personarum, quarum causa iura constituta sunt, digniores, & præstantiores fiat, vt Hermogenianus scripsit in l. cū igitur. ff. de statu hominum, & Iustinia. Imperator in §. vltim. Institut. de iure naturali, facit text. in l. si quæramus. ff. de testam. & in l. in pecudum. ff. de vsuris, & in §. in pecudum Institut. de rerum diuisione, plane iusta procedendi ratio postulat, vt in hac de censibus disputatione, antequam ad alia dilabamur, à personis exordiamur, explicemusque ad censum quæ valeant personarum obligari. Igitur, quæ personarum contrahere non prohibentur, poterūt in censu obligari.

Omnis autem persona contrahere potest, nisi lege reperiatur prohibita. l.

sicut ab initio. C. de actioni. & obligat. & notat Antoni. Gomez. 2. tom. variarum, cap. 1. in principio. Ac proinde omnis persona liberam bonorum administrationem habens, nec à lege prohibita, poterit, & se, & sua ad censum obligare: verum quoniam teste Aristot. lib. 1. Phisic. & 1. Polyt. & Iustinia. Cæsare in §. his igitur generaliter cognitis Institut. de iustitia, & iure, ratio institutioni primæ accommodata, & conueniens naturæ videtur esse, vt ab vniuersalibus ad particularia fiat progressus, erit operæ pretiū sigillatim per censere aliquas personas, quibus interdictū sit censitum celebrare contractum. Et de minore primū inquiram, in quo cadit consideratio duplex: altera, an persona minoris obligari possit, altera an eius bona censi valeāt subijci, & supponi: & quod attinet ad personam minoris, res quoque indiget distinctione. Quoniam minoris ætatis plura tēpora constituuntur à Medicis, Philosophis, & Iuris Consultis, vt obseruat curiose Iacobus Menochius de arbitra. lib. 2. casu 57. in principio. Quidam enim sunt infantes, cuius ætatis meta septennio concluditur: infans enim dicitur minor septem annis. l. si infanti. C. de iure deliberandi, & docent gloss. Cardina. & cæteri in Clem. si furiosus de homicidio, Iacob. Cuiacius, lib. 6. obseruatio. cap. 3. & in l. 5. ff. de testamentis. Socinus in l. 1. §. 1. ff. de acquir. possessio. Matthæus Vbesembe. in §. pupillus instit. de inutili stipula. Iacobus Menoch. dict. casu 57. numer. 9. alij sunt infantiæ proximi, videlicet masculi vsque ad decennium cum dimidio, & fœminæ vsque ad nouenium cū dimidio, vt explicuit gloss. verbo infantiæ proximus in §. pupillus, Institut. de inutili stipulatio. & in l. pupillum. ff. de regul. iuris, vbi Bartol. Decius, & Cagnol. Angelus, Aretin. in dict. §. pupillus, & Nicolaus Bellonus in §. his quoque, num. 25. Institut. quibus modis recontrahitur obligatio. Alij dicuntur proximi pubertati mares, qui excessere decem annos

cum

Liber Secundus

cum dimidio, & foemina, quæ excesse-
re nouem annos cum dimidio, vt expli-
cuit glossa verbo promisit in. l. 1. ff. de
nouatio. & in. l. pupillum, & in. l. pupil-
lus. ff. de regul. iuris, & in dict. §. pupil-
lus Instit. de inutili. stipul. sequitur Bar-
tol. in d. l. 1. ff. de nouatio. num. 6. Socin.
in. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. pos-
sessio. Iass. in authentic. sacramenta pu-
berum, in princip. C. si aduersus vendi-
tio. dicit receptam Aretin. in dict. §. pu-
pillus, & ibi Claudius Caciuncula, Be-
nonus vbi supra num. 24. Corrafi. lib. 6.
Miscellaneo. cap. 23. Vigli. in. §. testes.
Instit. de testam. Iacobus Menochi. de
arbitrar. iudicam causis, lib. 2. casu 56.
num. 20. Caldas Pereira in. l. si curato-
rem habens. C. de in integrum restitui-
minor. verbo minoribus num. 7. estq;
apud nos optima lex Regia in. l. 6. titul.
5. part. 6. vbi Gregor. glos. 6. alias leges
Regias adducit. Alij puberes masculi,
post completum decimum quartum an-
num, foemina post duodecimam. l. vlti-
ma. C. quando tutor, vel curator esse de-
finat, tex. in principio inst. quibus mo-
dis tutela finitur. l. 1. titul. 5. part. 6. l. 12.
& vltim. titul. 16. par. 6. Ioannes Gutier-
rez in authentica sacramenta puberum
num. 1. C. si aduersus venditio Iacobus
Cuiac. in. l. 5. ff. de testam. Caldas Perei-
ra in dict. l. si curatorem habens in prin-
cipio num. 2. Costa lib. 2. select. cap. 10.
num. 1. Finitur vero ætas minor 25. an-
no perfecto. Quæ ætas vocatur status.
l. cum pater. §. curatoris. ff. de lega. 2. &
perfecta, plena & integrata ætas, vt ani-
maduersum est à Iacobo Cuiacio in. l.
1. ff. de minori. & lib. 6. obseruationum
cap. 3. in infantem ergo, vel infantia pro-
ximum clara res est, nec civilem, nec
naturalem obligationem cadere.

3 Quoniam ea ætas, quod videt igno-
rat. l. vlt. C. de falsa moneta, & infans, &
qui infantia proximus est, non multum à
furioso distant, quia huius ætatis pupil-
li nullum intellectum habent, vt inquit
text. in d. §. pupillus inst. de inutili. sti-
pulationibus. Quo circa indubitatum

est infantem, aut proximum infantia non
posse ad censum obligari, nec civiliter,
nec naturaliter. Nec quidem solus tutor
nomine infantis, vel proximi infantia,
posset censitum peragere contractum:
nã etsi eos possit adus perficere, in qui-
bus ad comodum consequitur obliga-
tio, vt adire hereditatem, vel agnosce-
re bonorum possessionem, non tamen
eos potest, ex quibus nullum comodum,
sed obligatio passiuæ resultat, vt colligi
potest ex his, quæ resoluunt autores in
l. bonorum, la. 2. C. qui admitti, & in. l.
potuit, & in. l. si infanti. C. de iure deli-
berandi, alijsque in locis: debet ergo tu-
tor tunc iudicem adire, & illi causas ad
obligationem conuenientes necessarias
proponere.

4 Quod si ex consanguineorum voto,
absque iudice peregerit, imputari sibi
non poterit, ex celebri sententia, gloss.
in. l. polla. C. de his, quibus vt indignis,
quam ibi mirummodum comendant
Bald. Salycet. & Paul. Iass. in d. l. bono-
rum. n. 4. Impubes autem proximus pu-
bertati sine autoritate tutoris, nequibus
ad censum efficaciter obligari. §. Pupil-
lus, Inst. de inutili. stipulatio. l. pupillus.
ff. de acquir. heredit. l. obligari. ff. de au-
torita. tutor. in princip. Inst. eod. tit. l. 4.
tit. 11. par. 5. poterit autem tutore auto-
re, si expediens sit, alias dabitur illi in in-
tegrum restitutio, & tutor gestus no-
mine tenebitur. l. vlt. & toto tit. C. si tu-
tor, vel curator interuenerit.

6 Nec tenebitur hoc casu minor proba-
re pecuniã non versam fuisse in utilitate
suã: quoniam id incumbit creditori, & absq;
vlla lesionis probatione restituetur. Nã
quemadmodum aduersus mutuum restitui-
tur minor absq; eo, quod probet se ex
illo lesam, vt Casareus iuris professores
animaduertunt in. l. 1. C. si aduersus cre-
ditorem. Pinel. in. l. 2. C. de rescin. vend. 2.
p. c. vlt. n. 67. & 3. p. c. 2. n. 30. Mauricius
de in integ. resti. c. 221. 222. 281. Rebus.
2. tom. ad costi. Gallicas, tract. de restit.
art. 1. glos. 3. n. 21. & post Mècha. Perèi.
in d. l. si curatorem habens, verbo sua faci-
litate

litate numero 30. ita quoque aduersus contractum censualem absque vlla lationis probatione restituendus erit. Quoniam odiosus contractus est, & sui natura detrimentum inferens & patrimonij diminutionem. In pubere autem minori 25. annis seruanda est distinctio text. celebris, in l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutione minorum, si enim curatorem habens contraxerit, sine illo contractus ipso iure nullus est, nisi illius obseruationi adiecerit iuramentum, authentica sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem l. 16. tit. 11. part. 3 l. 6. tit. 19. part. 6. si vero carens curatore ad censum se obligauerit, ipso iure valebit contractus, sed poterit aduersus illum restitutionis in integrum beneficium implorare: consonat text. in l. quarta tit. 11. part. 5. & hec quidem de persona minoris: nunc vero de obligatione bonorum tractandum est.

8 Et quidem pupillum sine tutore nec immobilia, nec mobilia quæcūque sint, 11 posse hypothecæ subijcere, perquam manifestū est. Tutor vero mobilia, quæ seruando seruari non possunt, ad impuberis vtilitatem poterit: mobilia vero, quæ seruando seruari possunt, & immobilia sine decreto non poterit, illo tamē adhibito recte poterit, l. lex, quæ tutores C. de administra. tuto. cuius argumento docet glos. in l. curator C. si res aliena pignori data sit, & in leg. tutor in prin. ff. de pignoratitia actione. Sequuntur Bald. & Salycet. in d. l. curator.

Quod præcedit iure civili attento: nam iure Hispano omnia bona mobilia indistincte alienare potest l. 8. tit. 13. part. 5. præter seruos antiquos l. 18. tit. 16. part. 6. & notat Villalob. in verbo tutor, sed Gregori. Lopez in d. l. 8. glossa. *de las cosas muebles*, relinquit cogitandum, & Olano in concordia, & noua reductione antinomiarum iuris communis & Regij litera. T. numero 39. scribit tutius facere tutorem, si cū auctoritate iudicis alienet, vel obliget.

10 Pubes autem minor 25. annis si cura

tore careat, obligare poterit bona mobilia, quæ seruando seruari nō possunt. Nec enim repugnat in bonis mobilibus censum constitui posse, quemadmodū ex constitutione Extrauaganti Nicolai Quinti animaduertentia libro primo, capite octauo immobilia vero, & mobilia, quæ seruando seruari possunt, minime poterit sine decreto iudicis, ex his, quæ notant Bald. numero 4. Salycet. 6. Paulus, & Alexand. 3. Iacobinus de Sancto Georgio. 2. in l. si curatorem habens C. de in integrum restitutione minorum, etiam si veniam ætatis obtinuerit a principe, vt probat text. & ibi glos. in l. eos C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt, quinimo si cum decreto hypothecæ subiecerit, in integrum restitutionis beneficio fruatur, vt docuit glossa in d. l. eos verbo similis, quam dicit communem Alberi. ibi, & plures relati ab Antonio Gomezio secundo tomo variarum capite 14. num. 13.

Si vero curatorem habeat, sine illo nihil agere poterit. eius tamen auctoritate mobilia, quæ seruando seruari non possunt, obligare valebit, immobilia vero, & immobilia, quæ seruando seruari possunt, non sine iudicis decreto d. l. si curatorem l. lex quæ tutores. C. de administra. tuto. l. 8. tit. 13. part. 5. l. 18. tit. 16. part. 6. sed iuramentum alienationi, vel obligationi sine decreto factæ adiectum illam confirmabit. d. authentica, Sacramenta puberum. In decreto autē sola vrgentis necessitatis causa continetur l. magis puto §. ne passim ff. de rebus eorum l. ob æs. C. de prædijs minorum: adeo vt nec maioris vtilitatis certitudine id possit fieri, ex his, quæ resoluntur Capicij decisione 113. & Patisi. consilio 98. 99. & 100. & in proposito notat Benedictus Bonius de censibus articul. 31. sed iure nostro Regio ob vtilitatem euidentem permittitur alienatio & obligatio l. 4. tit. 5. part. 5. & vbi Gregor. gloss. *pro dellos*.

Ex qua resolutione infero valere constitutionem census factam a tutore, vel cura

Libri secundus

Curatore, aut aduero non habenti curatorem sine iudicis decreto: dummodo in utilitatem, & commodum minoris cesserit, & immobilia, aut mobilia, que seruando seruari possunt, non subijciantur annui redditus præstationi. Tū, quia tutor, vel curator, si minor indigeat, pecuniam accipere possunt subvris leg. quid ergo §. consequitur ff. de contra. & utili actione tutelæ, facit text. in l. si pupillorum in fine ff. de rebus eorum: tum, quia sola personali obligatione census posse consistere seclusa Extrauaganti Pij Quinti defendi libro primo capite octauo.

Rursus infero, quando census a tutore, curatore, minoreve constitutus nullus fuerit, minorem liberum esse a reddenda sorte, nisi creditor probauerit in minoris fuisse utilitatem conuersam, & quinimo si in eius commodum celsisse probetur, redditus erunt imputandi in sortem principalem.

Tertio infero minorem, eiusque bona mobilia, & immobiliateneri pro redditibus annuis, si cōtractui adiecisset iuramentum, etiam si inconsulto prætore, & absque tutoris, vel curatoris auctoritate contraxisset. Quem cōtractum minoris inualidum confirmat iuramentū, dicta authentica sacramenta puberum, ubi deducit latissime Ioannes Gutierrez a numero nono. Furiosus quoque ex his personis est, quæ censualem prohibentur celebrare contractum. Quoniam is nullum potest gerere negotiū, quod ad sui validitatem consensum desideret, & exposcat. l. in negotijs ff. de regu. iuris l. 2. C. de contrahen. emptio. Ideoque furiosus ex nullo contractu tenetur. §. furiosus inst. de inutilibus stipulatio. nec testamentum facit §. præterea versi. Item furiosis institut. quibus non est permittum facere testam. l. furiosū C. qui testamen. facere possunt capite ultimo de successio. ab in testa. l. 13. titulo primo part. sexta neq; ex voto simplici, aut solenni obstringitur cap. Gósaldu 17. quæst. prima, cap. sicut tenor

de regula. nec matrimonium contrahit cap. dilectus de sponsali. & patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, neque si baptizetur, recipit characterem sacramenti, nisi ante furorem habuisset intentionem suscipiendi baptismi Sacramentum, capite maiores de baptismo. Neque occidendo fit irregularis, clementina si furiosus de homicidio: furiosi vero curator ad utilitatem illius recte contrahit. Si vero prædia census præstationi supponat, iudicis decretum exposcere tenebitur, vt rescripsit Imperator Gordianus in l. orationis 2. C. de curatore furiosi. Quod si furiosus habeat interualla dilucida, contractus censualis ab eo celebratus tempore dilucidi interballi robur & firmitatem obtinebit, quoniam eo tempore furiosus potest contrahere, testari, adire hæreditatem, & reliqua peragere, quæ homines sanæ mentis faciunt l. penult. C. de curatore furiosi l. furiosum C. qui testamenta facere possunt §. præterea, versiculo. Itē furiosi inst. quibus non est permitt. facere. testam. cap. vlt. de successio. ab in testa. cap. indicas hermannum. 3. quæst. 9. l. 13. titulo primo part. sexta, optime Roderic. Suarez allegatione 1. numer. 20. Cum autem dubitatur, an tempore furoris, vel interualli dilucidi actus fuerit confectus ex qualitate ipsius æstimandum erit, vt notat Misingerius Centuria secunda obseruatione 42. Viglius in d. §. præterea versiculo, Item furiosi numero sexto, & vide Iass. in l. patre furioso numero 5. & 6. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, Curc. Junior conf. 151. numero septimo, Baptista Villalob. inter communes opiniones versic. furiosus, Gregor. Lopez in l. 13. titulo primo part. 6. gloss. *Mientras fuesse de memoria riado*. Alciat. de præsumptio. regul. 2. præsumptio. 18.

Quæ vero de furioso dicta sunt, locū habent in mentecapto, quia illi cōparatur: lege si furiosi C. de nuptijs l. humanitatis C. de impube. & alijs substitutio. §. qua ratione instit. de pupillari. l. vltima.

tim §. 1. C. de curatore furios. & ibi Bal-
 dus, Raphaele vulgosi. consil. 80. Iasso-
 in. l. furiosum, colum. 2. C. qui testamē-
 ta, & in. l. patre furioso, num. 2. ff. de his
 qui sunt sui. Octavius de Simoncellis
 in tract. de decretis in præfatione, nu.
 73. & 74.

Et qualiter à furioso mentecaptus
 differat, scribit optime Caldas Pereira
 in. l. si curator em habens. C. de in inte-
 grum restit. mino. verbo, cum non ab
 similis num. 6. versicul. illud autem, cu-
 rioso, docte, & eleganter Aegidius Ra-
 mirez de Arellano Salmaticensis olim
 Iuris ciuilibus publicus professor, & maxi-
 mi Collegij D. Iacobo Zebedeo dicati,
 vulgo Conchensis alumnus antiquior,
 nunc meritissimus Senator Regius in
 Pinciana Chancelleria, in extemporali
 commentatione ad Iulium Paulum in
 l. 2. §. si à furioso. ff. pro emptore in pe-
 titione perpetuæ cathedræ. ff. noui nu-
 me. 21. vbi apposite, & copiose resoluit
 omnia, quæ in furiosis disposita sunt, in
 mēte captis nec im obtinere: crederem
 tamen eam resolutionem cessare in fa-
 tuo, vel substupido, qui vulgo *simple*,
 14 vel *bobo*, appellatur. Nā etsi is integrū
 intellectum, & iudicium non habeat,
 eum tamen habet, qui sufficiens est, vt
 valeant actus ab eo confecti. Ex quo fa-
 16 tui testamentum esse validum tradide-
 runt Faber, & Areti. in dict. §. præterea
 versic. Item furiosi, & ibi Doctissimus
 Vigli. num. 3. Paulus de Castro in l. si
 frater. C. qui testam. facere possunt, De
 cius consil. 112. Iasson. in dicta. l. furio-
 sum colum. 2. Cornel. consil. 9. volum.
 4. Gregor. Lopez in. l. 13. titul. 1. par. 6.
 glossa, *salido de memoria*. Nicola. Boe-
 rius decis. 23. num. 79.

15 Quinimo statuta in furioso porrigē-
 da esse ad eum, qui sæuo amore saucius
 est, contendit Octavius de Simoncellis
 in dict. præfatione num. 75. scribens in
 alienatione, & contractu eius requiri
 decretum, quemadmodum in contra-
 ctu furiosi, ex glos. quam appellat sin-
 gularem, in. §. vltim. Instit. de succe. su-

bla. Sed contradicit Emmanuel Suarez
 in additio. ad Antoni. Gomez. 2. tomo
 cap. 14. litera H. cuius sententiæ ipse li-
 benter acquiesco, nam etsi de vi, & po-
 tētia amoris multa scripserunt elegāti-
 sime Oratores, Historici, Poētæ, prout
 ex nostris referunt Tiraquel. de pœnis
 temperan. causa 4. Boerius dicta deci-
 sione 23. num. 75. & pluribus sequenti-
 bus, Menochi. de arbitrarijs calu 328.
 & quotidie in nobis experiamur mira-
 biles effectus eius: tamen amor, & ama-
 toribus grauem iniuriam censeo irro-
 gari ab ijs, qui amorem furorē, & ama-
 tores furiosos vocant. Etenim eloquē-
 tiæ, & sapientiæ autor amor est, & ama-
 tores impulsu amoris cōcitati plurima
 ingenio plena cōficiunt, ac de rebus dif-
 ficillimis deliberant, & recta consilia
 præbent. Quod si Imperator in. §. illud
 in authentico quibus mod. nat. efficiū-
 tur legitimi, nihil esse amoris furore ve-
 hementius dixit magis pietatis, & mise-
 rationis: ergo dixisse credendus est. Va-
 lere ergo debent omnes actus facti ab
 amatoribus, nisi tanta eius vis occupa-
 uerit animum, vt omnem mentem ab-
 stulerit, quia tunc non tãquam ab ama-
 tore, sed à vero furioso facti debent ca-
 rere firmitatis robore.

16 Ebrius quoque non tenēbitur ex cē-
 suali contractu à se celebrato, nec eius
 bona nexu pignoris. aut hypothecæ de-
 uincta manebunt. Quoniam etsi fre-
 quentiori calculo receptum fuerit, de-
 lictum ab ebrio perpetratum omnino
 non esse liberum à pœna, vt scripsere
 Andre. Tiraque. de pœnis temperan-
 dis causa 6. Menochi. de arbitra. lib. 2.
 casu 326. Iulius Clarus lib. 5. sententia
 §. vltim. quæst. 60. versic. Præterea quæ-
 ro, Plaça in Epitione delictorum capit.
 30 num. 2. Ideoque occidendo, vel mu-
 tilando effici irregularem tradiderint
 Cenceli. & Cardin. quæst. 8. Imo num.
 19. in Clem si furiosus de homicidio.
 Villadieg. de irregula. cap. de percusso-
 re colum. 11. Syluest. verbo homici. 31.
 quæst. 4. Simon Maiolus de irregulari-
 tat.

Liber Secundus

rat. lib. 3. cap. 48. num. 11. tamen etiam magis placuisse videtur, ut contractus, testamentum, vel quælibet alia dispositio facta per ebrium sit inutilis, ut asserunt Bald. & Felin. in cap. 1. de testi. eleganter Francisc. de Ripa, in l. ult. C. de reuocan. dona. num. 76. Barbac. in cap. 2. de testa. num. 15. Anto. Gomez in l. 3. Tauri num. 6. & 7. Gregorius Lopez in l. 13. tit. 1. partit. 6. adeo ut contractus gestus ab ebrio, non confirmetur iuramento: ut docuit glossa verb. ebrius in cap. vnusquisque. 22. quæst. 4. quia iuramentum non supplet defectum consensus, & matrimonium cõtractũ ab ebrio non valet, secundum Henric. in cap. dilectus de sponsali. & tradunt Soci. consil. 47. volum. 3. Decius consil. 112. quod verum est, quando ebrietas magna esset. Nam si modica sit, è contrario valent omnia facta per ebrium. Nunc autem videamus, an prodigius censualem possit cõtractum peragere, & quidem ille dicitur prodigius, qui nec finem, nec tempus habet expensarum, sed omnia bona dilacerando, & dissipando profudit. l. 1. ff. de curatore furiosi. l. 5. tit. 11. part. 5. & docent Iasson in l. is cui bonis num. 2. ff. de verbor. obligatio. Caldas Pereira in l. si curatorem habens. C. de in integrum restit. minor. verbo cum non absimilis, num. 4. & facit, quod de filio Prodigio scribitur Lucæ 15. capit. quod dilapidauit substantiam suam viuendo luxuriose. Ex quo à maioribus nostris frequentissime obseruatum est, cum agitur de interdica prodigo bonorum administratione, & ei dando curatore, testem deponentem debere rationem reddere, quod illum videt quotidie disperdere bona sua, & ultra substantiam, & citra necessitatem expendere: quod docuit Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. Angel. in authentic. ut determinatus sit numerus clericor. §. cum vero, Alexand. consil. 147. num. 16. volumin. 7. Iasson consil. 2. colum. 3. volum. 1. & consil. 85. volum. 2. quos refert, & sequitur Carolus Molinæus

in additionib. ad Decium in l. furiosi, litera B. ff. de regul. iuris. vbi idem Decius num. 3. Gregor. Lopez in dict. l. 5. tit. 11. part. 5. gloss. 2. Huic autem interdicitur bonorum administratio, & curator datur: quod originem habuit ex antiqua. l. 12. tabularum, ut scripsit Vipia. in l. 1. ff. de curatori furiosi, & Iustinia. in §. furiosi, Instit. de curator. & antiquas leges 12. tabularũ refert Pardulphus Prateius in iuris prudentia veteri ad leges 12. tabularum. l. 27. & 28. Idemque docet text. iure nostro Hispano in l. 13. tit. 16. par. 6. ergo si prodigus ante bonorum administrationem interdictam censualem contractum celebrauerit, contractus valebit: quoniam gesta à prodigo ante bonorum administrationem interdictam valent. l. is cui lege. ff. de testamētis, vbi Aretinus, Ferretus, Rogerius, & Cuiacius. l. Iulianus in principio. ff. de curatore furiosi. l. patri pro filio in fine principij, & l. 3. §. nec non. ff. de in rem verso, latissime Iuris Cæsarei professores in l. is cui bonis 6. ff. de verbor. obligatio. vbi ex nouioribus eleganter Ripa, Cuiacius, Donelus, Corraius extendentes ad prodigũ notorium, & manifestum dicta. l. 5. tit. 11. part. 5. quod si ex contractu lædatur, non dubium est, quin illi, sicut minori læso, concedenda sit in integrum restitutio, ex gloss. verbo interdicti. in l. patri pro filio. ff. de minor. Dyn. Bartol. Angel. Paul. & Cumanus in l. Marcellus, ff. de fideiussoribus, Alexan. & Iacobi. in l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutio. mino. vbi Pereira, verbo cum nõ absimilis, profiteretur esse cõmunem sententiam nu. 3. Ripa in d. l. is cui bonis, nu. 36. Anto. Gomez 2. tom. cap. 14. post num. 30. post interdictã vero administrationem bonorum, & datũ curatorem si prodigus, absque curatore censum celebrauerit, nec quidem ex eo contractu naturaliter tenebitur dict. l. is cui bonis, & dict. l. 5. tit. 11. part. 5. Etiam si adiecerit iuramentum, ex his, quæ congerit Pereira, vbi supra nu. 24.

Ioann

Ioann. Gutierrez de iuram. i. par. cap. 32. num. 6. valebit autem contractus, si à curatore in rem prodigi cōfectus fuerit, alias restitutionis beneficio rescindetur, quia censetur iure minoris dict. l. si curatorem habens, Gutierrez dict. cap. 32. num. 4.

Et quæ de prodigo dicta sunt, extendi ab interpretibus solent ad mulierem viuentem luxuriose, cui bonis interdicti posse respondit I. C. Paulus in l. & mulieri 15. ff. de curatore furiosi. Quare meretrici bonorum administratiōnem auferri posse, ac curatorem dari tradidere plures, quorum sententiam esse communem profitentur Pinel. in l. 4. C. de bonis maternis, num. 24. Baeça de deci ma tutori Hispanico iure præstanda, cap. 14. num. 2. sed eam receptã autorum traditionem non probari ex Pauli responso in dict. l. & mulieri. post Pinelum, & alios contendit Caldas Pereira dict. verbo cum non absimilis numer. 16. censet enim Paulum loqui de muliere non libidinosa, aut luxuriosa, sed de ea, quæ splendide, & prodigaliter viuit. Verbum namque luxuria passim vsurpari solet pro excessu, prodigalitate, omni que superfluitate, & nimia profusione sumptuosiore que cibi, ac vestitus, aliarum que rerum immoderato vsu. Cuius rei ex varijs autoribus plurima, & optima selegit testimonia, Caldas Pereira. Quæ interpretatio licet ad responsum Pauli defendi valeat probabiliter, tamen communem sententiam optimis rationibus consistere negari non potest. Illas autem referunt autores superius laudati, & Palacios Rubios in repetitione cap. per vestras de donatione inter vir. & vxor. 3. notab. §. 21. num. 23.

De muto vero, & surdo res est in difficili. Quoniam glos in l. si id quod. §. matus. ff. de donatio. scribit mutum, & surdum, à natura non posse donare inter viuos, & sequuntur ibi simpliciter Bart. Ludou. Roma. & Rapha. Cuma. Iass. in l. discretis na. 2. C. qui testamen-

ta facere possunt: sed nihilominus contrarium asseuerandum est. Quoniã magis est, vt contractus gestus à muto, & surdo à natura valeat: ideo matrimoniũ contrahere potest, cap. cū apud de spōsalib. l. mutus 76. ff. de iure dotium, dicit communem Præposi. in dict. cap. cū apud num. 5, & magis probant Alexan. nu. 10. Ripa. 1. Galiula. 59. in l. 1. ff. de verb. oblig. Caldas Pereira dict. verbo cum non absimilis nu. 59. & 65. Dominus Ferdinand. à Mendoça lib. 2. dispu. cap. 6. Hoc autem de eo muto, & surdo à natura est intelligendum, qui intellectum habet: nam si careat intellectu, inutilem esse actum ab eo factum certi, & indubitati iuris est. Quando autem dicatur habere intellectũ arbitrio iudicis relinquatur, vt scribit Paul. Parisi. cons. 73. vol. 4. asserens iudicẽ in hoc esse debere cautum, & circumspectum valde. Non tamen requiritur tam exactus, & perfectus consensus, & iudicium, quã in quolibet alio, qui mutus non est, unde sufficit qualẽ qualẽ intellectũ habere, vt notat Decius in l. humanitatis nu. 1. C. de impube, & alijs substitut. & in cap. pastoralis, num. 3. de iudi. & cons. 112. numer. 1. igitur mutus, & surdus à natura, si qualem qualem intellectũ habeat, censualem poterit contractum celebrare.

Sed quid statuendum erit de filio familias? & quidem si castrensẽ, vel quasi castrense peculium habeat, rectẽ poterit contrahere, quia tunc loco patris familias est, vsque ad quantitã castrensis, vel quasi castrensis peculij. l. 2. C. ad Macedoni. l. 2. & 3. C. de castrensi peculio, lib. 12. l. 1. §. nec castrense. ff. de collatione bonorum. l. vlti. C. de inofficioso testamento. Rolan. à Valle consil. 34. num. 8. volum. 3. Corrafi. lib. 2. Miscell. cap. 4. numer. 3. quod si castrense, vel quasi castrense peculium non habeat videtur esse citra omnem difficultatem, & controuersiam, quod non possit. Nã in bonis profectitijs cū pleno iure spectent ad patrem in principio instit. per

quas

Libër Secundus

quas personas nobis adquiritur. l. cum oportet. 6. C. de bonis, quæ liberis, non poterit censum imponere: quia in re aliena non cadit ius pignoris, neque hypothecæ. l. si rem alienam 9. l. aliena res 26. l. rem alienam 41. ff. de pignorat. actione. l. quæ prædium, & l. ultim. C. si aliena res pignori data sit: nec in adventitijs, quia cū in illis pater habeat vsum fructum. l. 1. C. de bonis, maternis. l. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. C. de bonis, quæ liberis dict. principio inst. per quas personas nobis adquiritur, in præiudicium paterni vsum fructus non poterit illa redditus annui præstationi subijcere. l. ultima. §. filius autem. C. de bonis, quæ liberis. Nihilominus tamen reperiri potest species, in qua filius familias in adventitijs rectè possit ius annui redditus imponere, scilicet cum in illis pater non habeat vsum fructum. Quod in multis causis contingit: authentica excipitur cum duabus sequentibus. C. de bonis quæ liberis, vbi glossa, & Doctores referunt alios casus, & ratio est, quia tunc filius familias liberam facultatem habet distrahendi ea bona, authentica, vt liceat matri, & auig in fine principij. l. ultim. §. filijs autem. C. de bonis, quæ liberis, & testatur esse commune placitum Doctorum Aymó Craueta consil. 84. numer. 9. & consilio 92. numer. 1. & 2. Iulius Clarus in §. donatio. quæst. 6. numer. 2. Couarru. in rubric. de testam. 3. par. numer. 9. Rubios consil. 25. num. 4. Cephal. consil. 55. numer. 14. volumine 1. Ascani. Clemens de patria potestat. effectu 10. numero 11. & 15.

Quinimo, etsi nulla bona habeat filius familias, videtur dicendū posse obligari ex contractu censuali: nam in sola persona seclusa Extrauaganti constitutione Pij Quinti de forma creandi census, posse consistere ius annui redditus superius defendi latissime. At filij familias persona ex quocunque contractu, excepto mutuo, tenetur efficaciter. l. tã ex contractibus. ff. de iudicijs. l. filius familias, *la segunda*. ff. de actio. & obli-

gatio. l. quoties. ff. de uxali. Antonius Gómez 2. tomo capit. 1. numer. 2. & Corrafi. lib. 4. Miscellane. cap. 3. num. 3. Borgninus Caualecanus decisione Fiuizanenk 31. numer. 11. verum altius re ipsa liberata existimoverius esse, vt etsi inruda, solaque persona possit censualis contractus sustineri, ex illo filius familias minime teneatur. Quoniam census est contractus odiosus, & suspicione plenus, magnamque cum mutuo similitudinem habens, in eoque locū obtinere videntur omnes rationes, quibus sancitum est, filium familias ex mutuo efficaciter non teneri, & licet in odiosis extensio non fiat, regula odia. de regul. iuris, lib. 6. tamen vbicunque odium est rationabile, prout in proposito, ex identitate rationis admititur, vt resoluit doctissimus Aymon Craueta de antiquitate temporum 4. par. in princip. num. 157. & 158. & 159. Quæ extensio mutui ad censum procedit quoque in iudicio animæ si crebriori Doctorum sententiæ standum est. Magis enim placuisse videtur, vt nec in foro conscientie filius familias ex mutuo teneatur, vt scripsere Innocen. Antoni. & Panormitanus in cap. quia plerique de immunitate Ecclesiarum, & sequuntur lasso in §. actiones, nu. 34. inst. de actio. Adria. quotlib. 6. versu. primo infertur, Anto. Gomez. 2. tomo cap. 6. nu. 3. & in l. 3. Tauri num. 124. Ioannes Gutierrez in authentica sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem num. 83. Gregorius Lopez in l. 4. glos. *no es tenudo*, titulo. 1. part. 5. sed ipse cum relegerem text. in d. cap. quia plerique secutus Fortuni. in l. veluti col. 8. ff. de iusti. & iure, & Couarru. in cap. quantum pactū de pactis. lib. 6. 2. par. §. 3. nu. 4. contrariū probaui, vt filius familias ex mutuo in conscientia teneatur. Nam eo casu in pœnam lex civilis solū denegat creditori actionem, non tamen ipsum debitor priuat, nec liberat ipsum debitorem a re alieno. Ideoque debitor in iudicio animæ nullam securitatem nanciscitur.

citur. Aliud enim est, quod lex in odiū, & pœnam creditoris ab actione iudiciali tantum liberet debitorem ipsum: quia tunc nihilominus tenetur in foro interiori debitam pecuniam soluere: quoniam lex noluit exonerare debitorem, licet actionem negeuerit creditori in pœnam. Aliud est, quod lex in pœnam creditoris, debitorem velit exonerare à debito: quia tunc autoritate legis humanæ in animæ iudicio debitor liber est, nec tenetur quidpiam creditori persolvere. Quapropter cū lex nihil aliud fecerit, quam creditori mutuanti filio familias denegare actionem, adhuc in conscientia ad eius redditionem filius familias manet obligatus. Ex quo magis est, vt si filius familias in sua sola, nudaque persona censum constituerit, ad eius continuationem in conscientia teneatur.

22 Seruus quoque adscribitur his personis, quibus interdictum est hunc contractum celebrare. Quoniam in illum non cadit civilis obligatio. l. quod attinet l. seruitutem. l. in personam ff. de regul. iuris. l. serui. ff. de actionib. & obligatio l. nec seruus. ff. de peculio. l. quoties in fine ff. si quis cautionibus. Constanti. Harmenopu. in epitome iuris civilis, lib. 1. titul. 24. in principio, Nicola. Bello. in princip. Instit. de obligatio. numer. 23. & in 3 in omnibus, num. 15. & 16. Inst. de fideiuffo. Antoni. Gomez, 2. tom. cap. 1. num. 3. Vaconi. à Vacuna lib. 1. declarationum iuris civilis declaratione 18. Huic etiam num. accedit religiosus, quia nec habet nolle, nec velle. cap. 2. de testam. lib. 6. mulier denique coniugata ad redditus annui continuationē, absque mariti licentia, & consensu non poterit se obligare, ex. l. 55. Tauri, & l. 2. titul. 3. lib. 5. nouæ Compilat.

23 quibus statutum est, vt mulier coniugata sine licentia mariti non possit contrahere. Idque obtinuit etiam apud Burgundos, vt cōstat ex his, quæ scribit Casfanus in consuetudini Burgundiæ, rubric. 4. §. 1. & apud Biturices ex his, quæ

notat Nicolaus Boenus in consuetud. Bituricen. titul. de consuetud. iuris stat. personarum. §. 4. & apud Pictones ex his, quæ congerit Andreas Tiraquel. l. connubiali. 16. gloss. 4. Adeo, vt si contractui adiecerit iuramentum, vires nō obtineat contractus ipse. Quemadmodum obseruant Castillo glot. vltim. Palacio: Rub. num. 18. Antoni. Gomez, num. 8. Gomez Arias. 84. in dicta. l. 55. Tauri. Couar. in 4. 2. par. cap. 7. §. 1. num. 3. Menchaca de successio. creati. §. 30. num. 56. Auendaño in dictionario, verbo, otorgamiento, prope finem. Ioannes Gutierrez de iuram. confir. 1. p. cap. 1. num. 34. Matienço in. l. 2. titul. 3. lib. 5. nouæ Compil. gloss. 1. num. 18. vbi testatur hanc esse communem, & receptam sententiā: licet Burgos de Paz, consilio secundo, num. 97. contrarium tenuerit.

Quia cū ob mariti præiudicium mulier coniugata nō possit cōtrahere absque licentia mariti, & iuramentum vergens in præiudicium tertij non obliget, cap. cum contingat de iure iur. cap. quāuis pactum de pactis, lib. 6. capit. si diligenti de foro competent. Plane conuincitur, contractum à muliere coniugata confectum sine coniugis licentia, non posse confirmari iuramento. Et quod magis est, nec ad redditus mulier tenebitur in conscientia. Quoniam autoribus nostri frequentibus placuisse video, contractum vxoris non interueniente licentia viri esse quoque nullum in conscientia foro, prout resoluunt copiose, & eleganter Anton. Gomez, in. l. 3. Tauri. num. 124. Couarr. in reg. peccatum 2. part. §. 3. numero. 10. Menchac. libr. primo. controuersia vsufrequenti, capit. 10. numer. 19. Ioannes Gutierrez dicto capit. primo numero. 42.

Quinimo, nec soluto matrimonio poterit compelli, quia contractus est ipso iure nullus ex defectu potestatis formæ, & solemnitatis, vt aduersus Andr. Tiraq. scribit Gaspar Baeça, in tract. de non

Liber Secundus

non meliorandis filiabus ratione dotis, cap. 11. num. 68. & pluribus sequentibus, cuius sententiam asserit esse veriorum Matienço dict. glos. 1. numer. 11. Sunt autem causæ varix, in quibus ad redditus annui continuationem, & præstationem cogi poterit mulier coniugata, quæ sine licentia viri se ad censum obligavit, & in primis si longo, & diuturno tempore redditum à muliere creditor percepisset, contractus impugnari non posset ob defectum licentiæ: etenim ex diutina possessione, & ex longo tempore præsumitur licentia. Roderic. Suarez, in l. 13. titul. 20. lib. 3. fori. q. 1. Palac. Rube. in l. 57. Tauri, num. 3. Ioan. Gutierrez dict. cap. 1. num. 45. improbens contrariam sententiã Auedani in dictionario, verbo *otorgamien* 20. Idque generale est, ut ex temporis diuturnitate solennitas extrinseca præsumatur, ut copiose resoluit Aymon Craueta in pulchro tractatu de antiquitate temporum. 3. par. in principio, & consil. 317. num. 2. & commune placitum, testatur Curcius Iuni. consil. 130. num. 4. Boer. decis. 281. num. 15. Antoni. Gabriel lib. 1. communi. opinio. num. titul. de præsumptio. conclus. 1. num. 3. & sequentibus, & nu. 61. Octavia. decisio. Pedemontana 173. Anto. Gamma, decis. Lusitana. 48. num. 3. & decis. 83. num. 2. Mascari. de probatio. consil. 75. num. 14. volumin. 1. Scientiam autem, & patientiam mariti oportere interuenire, ut ex temporis diuturnitate licentia præsumatur dicendū est ex his, quæ notat Alexan. consil. 9. volum. 3. & consil. 17. volum. 4. Matthe. de Afflictis, decis. Neapolita. 107. Aymon Crauet. in dict. princip. num. 18. Rolan. à Valle consil. 2. num. 127. volum. 1. Decius consil. 409. nu. 13. Octavia. dict. decis. 173. num. 5. Sed nihilominus Auedani sententiam ipse magis probo, nec possum non condemnare liberrimum Ioannis Matienço in d. l. 2. glos. 1. num. 12. iudicium de Auedano imponētis illi, quod soleat in plu-

rimum corticem legis inspicere, & nō spiritū, seu animā illius, debuisset enim Ioan. Matienço maturū iudicium Auedani, eruditionem plurimam, longam experientiam in causis forensibus tractandis suspicere: nec hanc illi immerito notam impingere. Quod autem ex temporis diuturnitate licentia mariti nō debeat præsumi, apparet ex eo, quod in præiudicium tertij solennitas extrinseca nunquam præsumitur, Alex. cons. 6. nu. 67. vol. 1. & cons. 76. nu. 13. vol. 3. Cepha. consil. 441. nu. 72. & sequentibus. vol. 3. Plotus consil. 13. num. 20. lib. 1. Menoch. cons. 1. sub num. 79. in fine, & num. 80. vol. 1. Crotus consil. 399. nu. 34. vol. 3. Curcius Iunior, consil. 312. num. 49. Marcus Antoni. Natta consil. 162. num. 29. Octavianus dict. decisio. 173. num. 3. Borgninus Caualea. decisio. Fiuizanensi 45. num. 11. & 12. & decisio. 46. num. 17. Quare cum ex contractu inito ab vxore necessario præiudicium inferatur marito, planè sit consequens non esse præsumendum licentiam interuenisse, saltem quatenus ipsi potest marito contractus nocere. Præterea si mulier coniugata marito sciente, & cōsentiente officium, vel negotiationem aliquā tractet, & ad censum pecuniam acceperit, ut conuertat illam in vsus necessarios, officio, vel negotiationi, valere contractum dicendū est, quæuis licentia mariti non intercesserit. Nā semel, ac maritus passus est suam coniugem officium, vel negotiationem aliquam tractare, illi consensum, & licentiam præstitisse videtur ad gerenda ea, quæ vtilia, quæ ve necessaria sint. l. 1. §. magistrum. 2. verb. cæterum ibi: *Si scis & passus est eū in naue magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur.* ff. de exercitoria. l. cuicumque versicul. Idem Labeo ait. ff. de instito. l. 1. ff. de tributo, l. quam Tuberonis, versicul. sunt quidem. ff. de peculio, etiam specie obseruant Roderic. Xuarez in dict. l. 13. versiculo tertio limita, Gomez Arias, numer. 21. 22. & 23. Antonius Gomez,

in

in l. 56. tit. 7. Matienço in l. 3. tit. 3. libro 5. nouæ Compilatio. glos. prima num. 9. ex quo apparet falsam esse Didaci del Castillo in l. 58. Tau. glo. vlt. & Auendanni. d. verbo, *Ozorgamiē* 10, sententiā existimantium oportere, vt mariti consensus, & licētia sit expressa. Etenim solus consensus tacitus sufficit, vt late comprobatur Matienço d. glos. 1. fere per totam, & in l. 2. gloss. 1. num. 12. d. tit. 3.

Denique si contractus vxori fuerit utilis, valebit, quanuis sine licentia mariti fuerit celebratus, Roderi. X Suarez in d. l. 13. limita. 4. Pala. Rubi. in Rubri. de donatio inter §. 68. num. 7. Tiraquel. in l. connu. gloss. 8. quæst. 10. num. 85. Gomez Arias, num. 12. 13. & 14. & Anto. Gomez, num. 2. in l. 55. Tauri. Ioān. Matienço in l. 2. tit. 3. lib. 5. nouæ Compilatio. gloss. 1. numero 14. vbicunq̄ enim fauore alicuius personæ desideratur in actu solemnitas, illa deficiente actus valet, si personæ illi utilis sit l. non ideo minus C. de procuratoribus l. nec tutoris, C. de contrah. & commi. stipulatio. l. 1. ff. ne quid in loco publico l. si filius, ff. de ritu nuptia. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. 3. par. nu. 30 & sequent. Tiraquel. dict. gloss. 8. num. 62. Ideoque ab Ecclesia, vel minore contractus sine debita solemnitate celebratus, valet si in Ecclesia, vel minoris utilitatem confectus est, prout late resoluit Tiraquel. d. n. 92. Corsetus in sing. verb. Pupilus, Ancharra. consil. 15. & consilio. 197. Soci. consilio. 15. col. 7. versi. tamen communis, vol. 1. Iass. in §. actionum, num. 44. inst. de actio per text. in l. cum hi, §. eam transactionem ff. de transactio. & in d. l. nō ideo minus, C. de procuratori. latissime Iosephus Mascardus de probatio. consilio 75. numero septimo, octauo, & nono, vol. 1.

Hæc autem resolutio videtur esse difficilis; incerta, parumque secuta ex eo, quod magis est, vt deficiente forma, & solemnitate legitima contractus minoris, vel Ecclesiæ nullus sit, quantumuis

eorum conueniat, vt contra gloss. ibi magis probant Bartholus, Albericus, Baldus, Angelus, Fulgofius, Iafson, in dict. §. eam transactionem, Soci. consilio 52. numero 10. volum. 4. Iass. consilio 16. volum. 4. Bero. consil. 88. numero 15. volum. primo, Riminal. Iunior consilio 233. numero 67. volum. 3. Roland. consil. 54. numero 43. & 46. volum. 2. Couarruias libro secundo variarum capite 17. numero 2. Anton. Gabriel, libro. 3. communi opinio. consil. 1. & testatur esse communem, & veriorē sententiā Dominus Francisc. Sarmiento de redditibus Ecclesiasti. 1. parte, capite 2. num. 1. & sequentibus, vbi eleganter explicat text. in dict. §. eam transactionem, & in dict. l. non ideo minus, & communiorem esse ait Ioannes Oroscius in d. §. eam transactionem numer. 5. Borgninus Cauaica. decisio. Fiuizanensi numero 51. & decis. 46. num. 3. & 4. Quare videbatur dicendum, vt et si contractus vxoris sine licentia mariti utilis sit, nihilominus tamen, vt pote deficiente legitima forma, & solemnitate non valeat.

Sed etsi mihi persuaserim verius, & receptius esse, vt a minore, vel Ecclesia contractus gestus sine solemnitate debita sit nullus, etiamsi illis utilis, & proficius sit: tamen adhuc magis censeo, vt ob utilitatem defendi, sustinerique debeat contractus ab vxore confectus sine licentia viri. Quoniam utilitas non attenditur, quando prohibetur contractus de iure communi: secus autem, vbi solum prohibetur, virtute statuti, vel dispositionis hominis, vt puta quod mulier non contrahat sine consensu mariti Mundualdi, vel duorum propinquorum, & minor sine consensu duorum propinquorum, vel vicinorum. Nam tunc si contrahunt secundum solemnitates iuris communis, sed sine marito Mundualdo, vel propinquis, aut vicinis, & contractus tendat in eorum utilitatem, valebit contractus, vt scribit Socinus consilio 80. num. 12.

verficulo, ad R. dio. em egoref
pondeo volumine quarto Rolan. con-
sil. 54. num. 46. volum. 2. & Borgninus
Cavalca. d. decisione Fiuizanensi. 46.
numero 5.

EPITOME Capitis. III.

IN rebus, quæ in nullius bonis
sunt, non potest census consti-
tui, neque in his, quæ iure na-
turali omnium sunt commu-
nia, neque in his, quæ publica sunt.

2 Vniuersitatis bona duplicia sunt, quæ-
dam ad usum publicum destinata,
quæque publica sunt usu, & proprie-
tate: quædam vero sunt in pecunia
reip. & proprio patrimonio.

3 Vniuersitatis bona, quæ sunt publica
usu, & proprietate, non possunt alie-
nari absque principis licentia, illa ve-
ro, quæ sunt in priuato, & proprio
reip. patrimonio, sine principis licen-
tia distrabi possunt.

4 Bona, quæ sunt in pecunia populi, ad
eius priuato patrimonio, licet aliena-
ri valeant, non tamen libere, sed qui-
busdam sollennitatibus adhibitis, quæ
ibi referuntur.

5 Si ciuitas, vel vniuersitas in alienatio-
ne rei propriæ solemniter facta lae-
datur, intendere poterit remedium in
integram restitutionis.

6 In bonis vniuersitatis, quæ publica
sunt, usu, & proprietate census con-
stitutus non potest, sine principis licen-
tia: in alijs vero recte potest absque
illa, dummodo interueniant sole mni-
tates, quæ requiruntur in distraben-
dis bonis vniuersitatis.

7 Agitur, an in bonis Ecclesiarum pos-
sit census constitui, & questio sub
distinctione resoluitur.

8 Reprehenditur Petrus Follerius, quod
existimauerit in Ecclesiarum bonis
censum redditus annui constitui non posse.

9 Ecclesia non tenetur ea contra iuræ
suali, nisi probet e. aditor pecuniam
fuisse versam in vtilitatem Ecclesie,
quod etiam locum habet in repn. &
ciuitate.

10 An in fructibus beneficiorum pos-
sit census constitui.

11 Quæ de bonis Ecclesiarum dicta sunt,
porrigi debent ad bona monasterio-
rum, hospitalium, & confraternitatum.

12 Disputatur, an maritus in bonis do-
talibus possit censum constituere: re-
ferturque sententia Follerij affirma-
tiua.

13 In re dotali æstimata libere potest
maritus imponere ius annui redditus,
secus vero in re dotali inæstimata.

14 Mulier, quæ iure iurando præstito
consensit census constitutioni factæ
a marito super re dotali, petere potest
ab heredibus mariti se inde inuicem cõ-
seruari.

15 In bonis subiectis fideicommissis, &
restitutioni, census imponi potest, du-
raturus tandiu, quandiu vita eius,
qui imposuit.

16 Primogenij possessor in bonis maio-
riæ potest constituere ius annui red-
ditus duraturum, quandiu ipse vi-
xerit.

17 Vbi testator, aut primus institutor
expresse prohibuit alienari bona, in il-
lis non potest census constitui, etiam
pro vita possessoris.

18 Quibus in causis licet alienare bona
primogenij, licet super eisdem censum
constituere.

19 Licentia concessa a principe ad con-
stituendos redditus annuos super bo-
nis maioris, eorumque bonorum sup-
positio ita de eam locum habent, si bo-
na libera deficiant.

20 Bonis primogenij obligatis ex licen-
tia principis, ad illa distrabenda non
est opus noua licentia principis.

21 Resoluitur in re communi valere cõ-
sus constitutionem in præiudicium
socij constituentis, non vero alte-
rius, & probatur latissime cõsum nõ
esse

- esse seruitutem.
- 22 Referuntur aliquot rationes, quare non possit in re communi seruitus imponi, valeat, aut constitui pignus, hypotheca, vel ius annui redditus.
- 23 Proponitur egregia quaestio, an super officijs publicis valeat census constitui.
- 24 Officia publica, quae habent iustitiae administrationem, vendi non possunt, quae vero illam non habent, recte possunt, & numero. 25.
- 26 Marchiones, Duces, Comites, alique domini inferiores principe vendere possunt officia publica iustitiae administrationem non habentia.
- 27 Officia publica non habentia iustitiae administrationem vendi possunt a privata persona privatae personae.
- 28 Officia haec a parte filio empti impurantur illi in legitimam.
- 29 Officia publica comparata matrimonio constante communicantur inter virum, & uxorem.
- 30 Officia publica includuntur sub generali hypotheca bonorum, possunt specialiter in hypothecam dari, ibique ostenditur qualiter in illis possit fieri executio.
- 31 In publicis officijs non habentibus administrationem iustitiae census constitui potest, in alijs vero non.
- 32 Agitur, an super censibus constitui valeat ius redditus annui, & aduersus Cassanum resoluitur affirmatiue.
- 33 Redditi annui excusant ob onere satisfacti, & tempora praefinita in executione facta in re immobili, locum habent in executione, quae fit super censibus.
- 34 Redditi annui Ecclesiae, vel minoris, alienari nequeunt absque solemnitate requisita ad alienandas res immobiles Ecclesiarum, vel minorum.
- 35 Resoluitur aduersus Ioane. Fab. & Foller. rem acceptam in censum posse alteri concedi in censum.
- 36 Census imponi potest in annonis publicis, alijsque iuribus similibus, & in iurisdictione.

37 Differitur, an super molendinis census valeat imponi, & resoluitur affirmatiue.

38 Super arboribus solo affixis, & coherentibus census constitui potest.

39 Fructus pendentes inter bona immobilia computantur.

40 Tractatur, an super naui census constitui possit, & resoluitur nauim non esse referendam inter bona immobilia, nihilominus tamen seclusa Extravag. Pij Quinti in illa posse censum constitui.

C A P V T. III.

In quibus rebus census constitui valeat.



OC loco nobis se offerebat latissimus disputandi capus, quo liberius possemus excurrere. Verum quonia brevitate claram, perspicuam, & distinctam methodum amamus, breui compendio disputationem compellemus in gyrum, & in duo capita partiemur, ac varijs quaestionibus propositis absoluemus: occurrit autem principio edifferendum, an in sola, nudaque persona census constitui possit: quod sermone profuso tractatum est a me lib. i. c. 8. Itcirco ab ea disputatione nunc erit abstinendum.

Secundo quaeritur, an in rebus, quae in nullius bonis sunt, valeat census imponi, & consignari. Et quidem in nullius bonis esse res sacras, & religiosas, & factas docuit Impe. Iustin. in §. nullius inst. de rerum diuisione, & Caius I. C. in l. 1. ff. eodem tit. referentes varia exempla. In his autem nulla cadit obligatio. l. quod nullius 142. ff. de reg. iuris. l. inter stipulantem. 83. §. sacra. ff. de verb. oblig. l. 1. §. si id quod ff. de actioni. & oblig. §. 1. insti. de inuti. stipul. l. 4. & 6. ff. de contrah. emp. §. loca sacra, insti. de empt. & vendit. Igitur in his rebus non poterit census constitui, facit tex. in l. 1. §. eam rem ff. quae respignori obligari possunt, vbi Marcianus I. C. in hac verba scripsit eam, quam quiescens

Liber Secundus

emere non poterit, quia commercium eius non est, iure pignoris accipere non potest, ut D. Pius Claudio Saturnino rescripsit. Earum autem rerum, quæ in nullius bonis sunt, nulla est emptio, & venditio, quia earum commercium non est, ac proinde in illis nec ius hypothecæ, nec redditus annui, poterit constitui. Qua ratione dicendum est censum imponi non posse in his, quæ iure naturali omnium sunt communia, qualia sunt aer, aqua profluens, mare, & littora maris, §. & quidem insti. de rerum diuisio. l. 2. 3. 4. ff. eodem tit. quoniam, & si harum rerum usus communis sit l. quod in littore l. quanuis l. ergo ff. de acquire. rerum domi. l. 1. §. quod si quis ff. de operis noui nuntiatione, tamen in nullius bonis sunt. Porro census constitui non potest nisi in his bonis, quæ iure privati dominij ad constituentem pertinet, sicut nec hypotheca. d. l. 1. §. eam rem l. 3. l. qui filios C. quæ res pigno. obli. pos. sunt. l. qui prædium C. si aliena res pignori data sit. l. aliena ff. de pignoratitia actione l. 2. & 3. tit. 13. par. 5. Hugo Donnellus de pignori. cap. quæ res à quibus obligari possunt, Francisc. Baldi. eodem tract. cap. 12. repugnat ergo ea, quæ iure naturæ communia sunt omnium, hypothecæ & annui redditus præstationi posse subijci. Similiter quoque in his, quæ publica sunt, ut flumina, portus ripæ §. flumina insti. de rerum diuisio. census non poterit imponi. Quia vix est ut in bonis imponentis sint.

Tertio quaeritur, an in rebus vniuersitatis valeat census constitui. Pro cuius rei notitia lucidiori animaduertendum est vniuersitatis bona esse in duplici differentia, quædam enim sunt, quæ destinata, & deputata sunt ad perpetuum usum publicum.

Quæque publica sunt vsu, & proprietate, qualia sunt forum, curia, basilica, viæ publicæ, balnea publica, piscinæ, aquæ ductus, fontes, campi publici, fana, porticus, iura, iudicia, comitia, pascua, termini, exitus, defessæ, montes, & alia

id genus: quædam autem sunt, quæ in pecunia reipub. & proprio patrimonio sunt, quæ non iure vniuersitatis, sed privati patrimonij, ut res singulorum possidentur, & fructum ferunt, non cuiuslibet vti volenti, sed patrimonio vniuersitatis l. 6. ff. de contra. emptio l. quod in littore 14. ff. de acqui. rerum dominio, & in his vniuersitas pro priuata persona habetur l. 1. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine l. 1. in l. vltim. nu. 6. C. de pactis, & in l. si quis maior nume. 10. C. de transactio. horum numero sunt vectigalia reip. horrea, prædia, redditus, & illa, quæ iure proprio peculiari, & priuato ad rempub. & vniuersitatem spectant. Inter hæc bonorum generum eximia differentia est, quod quæ publica sunt vsu, & proprietate, absque principis licentia distrahi, vendi, alienarique non possunt: quæ vero in pecunia reip. redditu, & priuato patrimonio sunt, siue illa possunt, quemadmodum literis consignatum reliquit Pomponi. l. C. in l. sed, & Celsus 6. in principio ff. de contrahen. emptio, his verbis. *Ut sacra, & religiosa loca, aut quorum commercium non sit, ut publica, quæ non in pecunia populi, sed in publico vsu habeantur, ut est Campus Martius.* Et ibi obseruat Accursius scholio 2. & scribentes, cæteri, Barto. Rapha. Imola, & Paulus in l. continuus §. cum quis ff. de verbo. obli. Bald. in Rubr. C. de contrahen. emptio quaest. 1. Bart. in l. prohibere. §. plane ff. quod vi, aut clam. Bartholo. Capola in tract. de seruitu. 2. part. Rub. de seruitu. viæ column. 10. & sequitur Feli. in cap. ad audientiam de præscrip. Fabian. de Monte de emptio. & vend. 4. quaest. principa. versic. quaero quinto, Petrus Rebuffus, in l. inter ff. de verbo. signi. Benedict. Bonius de censi. art. 18. Greg. Lopez in l. 26. ti. 3. 1. par. tertia glo. *Poblanse despues*, ad finem, & in l. 2. ti. 19. par. 2. & in l. 15. tit. 5. part. 5. & in l. 13. tit. 9. part. 6. glo. *que son comunales.* Auen. de exequen. mandatis 2. p. c. 10. num. 1. Auilesius in capitibus prætorum capi-

capit. 30 glo. gratias, numero tertio. Petrus Follerius in pragmat. de censibus verbo. huiusmodi census super rebus, nume. 24. & pluribus sequentibus Vbe semb. in §. vniuersitatis, numero quarto, & quinto instit. de rerum diuisione.

Quæ vero bona in pecunia populi, ac eius priuato patrimonio sunt, licet alienari valeant, non tamen libere, sed quibusdam solennitatibus adhibitis, primo enim fieri debet decretum, de venditione facienda, & qualiter, & quomodo, & quod adsit maior pars vniuersitatis, quæ ita decernat, vt scripsit Bart. in l. prohibere §. plane ff. quod vi, aut clā. Item requiritur, quod fiat venditio presentibus omnibus, seu maiori parte curialium, & honoratorum. Item requiritur, quod examinentur, & iurent illam alienationem fore vtilem, & expedientem ciuitati, hisque peractis debet interponi, adhiberi que decretum iudicis approbantis alienationem l. vlt. C. de ven. re. ciuita. libro 10. & ibi Lucas de Penna, Antonius Capicius decisione 93. Denique requiritur subhastatio l. 1. C. de prædijs curialibus libro 10. Bald. in l. ordo C. de executio. rei iudicatæ. Antonius Negusantius in tract. de pignoribus 1. membro sextæ partis numer. 47. Fabian. de Monte de emptio. & venditio. quinta parte prin. prope finem. Nam & in alienatione bonorum minoris subhastatio necessaria est, l. & si sine §. 1. iuncta gloss. & ibi Barto. ff. de minor Bart. in l. alio ff. de alimentis, & cibarijs legatis, Matthæus de Afflictis decis. Neapolitana 249. numero secundo, versiculo octauo. Negusan. & Fabia. vbi supra Rebuffus secundo tomo ad constitutiones Gallicas, tracta. de restit. articulo secundo gloss. septima numero octauo, quod si in alienatione facta solenniter ciuitas, aut vniuersitas lædatur, damnumque sentiat, beneficio restitutionis in integrum potietur in quadriennium, a die contractus numerandum, gloss. & Doctores in l. respublica C. ex quibus causis maiores, & in capit. primo de in inte

gram restitutione, lall. in §. rursus numero 33. instit. de actio. Paulus cōsi. 37. libro secundo, & alij quos refert Caldas Pereira in lege si curatorem habens C. de in integrum restitutione minorum in principio numero 12. & verb. minoribus numero 61. text. in lege vltim. titulo vltimo part. sexta, & ibi Gregor. Lopez, Auiles in capitulis prætorum capite 32. gloss. de iur. ar. numero 10. Auē dañus de exequen. mandatis prima parte capite 12. numero 26. versiculo facta tamen in vtroque casu, Azeuedo in l. secunda titulo primo libro secundo nõ uæ Compilationis gloss. *porque diga que no sabe*. Igitur bona priuata & propria ciuitatis distrahi, alienariue possunt inconsulto principe, dum tamen præsidis interueniat decretum, adhibeantur que solennitates superius dinumeratæ, quemadmodum resoluunt autores, quorum supra memini. Ex quo deducitur in rebus vniuersitatis primi generis census imponi non posse inconsulto principe: posse autem in rebus secundi generis absque eius licentia, quoniam sufficient eo casu decretum præsidis, aliarum que solennitates, quas in distrahendis vniuersitatis bonis immobilibus desiderare paulo antea dixeram, & in specie animaduertunt Benedi. Boni. dict. articulo 18. & Petrus Follerius de verbo huiusmodi census super rebus numer. 24. & sequentibus. Sine decreto autem, & reliquis solennitatibus erit inutilis. irrita & inanis constitutio census: nam cum hypotheca in materia favorabili prohibitione alienationis contineatur l. vltima C. de rebus alien. nõ alien. quam sic intelligunt omnes, teste Alberi. Paulo, & Salicet. ibi, Augustino Berro in Rubri. de rebus Eccles. numero 24. Pinel. in l. prima tertia parte numero 19. C. de rebus maternis, plane sit consequens in hypotheca speciali debere interuenire eandem solennitatem, que in alienatione desideratur: facit text. in capite nulli de rebus Eccles. & in l. si pupillorum §. prætor ff. de rebus eorum, ex quibus iuribus

Liber Secundus

juribus apparet in hypotheca bonorū Ecclesie, vel minoris exposci eandem solemnitate, quæ in alienatione. Præterea ipse redditus annuus, etiã redimibilis refertur inter bona immobilia, vt scribunt autores plurimi, quos percensui lib. 1. capit. septimo versiculo, & imprimis sic ostenditur, igitur in eius constitutione interuenire debent omnia solemnia, quæ in distrahendis, alienandisve rebus immobilibus ciuitatis a iure sunt præscripta. Verum hæc resolutione oppugnare videtur tex. in l. 11. tit. 7. *De los terminos publicos, dehesas, montes, y pastos*, libro septimo nouæ Compilat. Vbi inuictissimus Cæsar Carolus Quintus videtur prohibuisse rescuitatis vendi, alienariue posse absque Regia licentia, sed respondeo illam decisionem Regiam procedere dumtaxat in specie priuata, solumque complecti terras eremas, quæ vulgo baldias aut, *concejiles*, appellantur quas dari vendique lex vetat absque Regia licentia, quoniam ad Regium spectant patrimonium, vt latissime differit Auendannius de exequen. mandatis 1. part. cap. 4. & cap. 12. atque in ea dumtaxat specie intelligi legem illam Regiam videtur sensisse idem Auendannius dic. tract. 1. par. ca. 12. num. 21. 23. & 26. Ideoque, quod attinet ad bona reliqua ciuitatis procedit superior resolutio. Aduerto tamen sæpenumero me vidisse, ad alienanda, vel hypothecanda bona propria ciuitatum, ad redditus imponendos solere impetrari licentiã a Rege nostro: quæ si deficeret in tali alienatione, hypotheca, vel redditus annui constitutione, non ex hoc alienationem, hypothecam, aut constitutionem redditus iudicarem nullam. Quoniam eam licentiam requiri nullibi cauetur.

Illud autem certum est inutilem esse redditus annui constitutionem super agris, aut terris, quæ vulgo appellantur *concejiles y realengas*: quoniam terræ illæ sunt in Regis patrimonio, ad ipsum que spectant, Auendannius vbi supra,

& in re aliena, vt sæpe dictum est, non potest census constitui, quod plane præfiringi crederem, vt non procedat in his locis, in quibus obtentum est consuetudine, vt terras huiusmodi possidentes, pro toto suæ vitæ tempore valeant illis perfrui & potiri. Tunc enim pro vita possessoris sustinebitur census constitutio, argumento eorum, que resolui infra, numero 15. circa bona subiecta fideicommissio, & restitutioni.

Vidi tamen cõtrouersum, an qui census imposuit super terris, quæ (vt dixi) appellantur, *realengas, y concejiles*, si postea illas terras a domino rege emerit, prout fit quotidie, cogi possit ad redditus annui solutionem, an vero se excusare possit, quod a principio non valuerit census impositio, tanquam facta in re aliena. Et existimaui semper excusationem inutilem esse, atque vanam, & illum, omnemque successore eius ad redditum soluendum esse compellendum ex text. in lege rem alienam 41. ff. de pignori actio. quod vero Rex noster dicat in perpetuationis instrumento se vendere terras huiusmodi liberas ab omni censu, nõ obstat, quia debet intelligi de censu ab alijs imposito, & non ab emptore.

7 Quarto disputandum est, an in bonis Ecclesiarum possit census constitui? ad cuius cognitionem oportet in memoriam reuocare, Ecclesiarum bona bipartito cerni. Quædam enim sunt sacra, quæ ministerio, & cultui diuino sunt dedicata, vt sunt vasa, vestimenta, patenæ, & alia altarium ornamenta: quædam sunt profana, & tẽporalia, velut sunt domus, prata, vineæ, & alia id genus. Inter hæc autem bona maximum discrimen est: quod res Ecclesiastica, quæ ministerio cultus diuini deputatæ sunt, nõ possunt alienari, neque dari in pignus, nisi iussu summa urgente necessitate, ita quod non erit qualibet necessitas sufficiens, vt probat tex. in cap. 1. de pignori. l. sancimus C. de sacrosan. Eccles. lege tertia tit. 13. par. quinta, Ripa in l. obligatione

colum penult. ff. de pignori. Couarru-
 uias libro secundo varia. cap. 16. nume.
 8. Ludo. Maynus libro. 2. actionum ca.
 17. Necessitas vero ad alienanda huius
 modi bona Ecclesiastica reputatur suf-
 ficiens, ad subueniendum pauperibus,
 ne frigore, vel fame pereant, & ad re-
 demptionem captiuorum d. leg. fanci-
 mus capite sicut omnino, cap. aurum, ca-
 pit. gloria Episcopi 12. quæ 2. & ad ali-
 moniam pauperum, & egenorum, glos.
 recepta in d. c. sicut omnino, quod pos-
 tremum accipiendum est, quando pau-
 peres præmuntur ingenti necessitate, &
 inopia, alias non licebit vasa, & ornamē-
 ta sacra vendere pignoriue dare. Idque
 autore Theophylacto super Marcū, do-
 cuit Iesus seruator noster, dum ægretu-
 lit, a postolos molestos fuisse illi mulie-
 ri vngenti corpus eius pretiosissimum vn-
 guento, ex eo quod haberent maiorem
 curam subueniendi pauperibus, quam
 colendi verum Christi corpus, & quod
 ei cultus exhiberetur. Ideoque certum
 est, tunc posse vasa, & ornamenta sacra
 alienari, vel dari in pignus ad alendos
 pauperes, cum extrema vrgentur neces-
 sitate, adeoque perirent fame, nisi illis
 Ecclesia subueniret.

Res vero Ecclesiasticæ profanæ, &
 temporales, & alienari, & in pignus da-
 ti, & hypothecæ subijci possunt serua-
 ta forma, & solemnitate præscripta a sa-
 cris canonibus in cap. sine exceptione.
 12. quæst. 2. capite nulli de rebus Eccle.
 Debent ergo interuenire evidens Ec-
 clesiæ utilitas, vel necessitas, causæ cog-
 nitio, aut tractatus, & consensus capituli,
 vt late prosequitur Petrus Rebuffus
 in compendio alienationis rerum Ec-
 clesiæ. Guillem. Redoan. in tracta. de re-
 bus Ecclesiæ alienan. Couarruuias lib.
 secundo variarum, capite 17. Octauia.
 decisione Pedemontana 171. Cassanæ.
 in consuetudinibus Burgun. titulo Des
 mains Mortes rubric. 9. §. 9. numero 17.
 Octauia. de Simócelis de decreto in cō-
 tractibus mino. libro tertio titulo septi-
 mo numero 47. Borgninus Caualcanus

decif. Fiuizanen. 45. numero 18. Ro-
 deri. Xuarez allega. 21. Rolan. consilio
 15. libro 1. Auenda. de exequen. mada.
 cap. 4. numero. 34. Mascar. de proba. cō-
 clusione 75. numero 12. volum. primo,
 quod vero de consensu capituli dictū
 est, locum habet in Ecclesia Cathedra-
 li, vel collegiata, non in alia Ecclesia pri-
 uata, & inferiori, tunc enim Episcopi so-
 lius consensus sufficit, vt scripsere Co-
 uarruuias d. capite 17. numero primo,
 Gaspar Caualli. milleloquio 135. pri-
 ma parte, Borgni. Cauasca. d. decisione
 45. numero 28. in principio.

Ex quo, vt ad propositum accedam,
 apparet dicendum, in bonis Ecclesiasti-
 cis primi generis non posse censum cō-
 stitui, nisi vrgentissima necessitas occur-
 rerit. Illa autem existente non repugna-
 ret, quemadmodum non repugnat in
 pignus dari, quoniam sæpenumero re-
 petiui, seclusa Extranaganti Pij Quin-
 ti, in rebus mobilibus censum imponi
 posse: in bonis autem secundi generis
 ita demum constitui poterit, si in eius
 impositione seruetur forma, & solem-
 nitas, quæ a iure Pontificio desideratur
 in alienatione eorum bonorū. Redoan.
 de rebus Eccles. rub. de constit. annui
 census numero 30. & 31. cui adde Ni-
 colaum Euerardum cons. 76. rub. 1. Ne-
 que obstat text. in capite querellam de
 iure iurand. & in capite prohibemus, ca-
 pite sciētes, cap. significasti, cap. præte-
 rea de censibus; Clemen. 1. §. nouos cen-
 sus de excessibus prælatorum, vbi pro-
 batur Ecclesijs non posse nouos impo-
 ni census, nec veteres augeri. Quoniam
 ea iura de alia specie census loquetur,
 non de hoc contractu redditus annui:
 quippe his temporibus fuerit incogni-
 tus, quæ admodū lib. 1. c. 1. ad finem re-
 solui: quare miror Petrum Follerium in
 pramag. de censibus verb. huiusmodi cē-
 sus super rebus, numero 17 ex illis iuri-
 bus asseruisse, super rebus Ecclesiasticis
 censum constitui non posse, quia vt
 dixi, agunt de specie longe dispari.
 quinimo si Extrauagantes Martini,

Quinti

Libert Secundus

Quinti, & Nicolai Quinti consulantur, haud obscure deprehendi poterit Ecclesijs, ecclesiasticisq; personis, collegijs, vniuersitatibusque licere rebus suis annui redditus ius imponere. Illud autem verissimum esse mihi persuadeo, vt quemadmodum Ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi probetur ex aduerso in eius vtilitatem couersum, auth. hac ius porrectum in fine. C. de sacrosact. Eccles. cap. hoc ius 10. quæst. 2. capi. quod quibusdam de fideiusso. l. 3. titu. 1. part. 5. & ibi Gregor. Lopez. Ioann. Matienço in l. 22. titulo 11. libro. 5. nouæ Compil. gloss. secunda numero quinto resoluentes prælati confessionem de vtilitate non sufficere. Ita quoque ex contractu censuali nõ teneatur, nisi probet creditor pecuniam fuisse conuersam in eius vtilitatem. Quoniam censualis contractus odiosus est, sicut & mutuum, & non minus, sed maius, & grauius nocumentum inferens. Quod & ad ciuitatē, & rempub. extenderem libentissime, quippe ciuitas, & respublica ex mutuo non teneatur, nisi probetur versum in eius vtilitatem. Couarruias libr. 2. variarum cap. 17. numer. 3. Gregorius Lopez in dict. l. 3. verbo *Q villa*. Matienço dict. gloss. 2. numero 4. Si autem longum tempus interfluxisset, propter antiquitatem temporis præsumeretur, pretium conuersum fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, vel ciuitatis, ex his quæ notat Philippus Decius consilio 36. col. 5. versiculo tertio principaliter, Aymõ Crauetta de antiquitate temporum 3. parte numero 27. versic. & non solum, & post illos Burgos de Paz consilio 15. numero. 28.

10 Sed an in fructibus beneficiorum, & præbendarum census constitui possit, non incongrue potest inquiri, & tractari? & quod possit ex eo videtur cõprobari, quod fructus beneficiorum vendi, & in causam iudicati possunt capi, per l. commodis, & ibi Bartol. Imol. & Alexand. ff. de executio. rei iudicatz, & in capite secundo, ibi alioquin de

fideiuss. gloss. & Doctores in 1. stipendia C. de executio rei iudicatz, non enim dicitur alienare, qui fructus alienat, secundum Bald. in capite primo §. aut si libellarij, columna sexta quib. mod. feu. amitta. Rursus facit doctrina Francisci Zabarella in Clement. prima de rebus Ecclesiæ. quæstio. 27. scribentis prælatum, seu rectorem in sui præiudicium fructus ad longum tempus alienare posse. Ecõtra facit, quod Extrauaganti ambiciosi Pauli. Secũdi de rebus Ecclesiæ renouata per Paulum Quartum prohibetur, Ecclesiastica bona locari ultra triennium, quam esse in viridi obseruãtia tradũt Redoa. de rebus Eccles. quæst. 6. §. item ex præmissis numero 11. & sequentibus. Arnon singu. 66. Bero. consil. 8. numero 9. & sequentibus volum. tertio, Plotus consil. 19. numero. 62. & 63. Benintendis decis. Bononiẽ. 13. numero 14. Igitur in fructibus beneficiorum, & præbendarum non poterit census cõstitui, eo enim modo videtur trãsferri in creditorem ius quoddam perpetuum ad fructus, quod extrauaganti illa prohibetur. In hac autem difficultate Petrus Follerius d. verbo huiusmodi census super rebus, numero 18. censet prælatum, aut beneficiarium posse vendere censum annuũ super primis fructibus & redditibus beneficiorum, & ad hoc se ipsos obligare, omnesque fructus, & redditus beneficiorum, ita quod prælatus, aut beneficiarius remaneant obligati in vita eorum, & non possint contrauenire, quia videtur potius obligatio quædam personalis.

Sentit ergo Follerius primo triennio in fructibus securam, & validam esse constitutionem annui redditus, pro reliquo vero tempore sola, nudaque persona contineri. Quæ sententia placet Redoano de Rebus Ecclesiæ in Rubrica de constitutione annui census, a numero decimo octauo, & illam sequor, animaduertoque Follerium non sibi consentire. Nam, hoc

hoc loco censet contractum censuale, in sola posse persona consistere, & contrarium probat eodem verbo num. 6. quod vero dictum est de bonis Ecclesiarum, ad monasteriorum, hospitalium, & confraternitatum bona extendendum est. Gaudent enim Ecclesiasticarum rerum priuilegio. Dummodo confraternitates, & hospitalia autoritate Episcopi fuerint constituta, alias non, ex his, quæ notat Felin. in capit. de quarta de præscript. Euerar. in loco ab Ecclesia ad pia loca, Iosephus Ludouic. decis. Perusi. 30. nu. 7. Ioan. Gutierrez in pract. quæst. canonic. cap. 35.

Quinto quæritur, an maritus in rebus dotalibus matrimonio constante possit censum constituere? Et in hac quæstione Follerius dicto verbo huiusmodi census super rebus num. 22. scribit, maritum posse censum constituere, in rebus dotalibus non in perpetuum: sed ad vitam, & donec ipse fundus dotalis erit penes ipsum maritum, sequitur Redoan. ibi supra num. 20. pro cuius sententia facit, quod matrimonio constante dominus dotis est maritus. l. doce ancillam. C. de rei vendicat. l. in rebus. C. de iure dotium. l. si pretia. C. eodem. l. Lucius. §. 4. ff. de iure dotium, tex. in principio. Instit. quibus alienare licet, vel non, sed ipse longe aliter sentio, & puto fore distinguendum, nam si res dotalis data est marito æstimata, in ea libere poterit censum constituere, quoniam cū æstimatio in dubio faciat emptionem. l. si iuxer. C. de iure dotium, ea res pleno iure spectat ad maritum, illamque potest distrahere, & alienare libere. l. quoties. C. de iure dotium. l. plerumque ff. eodem titul. l. æstimatis, & l. æstimata. ff. soluto matrimonio. l. 7. titul. 11. par. 4. Campenius de dote. 1. par. quæst. 40. nu. 2. Couar. in pract. cap. 28. Anto. Gomez in l. 50. Tauri, num. 42. Ioan. Gutierrez de iuram. confirmator. 1. par. cap. 1. numer. 8. & faciunt, quæ notat Capola de seruitut. urbano. prædio. cap. 14. num. 20. vbi scribit infundo dotali æstimato

posse maritum seruitutem constituere, refert, & sequitur Dominus Antonius de Padilla in. l. & in prouinciali, num. 28. C. de seruitu. & aqua. Verum quoniam pro dotis recuperatione mulier, soluto matrimonio agere potest ad res dotales æstimatas. l. in rebus. C. de iure dotium, etiam si alienationi mulier consensisset, vt scripsere Salycetus in. l. interest. C. de usufruct. Baldus Nouellus in tract. de dote, part. 8. priuilegio 7. Couarru. in pract. cap. 28. nu. 8. Gutierrez dict. 1. par. cap. 1. num. 9. Parum secura esset constitutio census in rebus dotalibus æstimatis facta à marito, nisi consentiret mulier, consensumque iure iurando confirmaret: adiecto enim iuramento mulierem ab agendo repelleret, ex text. in cap. cum contingat de iure iurando, & c. licet mulieres eodem titul. lib. 6. & ex his quæ resoluit apposite Rolandus consilio. 70. numero 20. & 21. libro 2.

Sin vero res dotalis inæstimata est marito tradita, censeo inutilem esse in ea redditus annui constitutionem factam à marito, quoniam maritus rem dotalē non potest alienare. l. 1. & l. dotale prædium. ff. de fundo dotali. l. 1. C. eodem, authent. siue à me. C. ad Velleianum in principio. Instit. quibus alienare licet, vel non. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei uxoria actione. l. 7. titul. 11. part. 4. Ideo in illa non poterit censum constituere, argumen. textus optimi, & celeberrimi in. l. vltima. C. de rebus alien. non alien. vbi Iustinianus Imperator sancit alienatione prohibita esse quoque prohibitam usufructus dationem, hypothecā, pignoris nexum, vel seruitutis, alteriusve iuris impositionem, optime Molina lib. 4. de Hispanor. primogenijs cap. 1. num. 7. & sequentib. Præterea maritū lex vetat expresse obligare, hypothecæve subijcere fundum dotalē dict. principio instit. quibus alienare liceat, vel non. Igitur quemadmodum alienatio fundi dotalis matrimonio constante facta à marito inutilis est, nulla, & inuvalida, &

Liber Secundus

da, & alienatum fundam recuperare po-
 test, Anton. Gomez in l. 30. Taurina n.
 63. Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis 30
 pari. num. 72. Ita quoque hypotheca,
 & census constitutio facta à marito inu-
 tilis erit omnino. Denique facit textus
 in leg. Iulianus. ff. de fundo dotati, vbi
 Vlpianus ex Iuliani sententia respon-
 dit, marito dotali fundo seruitutem im-
 ponere non posse, & licet Salycet. in l.
 in prouinciali, & ibi Dominus Anto-
 nius de Padilla num. 18. C. de seruitut.
 & aqua, voluerint Vlpiani responsum
 intelligendum esse, vt non valeat serui-
 tutis constitutio in perpetuum, secus
 quandiu maritus dote perfruitur. Ta-
 men ea interpretatio vim maximam in-
 fert Vlpiani verbis. Negatiua enim ad-
 iecta verbo potest ibi ostendit perspi-
 cue omnino esse inutilem seruitutis cō-
 stitutionem, & ita ex eo textu Baldus
 in dict. lege & in prouinciali, & Capo-
 la dict. cap. 14. num. 10. secure notant
 nullatenus valere impositionem serui-
 tutis. Ideoque si ipsando dotali suppo-
 sito præstationi pensionis annuæ fieret
 executio, pro redditibus decursis, obie-
 cto quod esset dotalis, executio reuo-
 canda esset: quia licet marito pro ea par-
 te impugnare talem census constitutio-
 nem, muliere vero consentiente, & iu-
 rante valeret fundi dotalis suppositio, ex
 textu in dict. cap. cū contingat, & dict.
 cap. licet mulieres, quod si totum, inte-
 grumque pretium peruenisset ad ma-
 riti, vt præsumitur in dubio, Aymō Gra-
 ueta, consil. 91. lib. 1. Portius consil. 54.
 num. 46. dicit communem Matthæ de
 Afflict. decisio. 209. Natta consil. 552.
 volam. 3. Borgni. C. ualcanus decisio.
 Fauiz meali 33. num. 8. Antonius Go-
 mez in l. 50. Tanti, num. 57. Ioannes Gu-
 tierrez, dict. 1. part. cap. 1. num. 14. Ayo-
 ra de partitioni. 1. par. cap. 8. num. 3. mu-
 lier, quæ census constitutioni consen-
 sam præstitit, iure petere poterit ab
 hæredibus mariti se indemneam conser-
 uari, vt redimant censum, vel liberent
 illam à creditore, & domino census, vel,

si redditus decursos persoluerit, inte-
 gre poterit in solidam vi cessionis factæ
 creditore, vel actione mandati exige-
 re illos ab hæredibus mariti. Quod si
 probatum fuerit in communem causam
 pretium sortis fuisse cōuersum, pro par-
 te mulier tenebitur, & si totam in rem
 ipsius, in totum.

15 Sexto quaeritur, an in bonis subiectis
 fidei cōmisso, & restitutioni, alienariq;
 prohibitis possit census cōstitui? in quo
 Petrus Follerius dicto verbo huiusmo-
 di census super rebus, num. 23. scribit in
 bonis subiectis fidei cōmisso, & restituti-
 oni, non posse censum constitui, ita
 quod duret, maneatque adueniente
 casu restitutionis: interim tamen recte
 constitui posse, rationemq; adfert, quia
 res fidei cōmisso, & restitutioni subiectæ
 alienari possunt, reuocatur tamen alie-
 natio adueniente die restitutionis. l. vl-
 tim. §. sed quia nostra. C. communia de
 legatis. l. seruo legato. §. 1. ff. de legatis.
 1. l. cum pater. §. libertis. ff. de legatis 2.
 Paulus de Castro cons. 94. lib. 2. Petrus
 Philipp. Cornel. consil. 234. lib. 3. & cō-
 sil. 294. eodem lib. Alex. consil. 65. lib.
 5 Guido Papæ decis. 611. Tiraquel. de
 retractu conuentionalis. 1. glōs. 7. num.
 20. Dominus Antonius de Padilla in au-
 thent. res quæ. C. communia de legatis
 in princip. Ludouic. Molin. lib. 1. de His-
 panor. primogen. capit. 20. & lib. 4. cap.
 1. dicit communem Menchacā de suc-
 ces. progressu. §. 28. num. 9. Francis. Bec-
 ci. consil. 97. num. 10. Grassus. §. fidei-
 comis. quæst. 56. num. 3. & accedit huic
 rationi, quod possessor fidei cōmissi, &
 quicumque alius similis, quamuis ad tē-
 pus, intra illud tamen dominus est, ex
 eleganti Pauli l. C. responso in. l. non
 ideo minus. ff. de rei vindicatio. text. in
 l. generaliter. ff. qui & à quibus versic.
 sub cōditione. l. quoties. C. de donatio.
 quæ sub modo. l. 7. tit. 4. part. 5. quicun-
 que autem dominium habet siue dire-
 ctum illud sit, siue vtile dumtaxat, ad vi-
 tam potest alienare ipsam rem, quæ te-
 netur restituere, & pari ratione obliga-

re, durabitque obugatio, sicut & aliena 17
tio, quoadiu, & vita, ut notat Albericus
quem sequitur Couarru. lib. 1. variarū
cap. 8. num. 5. Antonius Quesada diuer
sarum quæstio. iuris. cap. 32. num. 19.
Ex quo procedit possessorem primoge
nij in rebus, & bonis maioræ posse cen
sum constituere duraturum quoad ip
se vixerit. Nam & possessor maioratus
in bonis illius ad tempus vitæ suæ, quā
cunque seruitutem constituere potest,
l. si is cui. §. hæres. ff. quem admodū ser
uitu. amitan. l. si fundum a testatore in
fine. ff. de condition. & demonstrat. l.
plerunque. ff. de regul. iuris. l. 1. §. pe
nultim. & ultim. ff. de superficiebus, &
obseruāt Pinelus, in l. 1. C. de bonis ma
ter. 3. par. num. 71. ad finem, Dominus
Antonius de Padilla in l. & in provin
ciali num. 13. C. de seruitu. & aqua. Mé
chaca de successio. crea. §. 5. num. 23.
versicul. quæ ratione. Ludouicus Mo
lina lib. 1. de Hispanor. primogenijs ca
pit. 20. nu. 1. 2. 3. & 4. Antonius Que
sada diuersarum quæstionum iuris, ca
pite ultimo, nu. 20. expendens in id tex
tum in l. 11. tit. 30. part. 3. Qui omnes
improbant sententiam contrariam An
tonij Gomez in l. 40. Tauri numer. 85.
defendentis super bonis maioratus ser
uitutem imponi non posse, eadem ratio
ne primogenij possessor pro tempore
vitæ suæ poterit in bonis maioræ ius
usus fructus alteri constituere. l. peto.
§. prædium. ff. de legatis. 2. l. Statius Flo
rus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci.
Hinc quoque est quod maioræ posses
sor illius bona, dum alienatis vita du
rat, potest alienare, nec impugnari, reuo
carique poterit alienatio, quia interim
dominus est. Molina lib. 1. de Hispano
rum primogenijs, cap. 19. & 20. & lib.
4. cap. 1. ac per consequens poterit obli
gare, ex his quæ scribit Ioannes Cepha
lus consil. 3. & 4. volum. 1. Antonius
Quesada dict. num. 10. ad finem. Hæc ta
men resolutio procedit in tacita aliena
tionis prohibitione, quæ inest ex legis
dispositione primogenij institutioni, se

cus autem licendum est, vbi expressa
fundatoris voluntate sunt alienari pro
hibita, quia tunc possessor primogenij
in bonis illius etiam pro tempore vitæ
suæ, non poterit redditum annum con
stituere, nam vbi adiecta primogenij in
stitutioni est alienandi expressa prohi
bitio, nequit possessor pignorarè, hypo
thecare, alienare seruitutē, aut ius usus
fructus etiam ad tempus vitæ suæ con
stituere. l. vltima. C. de rebus alienis nō
alien. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega
tis. 2. l. peto. §. fratre. ff. eodem tit. Bar
tolus in l. ea lege, numero. 2. & 3. C.
de conditione ob causam. Iasson in l.
filius familias. §. diui. 1. lectur. num. 23.
& Ripa. num. 81. ff. de legat. 1. Grego
rius Lopez in l. 10. titul. 26. part. 4. glos.
magna, colum. 2. Antonius Gomez in
l. 40. Tauri, num. 88. Xuarez allegat. 3.
Padilla in authent. res quæ, num. 2. C.
communis delegatis, Antonius Gamma
decif. Lusit. 16. n. 3. & 4. Michael. Graf.
dict. §. fideicommissum. quæst. 56. num.
6. & Molina dict. lib. 1. cap. 20. num. 8.
& 14. & 15. & lib. 4. cap. 14. num. 4. &
sequentibus asserens Antonij Gome
zij sententiā explosam à Pinelo, & Pa
dilla in hac specie sustinendā esse. Por
ro res primogenij impetrata Regia li
cētia, possunt alienari multis in casibus,
quos referunt, & late prolequuntur Mo
lina lib. 4. de Hispanor. primogenijs,
cap. 3. & aliquot sequentibus Pelæz a
Mieres in tractatu maioratum, & me
lioratio. Hispaniæ 14. par. quæst. 1. in
his vero inoluit concedi Regias licen
tias, ad constituendum ius redditus an
nui in bonis maioratus.

19 Ea tamen licentia, & bonorum pri
mogenij hypotheca, & suppositio ad
redditus annui præstationem. ita demū
locum habere possunt, si deficient bo
na libera, quæ censui valeant subijci. Est
enim iure nostro satis exploratum, bo
na prohibita alienari, in casu permissio,
nec alienari, hypothecari uel posse, nisi
deficientibus bonis liberis. l. pater filiū
in principio. ff. de legatis 3. authentica

res

resque: C. communi ad legatis ibi, sed si liberis portio legitima non sufficit. vbi Dominus Antonius de Padilla, numer. 118. Barlatus consil. 8. numer. 27. volum. 1. copiose, & accurate Molina lib. 4. de Hispanorum primogenijs, cap. 7. Franciscus de Ripa, in l. filius familias. §. diui, numer. 74. ff. de legatis 1. Traquet. de iure primogenitorum, quaest. 6. numer. 10. Rodericus Xuauez in l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamento in 2. limitatione ad legem Regiam, versicul. vbi autem maiora, Palacios Reales in rubric de donatio. inter vir. & vxor. §. 14. Rolan. à Valle consil. 85. numer. 9. lib. 1. Gregor. Lopez in l. 6. titul. 11. part. 6. colam. 3. versicul. quod autem. Castillo in l. 40. Tauri numer. 22. Burgos de Paz, consil. 9. numer. 25. Gaspar Baega de non meliorandis filiabus ratione dotis, cap. 8. numer. 12. & 13. & 20. Sarmiento lib. 7. cap. 5. Solet tamen in proposito reuocari in dubium, an concessa facultate Regia, ad obligandum bona maioratus, si creditor faciat executionem in illis pro debito, ad vendendum ea bona sine necessaria noua licentia, & facultas? & dicendum est, non esse necessariam, ex eleganti responso Vlpiani I. C. in l. si pupillorum 7. §. si pupillus dedit ff. de rebus eorum scribetis, quod si pupillus dedit pignori ex permisso praetoris, creditor absque noua praetoris permissione potest ius suum exequi. Ex quo ibi notauit Baldus, quod si Ecclesia obligauit praedium creditori, adhibita solennitate, creditor potest alienare praedium, non seruata solennitate. Facit quod scribit Petrus Rebus. in commentarijs ad constitutio. Gallicas. 1. tom. tract. de liter. obliga. artic. 3. glos. 2. numer. 16. facta scilicet executione, in bonis minoris, quae fuerant obligata, non seruari maiorem solennitatem, quae in bonis maiorum distrahendis seruatur, extex. in dicta. l. si pupillorum: accedit quoque, quod Iraola, & Romanus in l. vasa fructu. ff. soluto matrimonio, resoluerint assensum domini adhibitum, indatione

res feudalis in dote, in manpo operari, quod est translatio domini, quae facienda est soluto matrimonio, non requirit alium assensum, sequitur Capicinus decis. 182. numer. 11. & 12. Matthaeus de Afflict. in capit. imperialem in principio, versicul. duodecimo nota, ex textu numer. 8. & 9. de prohibita feudi aliena. & decisione 335. numer. 19. Ex quibus ita resoluit Gregor. Lopez in l. 6. titul. 11. part. 6. glossa: *Que la non pudiesse ver der.* colam. 8. versicul. & si data, Molina lib. 4. de Hispanor. primogen. cap. 5. numer. 1. 2. & 3. Pelaez à Mieres in tract. maioratum, & meliorationum Hispaniae. 4. p. q. 3. per totam.

Septimo quaeritur, an in re communi possit constitui census? & quod non, videtur demonstrari ex responso Vlpiani I. C. in l. 2. ff. de seruitut. sic aientis: *Vnus ex dominis communium ad illi seruitutem imponere non posse.*

Igitur si in rem communem ius seruitutis cadere non potest, quemadmodum etiam probat text. in l. per fundum, & in l. vnus. ff. de seruit. rusticorum praediorum l. vltim. ff. communia praediorum, plane sit consequens, nec posse cadere ius annui redditus, quoniam hoc ius se habet admodum seruitutis realis, prout notat Dominus Franciscus Sarmiento lib. 7. Selectarum interpretatio. cap. 1. numer. 4. Padilla in l. praedia, numer. 11. C. de fideicomis. Ioann. Gutierrez consil. 18. numer. 77. Petrus Salazar de vsu & consuetudine cap. 11. numer. 6. & 12. Antonius Camma decisione Lusitan. 145. Ioannes Parladorius rerum quotidianarum, capite tertio, numero 52. 53. & 54.

E contra vero facit, quod res communis vendi potest. l. falso. C. de communi rerum aliena. ergo poterit obligari. l. sed & quoad eas §. 1. ff. de pignori. cuius verba sunt: *Quod emptionem, venditionemque recipit, etiam pignorationem potest recipere,* ac proinde in re communi indiuisa poterit census constitui. Quia & autores plurimi grauissimi, sapientif-

scientissimi relati superius varijs in locis docuerunt res in censu solius hypothecæ vicem sustinere.

Rursus facit rescriptum Cæsaris Antonini in. l. vnic. C. si communis res pignori data sit, cuius hæc sunt verba,

Frater vester vobis inuitis portionem vobis competentem obligari non potuit, ita suam dando obligationem creditori que estuit: unde intelligitis contractum eius, nullam præiudicium dominio vestro facere potuisse. Ex quibus verbis Baldu, Salycetus, & reliqui interpretes ibi obseruarunt, eam, qui habet cõmunione in re, suam partem posse obligare, non socij, optime Negusan. de pignor. 3. membro. 2. partis, à numero 36. plura refert Hieronymus Portoles in Academia Cæsaraugustana Iuris Pontificij interpret, in tract. de confortibus, & fideicom. mil. legali, cap. 10. inibi que de hoc articulo differit eleganter, & copiose: poterit ergo in re cõmuni constitui census in præiudicium constitue ntis.

In hac difficultate Petrus Salaçar dicto tractatu de vsu, & consuetudine, caput. 11. in eam partem magis deflexisse videtur, vt existimet ius annui redditus in fundo cõmuni non posse constitui, inanem que, & inutilem constitutionem esse, quia seruitutibus annumerari credit, & in re cõmuni seruitus imponi non potest dict. l. 2. ff. de seruitut. cum alijs superius adductis. Ego quidem licet existimem suppositionem rei & fundi in censu maiorem vim, & potestatem obtinere, quam habeat ordinaria, & simplex hypotheca, ex eo quod nascantur effectus plurimi maximi ponderis, & momenti, quemadmodum etiam animaduertit Didac. Couarru. lib. 3. variarum, cap. 7. numer. 6. tamẽ vix possum mihi persuadere ius annui redditus esse seruitutem. Etenim probabile est, censum posse creari abstractum à prædio, in sola que persona constitui; igitur seruitus non est, quoniam absque prædio seruitus esse non

potest, cuius qualitas est. l. 2. ff. de vsu fructu. l. quid aliud sunt. 86. ff. de verbo rum significat. l. penult. ff. de euct. l. via 23. §. si fundus. l. vnus ex socijs 34. ff. de seruitutib. vrba. præd. l. 1. ff. communia prædiorum. l. qui fundum. ff. quem ad mo. seruiami. l. seruo legato. §. si fundus. ff. de legatis 1. l. cum venderes. ff. de contra emptio. §. ideo instit. de serui. §. vltimo, instit. de reb. corpor. & in corpor. quinimo, & maior pars autorum, quos lib. 1. capit. 8. in principio recensui, scripsi que docere censum, non nisi in re immobili constitui posse, sentit ius annui redditus non esse seruitutem.

Præterea seruitus omnis bipartito cernitur, vt scripsit Marcian. l. C. in. l. 1. ff. de serui. & explicat Capola in tract. de seruitu. capit. 1. Corrafi. in rubrica. ff. de seruitut. & in. l. 1. eodem titul. Dominus Antonius de Padilla in rubrica. C. de seruitu. & aqua, Zafi. & nouiores, in §. æquẽ si agat, instit. de actioni: Antoni. Gomez. 2. tomo variarum, capit. 15. Francisc. Conna. libro 4. commentario iuris ciuilis, capit. 7. vna est realis, quæ à re rei debetur: altera personalis, quæ à re personæ. Ius autem annui redditus referri nõ potest inter seruitutes reales, quoniam nullum est in hac specie prædium dominans, cui debeat, quod omnino in seruitute reali est necessarium. Ideoque seruitus realis vulgo diffiniri solet, ius quoddam prædio inhxrens, quod dominantis vtilitatem auget, seruiantis libertatem minuit, Bartolus, Angel. Paulus, Floria. & omnes, in. l. 1. ff. de seruitut. Gregori. Lopez in. l. 1. titul. 31. partit. 3. Capola dict. tractat. capite 2. Orosi. in. l. libertas. §. seruitus. ff. de statu. homi. Padilla in dict. rubrica, num. 8. Nec etiam annumerari potest personalibus: quoniam Marcia. in dict. l. 1. tres tantum re tulit seruitutis personalis species, vsum fructum, vsum, & habitationẽ. Sed dices demonstrationis gratia, non limitationis à Marcia. fuisse, tres illas species cõnumera;

Liber Secundus

numeratas, & quæ plures alias seruitutes personales, vt in recedendi ligna ca aliqua sylua, venandi, aucupandi in fundis aliorum, piscandi, & vt pomum decerpere liceat, spatari, & cœnare in alieno, & plures alias similes, quemadmodum tradidere Faber. & Iason in. §. æque si agat, Instit. de actioni. Ioannes Corrafi. & Franciscus Duare. in. l. vt pomum. ff. de seruitu. Zasius lib. 1. singulari. intellectuum cap. 11. Logouallius in. l. Imperium. ff. de iurisdic. omnium iudicum, numero. 222. Id tamen non satisfacit, nam magis est, vt in exemplis superius propositis, alijsque id genus nõ seruitus personalis, sed ius quoddam personale dicatur constitutum. Vt obseruarunt Ioannes, Azo, & Accursi. in dicta. l. vt pomum, idem Accursi. in l. pecoris in fine. ff. de seruitu. rusticorum, & in. l. Mella, verbo personæ. ff. de alimen. & cibarijs legatis, vbi sequitur Bartolus, Baldus in. l. ultim. numer. 7. C. de condic. indebiti, & in rubrica. C. de usufructu, num. 13. testantur communem Fulgosi. in dict. l. pecoris, Capola de seruitu. rusticor. capite 4. numer. 2. versicul. secundo casu principali, Gomezii. in. §. æque si agat, numer. 25. Instit. de actio. Cornel. consilio 63. numer. 8. lib. 4. Paulus Parisius consil. 84. numer. 5. lib. 3. Corrafi. in dict. l. vt pomum, numer. 8. Padilla in l. 3. numer. 15. C. de seruitu. & aqua, & ab hac traditione recepta non esse in foro recedendum, scribit Menochi. de retinenda possessio. remedio 6. numer. 47. & licet teneremus contrariam sententiam, ex illa minime sequeretur, cœsum esse personalem seruitutem. Quoniam explorati iuris est, seruitutem personalem extinguere, & finiri extincta persona, cui debetur: at vero ius annui redditus transit ad hæredes, cedique in extraneum potest, & extincto, primo creditore durat in perpetuum, quando redimatur igitur nequit inter personales seruitutes referri. Deinde falsum est cœsum esse seruitutem mere personalem:

quia debitor census non est creditoris seruus, nec dici potest, quod illi seruiat, vt ipse latius demonstrauit lib. 1. capit. 8. dum tractarem an in sola, nudaque persona census constitui posset.

Igitur magis probo, in re communi census posse imponi in præiudicium constituentis, ex text. in dict. l. 1. C. si communis res pignori data sit: cui resolutioni declarationes poterunt applicari omnes, quas cumulat Antonius Negusantius in suo tractatu de pignoribus 3. membro secundæ partis principalis, à numer. 36. illud autem perpulchram difficultatem habet, cur in re communi pignus, hypotheca, & ius annui redditus valeat constitui, non vero seruitus imponi? & plures differentiarum rationes tradiderunt veteres, & nouiores interpretes. Angelus enim, & Paulus in. l. 2. ff. de seruitutibus, eam rationem constituunt, quod in seruitutis conseruatione est necessarium factum hominis, vel naturæ, & illud factum non potest expediri pro parte, quin pars socij tangatur, considerato quod omnis fundi minima particula est communis: sed ad conseruationem obligationis, nullum factum hominis, vel naturæ requiritur, præterquam obligatio, quæ est constituta, & hanc rationem sequuntur Iason in. l. stipulationes non diuiduntur numer. 10. ff. de verbor. obligatio. & Ioannes Corrafius in dicta. l. 2. ff. de seruitutibus, numero. 10. 11. & 12. aliam rationem referunt Duarenus in dict. l. stipulationes non diuiduntur, Connanus libro 4. commentar. capit. 9. numero 5. Vaconiâ Vacuna, libro 5. declara. 74. quod seruitus est indiuidua dict. l. stipulationes non diuiduntur. l. vix iteneris. ff. de seruit. & omnes fundi glebas continet. l. certo generi. §. 1. ff. de seruit. rusticorum prædiorum. Iccirco in fundo communi socius nõ potest suæ parti seruitutem imponere, quin parti consocij imponat, quod sine consensu eius fieri minime potest. l. Sabinus. ff. communi

in iudicio l. in re communi ff. de
 feruitatib. urbano: prædiorum l. vltima ff.
 communia prædiorum. Hæc autem ra-
 tio proculdubio cessat in pignore, hy-
 potheca, & annuo redditu, quæ diuidua
 sunt, & pro parte adquiri, & imponi va-
 lent. Aliam quoque rationem adducit
 Iacobus Cuius tracta. 6. ad Africanum
 ad legem 32. ff. de seruitu. rusticor. præ-
 dierum quod seruitus est ius in corpo-
 re partis pro indiuiso, nullum subest cor-
 pus, nec enim est, sed intelligitur, ac
 proinde ad partem seruitus constitui nõ
 potest, esse autem ius in corpore, pigno-
 ri vel hypothecæ non competit, ideo-
 que ad partem constitui valet. Quæ om-
 nes rationes videtur coincidere in idẽ.
 Quam tamen resolutionem censeo li-
 mitandam esse in bonis quæ suis consti-
 te matrimonio, in quibus poterit mari-
 tus censum constituere: quia marito li-
 berum est alienare iura comparata, &
 ad quæta matrimonio constante, l. 5. ti-
 tulo 9. de las ganancias, lib. quinto no-
 uæ Comp.

23 Octauo quaeritur, an super officijs
 publicis possit census constitui, pro cu-
 ius rei cognitione animaduerto, quædam
 esse officia iustitiæ administrationem
 habentia, vt est officium prætoris, & alia
 idgenus, quædam quæ illam nõ habent,
 vt scriptoriæ decurionatus, & alia simi-
 lia: officia vero publica primi generis
 nullam prorsus venditionem, & com-
 mutationem recipiant, sed personis dig-
 nis, probis, & benemeritis conferri de-
 bent, auth. vt iudices sine quoquo suf-
 fragio §. hæc autem collatio. 2. Guillel-
 mus Benedictus in capite Raynuntius
 de testamentis verbo duas habens nu-
 mero 25. Auendani. responso 9. nume-
 ro primo, Dominicus de Soto libro ter-
 tio de iustit. & iure quæst. 6. articulo 4.
 in responsione ad secundum argumen-
 tum, colum. 3. scribens cunctis alijs esse
 pestilentius, & decorem reip. turpius of-
 fendens, atque adeo scandalosum, si iu-
 dicatus venderentur, aut loca eorum,
 qui Regi sunt a publicis Consilijs, Pe-

trus Foller. in fagma. de censu. verbo.
 Nicolaus Episcopus num. 221. & 222.
 aus enim iustitiæ distributiæ in eo po-
 sita est, vt publica munera, & quæ ad
 reip. gubernationem, & incolumitatẽ
 conseruandam spectant, dignis homini-
 bus dispensentur, teste Aristo. li. 5. Ethi-
 co. capit. tertio ideoque in distribu-
 dis muneribus publicis acceptatio per-
 sonarum, vt inimica distributiæ iusti-
 tiæ peccatũ mortale est. D. Thom. 2. 2.
 quæst. 63. arti. 1. sed conferendo publi-
 ca officia pecunia, committitur accep-
 tio personæ, quia tunc non ob merita,
 sed ob pecuniam conceduntur: igitur
 absque labe turpitudinis non licet ven-
 dere officia publica iurisdictionis exer-
 citium, & administrationem habentia.

25 Deinde obseruandum est, officia pu-
 blica, quæ nudum habent ministerium,
 vendi posse per principem, non recog-
 noscentem superiorem absque vllõ vi-
 tio, & peccato, vt scripsere D. Tho. o-
 pusculo 21. directo ad Ducisam Braban-
 rix, Baldus in l. Barbarius. 1. lectu. co-
 lum. 2. ff. de officio prætoris, versiculo
 veniamus nunc ad secundum, Guillel-
 Bene. in d. cap. Raynuntius. verb. duas
 habens a num. quarto cum sequentibus
 Caiet. in summa verbo. venalitas, Soto.
 d. q. 6. articulo 4. Tellus Fernandez in
 l. 26. & 29. Tauri. numer. 10. Nauarr. in
 manu. cap. 25. nume. 7. Francisc. Garfia
 de contract. 1. part. cap. 18. Palacio in
 praxi Theologi. lib. 2. cap. 6. Azeuedo
 in l. 4. ti. 25. lib. 4. Recop. & ita tenendum
 est, quidquid in cõtrarium videatur sen-
 tire Menchaca lib. 1. controversia. illu-
 stri. ca. 42. & 43. & Petrus Follerius vbi
 proxime. Ducibus autem, Marchioni-
 bus, Comitibus, aliisque dominis tẽpora-
 libus, Dominicus de Soto d. artic. 4. ne-
 gat potestatem vendendi talia officia,
 contrarium tamen defendit Menchaca
 d. c. 43. ne. 10. & recte, quoniã domini
 tẽporales Principe inferiores vere sunt
 domini populorũ suorũ, eorumque ad
 eos pertinet tutio, defensio, & custo-
 dia, non secus quam ad Regem regali-
 um

lium populorum, neque uno que casu par ratio est, & consequenter idem ius esse debet. Illud ff. a. legem Aquiliam, & ita quotidie fit.

Tertio animaduertendum est, hæc officia publica à priuata persona priuatæ vendi posse, Bald. Paulus, & omnes in l. omni modo §. imputari C. de in officioso testamen. Iason id l. illud numero sexto C. de colla. Ripa in l. in quartam numer. 163. ff. ad legem falcidiam. Couarruias libro tertio variarum cap. 19. Rolandus a Valle consil. 11. numer. 10. volum. 2. Auenda. d. respons. 9. Antoni. Gomez in l. 29. Tauri numer. 2. Mieres 4. part. quæst. 40. numer. 10. & 11. Matienço in l. 3. tit. 8 lib. 5. nouæ Compila. gloss. 3. numer. 13. & in l. 5. tit. 9 eodem libro, & volumine gloss. 4. & in dialogo Relatoris 4. par. cap. 11. & 12. Angul. in l. 9. tit. 5. lib. 5. nouæ Compila. glos. 5. n. 2. vbi testatur esse communem opinionem, & practicam, vsu forensi receptam aduersus Tellum Fernandez in l. 29. Tauri numer. 11. cuius argumentis satisfecit Matienço in dialogo Relatoris. d. cap. 11. & 12. Telli vero sententiam admittendam esse censerem in eum modum, vt non permitteretur vaga, & libera horum officiorum venditio, sed solū in personas, de quibus sit præsumptio, quod vtiliter, & fideliter exercebunt quemadmodum tradidere D. Thom. & scriptores reliqui sentientes, principem licitè posse hæc officia vendere: ex contrario enim ab vsu quotidie experior euenire mala, & detrimèta, quæ pio, & Christiano pectore deplorat Tullus Fernandez vbi supra: adeo enim eorum officiorum præciū creuit, vt emptores cogantur, legum cancellos transgredi, fraudes innumeras committere, iura præfinita excedere, & quotidie, imo singulis horis plurima patrare peccata mortalia, cum onere restituendi, quos melius esset pauperes vitam degere, & ad cælum conuolare, quàm post compilatas iniuste pecunias in infernū præcipites ire. O cupiditas in satiabilis!

ò tetrafames, & a. a. pecuniarum! o infani homines, quorum stulticia, vel dicam melius, temeritas esset aliquo freno comprimenda! quare pius ille vir, & immortalis commendatione dignissimus Martinus Nauarr. in manu. cap. 25. numer. 7. recte censuit debere lege publica statui vnicuique officio certum pretium, vltra quod nihil dari, neq; accipi posset, declarando eū, qui plus acciperet, plus iusto precio accipere, & decernendo, quod tempore, quo titulus confertur, partes iurarent de non plus dando, nec accipiendo: admonetque confessarios, & regum consiliarios, vt ita consulant regibus: quod vtinam facerent, obuiam enim sic multis incommodis iretur, & multorum animas, velut ex facibus tartari eriperent.

28 Ex quo infertur, officia hæc a patre filio empta illi imputari in legitimam. l. omni modo §. imputari C. de in officioso testam. vbi Odofr. Petrus, Guillelm. Cyn. Faber, Baldus, Angel. & reliqui, Bart. in l. 1. §. nec castrense ff. de colla. bonorum. Interpretes omnes antiqui, & neoterici in l. in quartam ff. ad l. falcidiam, Menchaca de successio. creatione. §. 20. numer. 203. & 218. Couarr. Anton. Gomez, Auen. Rolan. Pelaez a Meres, vbi supra, Ioann. Garfi. de expen. & meliora. cap. 4. numer. 14. Azeuedo. d. c. 7. numer. 4. Matienço, & Angul. in locis proxime relatis.

29 Deinde infertur illa comparata matrimonio constante communicari inter virum, & vxorem quoad eorum estimationem, Couar. li. 3. varia. ca. 19. Matienço in l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ Compila. glos. 4. Pelaez a Meres, & Azebedo vbi supra & Ioã. Garfi. Gomez de Leon alega. 100.

30 Tertio infertur, hæc officia includi sub hypotheca bonorū generali, auth. de exhi. reis §. optimū l. super hypothecis, & auth. quod obtinet. C. de pign. & speciatim posse pignori dari, aut hypothecæ subijci. Nā qd sub hypothecæ generali cōtinet, nihil repugnat, qd possit dari in

in pignus, vel hypothecā specialem. Præterea hæc officia vendi possunt, ut est superius demonstratum, ergo pignori, aut hypothecari possunt. l. sed & quo ad eas. §. 1. ff. de pignori. Quarto inferitur in his officijs fieri executionē posse: nam commoda præmiorum, quæ ex sacris coronis percipiuntur, sacerdotij fructus, & munerum stipendia iniudicati causam accipiuntur. l. commodis. ff. de re iudicata, capit. Oduardus de solutione. & ita scribit supremæ Normanorū Curie placuisse Imbertus Rupellanus lib. 1. institutionum forensium, cap. 59. & in Granatensi Prætorio iudicatum, Teillus Fernandez in dicta. l. 29. Tauri, numer. 12. licet ipse contradicat. Hoc autem casu creditor postulare debet, ut debitor officio renunciare compellatur, idque mox distrahatur, ac inde sibi satis fiat, & iudex debitorem compellet ut renunciet, nec debitor resistere poterit, quin cogatur etiam mandatū scripto dare, quod apud Principem munus hoc per procuratorem deponat in gratiam nouissimi licitatoris, ut notat Rupella. dict. cap. 59.

32 Deinde inferitur, in his officijs censam constitui posse, prout etiam obseruat Petrus Foller. in dict. pragmatic. de censib. verbo huiusmodi census super rebus num. 42. negans constitui posse in officijs deputatis ad administrationem iustitiæ, quod verum est, Benedict. Boni. decisi. artic. 53. 54. 55. & 56.

Nono videndum est, an super censibus ius annui redditus valeat constitui? & in hoc dubio Bartholom. Cassanæ. in consuetudi. Burgundiæ tit. des censes Rubr. 11. in verbo, le segneur censici, num. 5. dicit quod non, differentiam constituens inter censum, & redditum: nam censum ait, non posse constitui super censu: sed bene redditum super redditu contrarium vero resoluit post Ioann. Fabr. in §. adeo, Instit. de locatio. & conduct. Petrus Follerius dict. verbo, huiusmodi census super rebus num. 49. Conuarr. lib. 3. variar. cap. 7. num. 5. versic.

primum et hinc: cui sententiæ ipse libenter acquiesco: census enim, siue redimibiles, siue irredimibiles sint, inter bona immobilia referuntur authent. de alienan. & permutan. rebus Ecclesiæ. l. iurisperitos ff. de excusatio. tutor. l. sufficit. ff. de conditione indebiti, Clemen. exiuit. §. cumque annui redditus, de verbo. significatio. numerosamque ad hæc verissimam, & receptissimam conclusionem retuli Doctorum seriem lib. 1. cap. 7. versicul. quæ eo potissimum demonstratur.

33 Hinc redditus annui excusant à satisfactione, non secus ac immobilia, Guiliel. de Cugno. Raynerius, de foro Liuiio, Cynus, Bart. Bald. Albericus, Angelus, Alexan. Iacob. Iason, Curcius Iunior, & Ioann. Orosi. in. l. sciendum. ff. qui satisfacere cogantur, Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. glos. 6. num. 6. & tempora præfinita in executione facta in re immobili locum habent in executione, quæ sit super censibus, iuxta sententiā Bal. in. l. etiam colum. 4. C. de executio. rei iudicatæ, quæ sequuntur Alexan. & Iason, in. l. à Diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudicata, quod intelligendum est, ubi fieret in censu executio, secus autem si fieret in pensionibus, quia inter mobilia pensiones annuæ numerantur, Bald. in cap. 1. colum. vltim. versic. quid de pensioni. & ibi Aluaro de pace tenenda Socin. consil. 100. columna. 2. versicul. item si essemus volum. 1. Andre. Alcia. in. l. mouentium. ff. de verbo. significat. Hinc quoque redditus annui Ecclesiæ, vel minoris absque solennitate præscripta, ad distrahendas res immobiles eorum non possunt alienari, quemadmodum censuit Bald. in. l. iubemus nulli post princip. C. de sacrosanctis Eccles. & consilio vltimo, volumine 5. plures dinumerat Tiraquel. vbi proxime. Quamobrem cum census inter bona immobilia referantur, nihil est quod impediatur, super censibus censum constitui posse, & facit quod Tiraquel. scribit dict. tractat. de retractu ligna

Libri Secundus

signa. §. 6. gloss. *Quintus*. 10. Terens super hisreditibus posse comparari emphyteusim, sicut & feudum, ut tradit. Sōf bechius de feudis. 8. part. nu. 23. & 29. quem refert Aluar. Valas. de iure emphyteut. quæst. 12. numer. sexto, tamen si Aluar. ipse contradicat, quinimo, et si bonis mobilibus annumerarentur, validam esse redditus annui constitutionem recte diceretur, nullum enim vitium habet in re mobili, censum imponere, prout superius varijs in locis resolutum est, & licet in usu esset Extravagans Pij Quinti de forma creandi census, adhuc super censibus etiam redimibilibus imponi census posset, quia magis est ut census redimibiles inter immobilia computentur, ex pluribus, quos retuli supra lib. 1. capite septimo numero secundo, quidquid in contrarium affirmaverint Gattierrez in pract. 2. p. q. 83. Anton. Gomez in tract. de cens. cap. 3. nu. 4. impresso post explicationem Bullæ Cruciatæ, & adde Andream Gaill. prac. obserua. lib. 2. obserua. 9. & Lusitanum Mendez de Castro in rubr. C. de anno: civili. libro. 10. curiosè, & appositè defendentes annuos redditus redimibiles quocunq̄ statu inspecto cēseri inter bona immobilia, & inferentes exinde ad varias, & pulchras quæstiones iuris.

Illud autem visum est aliquibus maiorem difficultatem continere, an tradito fundo incensum, qui accepit, alteri possit in censum concedere? & partem negantem post Ioann. Fabrum sustinet Petrus Folle. d. verbo huiusmodi census super rebus nu. 49. quam etiam probat Bened. Boni. de censib. art. 11. aientem vero ipse magis probo, quoniam vassallus potest rem feudalem alteri concedere in feudum, etiam domino inscio: ca. 1. §. similiter de leg. Contra. vbi notat Afflictis in princi. & nume. 2. capit. beneficium, si de fundo fuerit controuersia: capit. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestitura cap. 1. §. necessitate, & ibi glossa, qualiter olim feudum po. alien. capit. 1.

§. illud quoque, ibi *Domina don. in sui*, ibi, *Nisi vassallus, idēque Dominus* de lib. feud. alien. per Feder. glo. & ibi Afflictis numero quinto in capite primo §. profecto versi. dummodo scias ibi, *Et hoc iure feudicensebitur*, in quibus quid iuris si post aliena. feudi. vassa. glossa communiter approbata in capite. quarta in Ecclesiarum verbo alienan. de constitutione. cap. trasmiffa, & ibi Panor. 4. notabili de foro comper. Curcius Iunior, de feudis 4. part. num. 83. Dueñas regu. 40. limita. 1. & emphyteuta rem emphyteuticam alteri potest in emphyteusim concedere, ut obseruant plures, quos secutus refert Aluar. Valas. d. tract. de iure emphyteutico quæst. 13. num. 1. late disputans, an sit necessarius domini prioris consensus. Igitur qui rem accepit in censum, poterit illam alteri concedere in censum, neque enim inter concessionem feudi, vel emphyteusis subalternam, & concessionem in censum constitui potest efficax differentia ratio.

Præterea si vulgarem, & frequentem in his regnis, attendamus formam contractus, qua res immobilis vendi consuevit adiecto pacto, ut quādiu emptor retinet pretium, soluat redditū annuum redimibilem ad numerum pretij conuenti, res utique meo iudicio exiguam, aut nullam difficultatem habet; emptor enim omnē dominium est in ea specie consecutus, ac propterea, & seruitutem imponere, & rem pignori, hypothecæve subijcere, alienare, & vendere, ac in censum poterit alteri concedere: manebit tamen domino veteri ius suum exigendi redditum ab emptore secundo, si voluerit.

Ex qua resolutione infertur censum posse constitui in annonis publicis, quarū meminit tex. in l. 2. ad fi. C. de petitione bonorum subla. libr. 10. & in l. iubemus in princi. C. de sacrosact. Eccle. & inter immobilia cōnumerauit text. in l. vlti. §. præterea. C. de iure dotium, explicat Cælius Rhodigimus lib. nono le-

ctio.

ctio. antiqua. capit. 16. & in tributis. in
gationibus, vectigalibus, thelonijs. ca-
bellis, talijs, angarijs, perangarijs, peda-
gijs, & alijs iuribus huiusmodi, de qui-
bus Iaffon, & alij nouiores in. l. placet.
C. de sacrosanct. Eccles. Ottalora de
nobilitate 1. part. capit. 2. & in iuribus
piscationum, venationum, & aquarum,
tamen post Petrum Iacobi. Alua. Va-
las. d. cap. 12. num. 6. aduersus Tiraque.
& Sonbe. censeat in his rebus emphy-
teusim non posse constitui. De quo nūc
ipse non disputo. Item in iurisdictione,
quia iurisdictione est in patrimonio, &
fructu, sicut alij redditus, Clementia sta-
tutum, & ibi Cardinal. Bonifa. de elect.
Boer. decis. 227. quo casu censentur obli-
gati omnes redditus causarum crimina-
lium, & ciuiliū, Follerius in d. pragm.
verb. iura iurisdictione, census ac omnia
num. 8. & 9.

7 Decimo se offert inquirendum, an
in molendinis possit census constitui?
& dubitandi prestat occasionem, quod
molendina videantur bonis mobilibus
aggregari ex sententia Bart. in l. 2. nu.
19. ff. soluto matrimonio scribentis mo-
lendina non excusare ab onere satisfac-
endi, vbi sequuntur Alex. num. 2. & Par-
palia. num. 87. dicens ita tenere omnes
Alexand. & Iaffon. in l. sciendum 4. li-
mitatione ff. qui satisfacere cogantur. Fa-
cit Alberi. doctrina, cuius meminit Ti-
raquel. de retractu. lignagier. §. 1. glo.
7. num. 93. quod molendinum non est
pars fundi, ideoque computatur inter 38
mobilia, quod dicit notandum, & face-
re pro restitutione rerum dotalium,
quia mobilia restituuntur post annum,
immobilia vero statim, & sic inquit
molendinum restitui debere post an-
num. Conducit denique celebris senten-
tia Angeli Perusi. in l. non solum. ff. de
petitione hereditatis afferentis procer-
to molendina posita in fluminibus, &
quæ deteriora continuo fiunt, suntque 39
in continuo periculo, alienari posse à
prælato, & tutore absque aliqua solem-
nitate, vbi commendat, & extollit Ra-

phael Fulgosi. Fracis. de Ripa, in. l. quo
minus num. 125 ff. de flumini. Antoni.
Rube. Alexand. consil. 138. num. 3. qui
dicit singulare, & non habere contradi-
centem, Palacios Rube. in repetit. capit.
per vestras. §. 18. num. 9. Tiraquel. dict.
glos. 7. num. 92.

His tamen non obstantibus arbitror
magis esse, vt in molendinis valeat cen-
sus constitui. Nam molendina, quæ tan-
quam domus in terra, aut ripis fluminū
illis adhærent, esse immobilia, censuit
Bald. in capit. contingit, columna pe-
nultima, versicul. *Quæro nunquid mo-
læ, de dolo, & contu. & in. l. certi. quæ-
stio. 4. C. locati tradit molendinum es-
se prædium rusticum. Bald. sequuntur*
Iaffon in l. quo minus, quæst. 19. ff. de
flumini. & ibi Ripa. numer. 126. Fortu-
nius Garfias dicens esse prædium urba-
num in. l. item quia, colum. 4. versiculo,
ex his inferri. ff. de pact. Tiraquel. dict.
num. 92. Aluarus Valascus de iure em-
phyteutico. quæst. 12. num. 9. dicens in
molendinis emphyteusim constitui posse.
Hinc Curcius tract. de feud. 1. part.
quæst. 6. num. 11. scribit in molendinis,
tanquam rebus immobilibus feudum
constitui posse. Ioannes Lecirier lib. 2.
quæst. 4. fol. mihi 56. colum. 3. & in il-
lis distrahendis à Prælato, vel tutore ne-
cessariam esse solennitatē aduersus An-
gel. defendit acerrime Pinel. in l. 1. C.
de bonis maternis. 3. part. numer. 28. &
sequitur Valascus dict. num. 9.

Vndecimo quæritur, an valeat in ar-
boribus census imponi? & responden-
dum est affirmatiue, namque in arbori-
bus, absque fundo constitui potest em-
phyteusis duratura, quousque arbores-
durent in fundo, vt post Bald. Iaffo. &
Gregorium literis consignatum reli-
quit Aluarus Valascus dict. quæst. 12.
numer. 4. pro qua sententia illud facit,
quod res omnes, quæ solo cohærent,
bonis immobilibus annumerantur. Ideo
fructus, quamdiu pendent, inter immo-
bilia censentur. l. si pendentes. ff. de
usu fructu. Tiraquel. de retract. ligna-
gier.

Libri Secundus

gier. §. 1. glos. 7. num. 36. De re Couta
ruuas lib. 1. variar. capit. 15. numer.
12. Iacob. Menoch. in tractat. de recu-
peranda possessione remedio. 6. nume-
ro 45. & ædificia solo inædificata. 9.
cum in suo loco, Institut. de rerum di-
uisione.

o Duodecimo, & postremo loco vi-
dendum est, an super nauis census consti-
tui valeat? & videtur dicendum quod
non, quia nauis inter bona mobilia re-
fertur. l. 1. §. illud utique. ff. de vi, & vi
armata, iuncto. §. si quis de naue eius-
dem legis. l. vim facit. §. quod in nauis ff.
quod vi, aut clam. Iason consil. 170. co-
lumn. 2. versicul. secundo facit, & co-
lumn. 6. versicul. non obstat secundum,
volam. 2. Menoch. de recuperan. reme-
dio 1. numer. 42. Ex quo Angelus in l.
foramen in fine. ff. de seruit. urbanor.
prædiorum scribit nauis seruitutem im-
poni non posse, sequitur Capola de ser-
uitu. rustico. titul. de naue in principio,
Benvenuto Stracha tractat. de nauis
num. 20. pagin. 253. Tiraque. de retra-
ctu ligna. §. 1. glos. 7. numer. 91. Aluar.
Valascus. d. quæst. 12. num. 9. & Petrus
de Bellapertica, Raynerius de foro Li-
uio, Albe in l. sciendum. ff. qui satisfacere
cogantur, constanter assenerarunt
possessorem nauis non excusari ab onere
satisfacendi. Hinc Andr. Tiraquelus
d. gloss. 7. numer. 90. & 91. asseruit in
nauis vendita non habere locum ius re-
tractus ex consanguinitate competens,
& in emphyteusim dari non posse cen-
suit Paris de Puteo in tractat. de reinte-
gratio. feudi. fol. 148. capite. an inues-
tien. numer. 3. 4. quem refert, & sequi-
tur Aluar. Valasc. dict. quæst. 10. num.
9. è contra vero facit text. in l. penult.
§. vltim. ff. de his qui deiecerunt, vel
effuderunt, iuncta. l. 1. eiusdem titul. l.
naue. ff. de euitio. l. in eadem. §. vltim.
ff. ad legem Iuliam de vi publica. l. si vni-
uersa in principio. ff. de acquirend. pos-
sessio. l. rerum mixtura in principio. ff.
de usu capio. l. si nauis ff. de rei vendic.
quibus in locis nauis domui æquipara-

Quare Bartol. in l. si in stipulatus
etiam abs te eolum. 2. ff. de verbos. obli-
gat. nauem inter immobilia refert, &
Bald. in l. centi eolum. 2. C. de locato,
& conducto, nauem comparat prædio
urbano, sequitur Capola de seruitur.
urbano. prædior. rubr. 14. versic. quid
de nauis, Decius in l. nemo de domo. ff.
de regul. iuris, & prædio rustico, Iason,
& Ripa, in l. quo minus 18. quæst. ff. de
flumini. Hinc quoque Nicolaus Boe-
rius decis. 177. numer. 7. & 8. scripsit ex
venditione nauis deberi ventam, & lau-
dium, tanquam ex venditione rei im-
mobilis, referens in Senatu Burdega-
lensi aresto quodam ita fuisse compro-
barum. In hac autem dubitatione ipse
in eam sum procliuior sententiam, ve
existimem ex natura rei, & seclusa con-
stitutione Extrauaganti Pij Quinti de
forma creandi census in nauis censum co-
stitui posse: non quia intelligam nauem
rebus immobilibus aggregandam esse,
contrarium enim arbitror esse verius,
sed quia ex natura rei census in re mo-
bili, solaque persona imponi, & confi-
stere potest: eamque census constitutio-
nem approbavit Extrauaganti sua Ni-
colaus Quintus relata superius varijs in
locis, vbi vero Pij Quinti Extrauagans
esset usu recepta, non posset census in
nauis constitui. Nec vbi que locorum, si
audienda esset opinio illorum, qui non
nisi in re stabili censum consistere, & fun-
dari posse tuentur acerrime, quam non
esse veram ostendi lib. 1. cap. 8.

EPITOME Capit. III.

Notatur, an usu fructuarius
possit in usu fructu cen-
sum imponere.

Ex communi sententia ius
usus fructus nequit edi, alienari, aut
pignori, vel hypothecæ subijci, potest
autem

- aut. si a commoditas fructus percipiendi, quæ durat, quandiu in usufructuario.
- 3 Ex communi sententia ius annui redditus constitui potest in ipsa comoditate percipiendi fructus.
 - 4 Aduersus communem resoluitur ususfructum vendi, locari, aut pignori dari posse: cedi vero extraneo non posse, ibique constituitur vera differentia ratio.
 - 5 Generaliter constituitur in usufructu posse ab usufructuario imponi ius annui redditus duraturum quoad vitam usufructuarij.
 - 6 Usuarius non potest usum locare, aut pignori dare, neque in illo censum constituere.
 - 7 In habitatione, quæ seruitus personalis est, ius redditus annui constitui potest.
 - 8 Late discutitur, an in seruitutibus constitui valeat ius redditus annui, & defenditur communis differentia inter seruitutes rusticas, & verbanas.
 - 9 In proprietate inuito proprietario non potest usufructuarius censum imponere.
 - 10 Proprietarius etiam inuito fructuario potest in proprietate censum constituere.
 - 11 Proponitur egregia questio, an superficiarius in superficie possit censum constituere.
 - 12 Explicatur quid sit superficies.
 - 13 Superficiarius in superficie habet utile dominium, & ideo potest illam pignori dare, vel hypothecæ subijcere, atque potest in ea seruitutem, & censum imponere.
 - 14 Declaratur illa propositio resolutio iure dantis resoluti ius accipientis.
 - 15 Differitur, an emphyteuta possit in emphyteusi censum imponere, & resoluitur posse.
 - 16 Emphyteuta potest in emphyteusi constituere usum fructum, & seruitutem imponere.

- 17 Explicatur sententia Petr. Folliery abque domini assensu potest in re feudali imponere ius annui redditus.
- 18 Vassallus in re feudali potest seruitutem imponere.
- 19 Aduersus Terram Follerium defenditur non posse in re feudali censum constitui inuito, & repugnante domino.
- 20 Reprehendi solet communiter sententia Bartoli in l. si constante ff. soluto matrimonio in princi. 3. quæst. 3. quæstionis princ. p. quia existimauerit bona feudalia comprehendendi in tacita hypotheca, quæ inducitur a lege in bonis mariti pro dotis restitutione.
- 21 Explicatur doctrina Baldi in l. 2. C. communia de legatis, & in cap. primo §. autem si libellario quib. modis feudum amittatur.
- 22 Proponitur questio, an libellarius possit in libello censum ponere.
- 23 Agitur, quid nam sit libellus.
- 24 Libellarius potest in libello ius redditus annui imponere.
- 25 Libellus, & emphyteusis in effectu non differunt.
- 26 Qui ex precario rem possidet, potest in ea censum constituere, quia precaria ex communi Doctorum sententia in effectu æquiparatur emphyteusi, illique accedit.
- 27 Declaratur quid sit precaria, & in quo differat a precario, remissione.

CAPV T. III.

De usufructuario, superficiario, emphyteuta, vassallo, & alijs id genus, an valeant imponere censum.

ET de usufructuario principio videndum est, an valeat censum imponere? Quæ dubitatio committitur iudicem inspectionem

P s. c. r. e. m.

Liber Secundus

tionem: prima etiam vāte...
 ctu, secunda an in proprietate Quod au-
 tem nequeat in usufructu, videtur sua-
 deri ex tex. in l. si usus fructus 65. ff. de
 iure dotium, & in l. si usufruct. 9. C. de
 usufructu §. finitur inst. eodem, quibus
 in locis constituitur usufructum aliena-
 ri non posse. Et ita docuit glos. in dict.
 §. finitur, & in dict. l. si usus fructus. Se-
 quitur Paul. de Castro, in l. 4. ff. de no-
 uati. Antoni. Negusan. de pignori. 3.
 memb. 2. par. num. 9. Andre. Alciat. in
 l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 48. ff.
 verbor. oblig. Couar. lib. 1. varjar. cap.
 8. num. 7. Iacob. Cuiac. in dict. §. finitur
 & in notis ad Iulium Paulum, lib. 3. sen-
 tentiarum, tit. 6. versic. usus fructus, &
 ad Ulpianum in fragmentis, tit. 28. plu-
 res cumulat doctissimus Arias Pinel. in
 l. 1. C. de bonis maternis. 3. par. num. 38.
 igitur nec in usufructu poterit conti-
 tui ius pignoris, nec hypothecæ, aut red-
 ditus annui. Quæ enim vendi, alienari-
 que non possunt, nec pignori, hypo-
 thecæve subijci valent. l. 1. §. eam rem
 ff. quæ res pignori. l. ultim. C. de rebus
 alie. non alienan.

E contra vero facere videtur text. in
 l. arboribus 13. §. usus fructuarius. l. nō
 vititur. 45. l. cui usus fruct. 37. ff. usu fru-
 ctu. l. in venditione ff. de bonis autori-
 tate iudicis possidendis. l. necessario. §.
 ultim. ff. de peri. & cōmodo rei vendi-
 tæ. l. usufruct. 58. versic. si vero. ff. so-
 luto matrimonio, vbi probatur apertis-
 sime usum fructū vendi, & alienari pos-
 se, & Iabolenus in l. fructus 72. de reg.
 iuris, & in l. ultim. ff. de vsuris, & Mar-
 cia. in l. si is qui 11. §. usus fructus. ff.
 de pignoribus, responderunt usum fru-
 ctum pignori dari posse. Ex quo pluri-
 mi autores à recepta recedentes tradi-
 tione constanter asseuerarunt usum fru-
 ctum libere vendi, distrahi, & pignori
 dari, hypothecæve subijci posse: è quo-
 rum numero sunt Aretinus in l. qui Ro-
 mæ. §. duo fratres, num. 18. ff. de verb.
 obligat. Theophyl. Ottoman. & Mi-
 finger. in dict. §. finitur, Carolus Moli-

as in labyrintho sexdecim a slyam, ca-
 st. Pinel. dict. 3. par. numer. 88.
 Emmanuel Suarez Lulitanus lib. 1. ob-
 feruatio. cap. 6. Pardolphus Prateius in
 thesauro iuris ciuiliis, verb. usus fructus.
 Hugo Donellus de pignori. titul. an in
 omnibus rebus quæ in bonis sunt, pig-
 noris obligatio consistat. Iacob. Cuiac.
 lib. 15. obserua. cap. 6. ex quo res esse-
 cta est controuersa, videtur que nostris
 professoribus illa distinctio placuisse
 magis, vt ius ipsū usus fructus nequeat
 2 cedi, alienari, distrahi, pignori, vel hy-
 pothecæ subijci: possit autem ipsa com-
 moditas percipiendi, quæ extinguitur
 morte alienantis, non illius, cui est com-
 moditas cessa. Sicque scripsere plures,
 quorum meminere Couar. & Pinelus
 vbi supra, Antoni. Quesada cap. ultimo
 num. 19. Antonius Gomez. 2. tom. cap.
 15. numer. 15. Antonius de Lara in l. si
 quis à liberis. §. parens, a num. 60. ff. de
 liberis agnoscen. Ioann. Gasias de ex-
 pens. & meliorat. cap. 10. num. 30. 31.
 & 33. videtur que probari ex tex. in l.
 24. titul. 31. part. 3. vbi notat Grego. Lo-
 pez gloss. *el derecho*, & sequitur Fran-
 cisc. Baldui. de pignorib. cap. 12.

3 Igitur ex communi Doctorum sen-
 tentia apparet dicendum, ius annui red-
 ditus posse constitui in ipsa commodi-
 tate percipiendi fructus, non vero in ip-
 so iure usus fructus, quoniā illa potest,
 hoc vero nō potest in pignus dari. Quæ
 resolutio licet frequentissimo nostro-
 rum interpretum consensu recepta fue-
 rit, nequaquā mihi placere potest. Ete-
 nim Iuriscōsulti veteres in dict. l. arbo-
 ribus. §. usufructuarius, & in l. non vit-
 tur, & in d. l. cui usus fructus cū alijs ad-
 ductis superius docēt apertissime usum
 fructū vendi, alienari, pignori dari pos-
 se. Igitur necessum est, vt ius aliquod
 vendatur, aut pignoretur: nam usus fru-
 ctus ius est vtendi, & fruendi rebus alie-
 nis, salua earundem rerum substātia in
 princi. inst. de usufructu. Qua propter
 4 constituo usum fructū veni, locari, aut
 pignorari recte posse, quo casu fructuū
 percep-

percepti
in emptore
conducentem, aut creditorem, cedi vero extraneo non posse. d. §. finitur instit. de usufructu l. si usufructus ff. de iure dotium, pro differenti vero ratione cognoscenda perfecte oportet considerare cedere in iure illos dici, qui dominium rei suæ in alium transfererent, a quo ipsi se abdicabant. Fiebat autem cessio in iure per tres personas in iure cedentis, vendicantis, & addicentis, cedit in iure dominus vendicantis, cui fit cessio, addicit prætor, prout explicant Vlpia. in fragmen. titu. 19. vers. si in iure cessio, Boecius in Topyca Ciceronis, ubi quoque ex Latomo, Budæo, Ottomano, Sigonio notat Dominus Petrus Velleius de Guevara. §. 19. numer. 26. Brissonius de verbis iuris verbo, cessio in iure, & libro primo Selectarum capite septimo, Pardulphus Prateius in Thesaurio iuris civilis, verbo cedere, Iacobus Rabardus ad leges 12. Tabula. capite 16. & de autoritate prudentum cap. 5. per quam in iure cessionem res omnes incorporales alienabatur, ut hæreditas, seruitus, tutela, autore Vlpiano, dict. tit. 19. ubi Cuiacius. Sic seruitutem passim cedi legimus. l. vlti. ff. communia prædiorum l. tertia ff. de seruit. rustico. & cedere nomina l. Iulianus 30. ff. de petitione hæreditatis, & cedere actiones l. 3. §. idem Labeo. ff. de in rem verso, & cedere usum fructum d. §. finitur. l. corruptionem. C. de usufructu. l. si usufructus. ff. de iure dotium; hac autem in iure cessione omne ius, quod cedens habet in re, transfert, quoniam est modus legitimus transferendi dominium, ut colligi potest ex Vlpiano, alijsque autoribus superius adductis. Quare si hæreditas alicui cessat, ita remanet heres ille, cui fit cessio, ac si legitime esset institutus hæres, nihilque in persona cedentis remanet. Quod si hæreditas sit alicui vendita, adhuc venditor remanet hæres, creditoribusque defuncti obligatus. l. emptor C. de hæredi. vel actione vendita. Ex quo intelligi debet text. in l. qui tibi C. de hæ-

redi. vel actione
reditatis non
antiarum ante
restitutionem. Id enim
fit, quia venditio hæreditatis non est legitimus modus transferendi dominium sine traditione, vel cessione, ex hisque facili negotio cognosci potest ratio, quare nequeat usufructus cedi extraneo. Etenim per cessionem illud ius in corporeum utendi, & fruendi necessario transferendum erat, quod apertissimis iuris traditionibus aduersabatur, quoniam seruitus personalis est l. 1. ff. de seruit. ac proinde de persona in personam transire non potest, inque extranei persona nihil agi d. §. finitur. Reuertitur tamen ad proprietatem, & finitur usufructus, quia usufructuarius per cessionem abdicauit a se ius illud utendi & fruendi, qua ratione debet accipi l. C. Póponius in d. l. si usufructus: ait enim usum fructum cedi non posse extraneo, & si cedatur, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum, non morte usufructuarij, ut Pinelus, & alij nouiores interpretantur: quoniam tunc nullam prorsus dubitationem contineret: quippe sit perquam manifestum, quod etsi non cederetur, morte usufructus ad proprietatem reuerteretur. Quare Pópon. expresse docet cessione usum fructum extinguere & ad dominum proprietatis reuerti. Vendi autem usufructus, vel pignori dari potest, quia ea non est propria rerum in corporalium alienatio, sed fructuum tantum, aut corporum, quæ in usufructu continentur, ideoque ius illud incorporeum non amittitur ex venditione, sed fructuum perceptio competit. Emptor vero usufructus, aut creditor, cui pignori datus est, exemplo emptoris hæreditatis ipso iure muniti non erunt, sed tuitione prætoris utiles tantum actiones habentes. Consequuntur igitur ex pignore, aut venditione ius quoddam utile, non directum: quoniam hoc manet in persona usufructuarij vendentis, vel pignorantis, quo extincto, perit & consumi-

cap. 5. Francisc. Duare. libr. 2. /
niuersaria. quaestio. cap. 13. Hugo Do-
nellus, & Francisc. Bald. vbi sup. qui om-
nes arbitrantur, nec urbanas, nec rusti-
cas seruitutes pignori, aut hypothecæ
non posse, ea ratione, quia generale est
in omnibus seruitutibus, vt nec ex tem-
pore, nec ad tempus constituentur l. 4.
ff. de seruitutib. sed perpetuam causam
semper habere debent. l. foramen ff. de
seruit. urban. sed pignoratitia omnis ad
tempus fit, donec pecunia soluatur: igitur
nulla seruitus dari potest pignori,
vel hypothecæ. Rursum quoad precarij
concessionem inter urbanas, & rusti-
cas seruitutes non est differentia, l. 3. l.
& habet §. precario ff. de precario l. si
quis sepulcrū ff. de religiosis, & sumpti-
bus funerum. Ergo nec erit quoad pig-
nus, vel hypothecam, docent que hi au-
tores Pauli responsum in dict. leg. sed
an vix intelligi de seruitute, quæ nulli
vnquam fundo quaesita est, sed a domi-
no prædij constituitur, donec pecunia
soluta non sit: quæ pignoratitia licet stri-
cto iure defendi non possit, cum fiat ad
tempus, tamen propter utilitatem con-
trahentium admittitur. Quem intellec-
tum præsensere Barto. in lege prima ff.
de usufructu legato, Bald. in dict. l. si is,
qui ff. de pignor. & ibi Salycetus, & Ful-
gosi. Negusan. vbi supra: quæ tamē sen-
tentia, & interpretatio videtur diffici-
lis, & violēta, ex dictione aduersatiua,
sed, posita in principio dict. leg. 12. quæ
implicare videtur Paulum loqui in eis-
dem terminis, in quibus Marcianus in
dict. leg. 11 §. ultimo: at Marcianus ne-
gavit seruitutes urbanas ab eo, cui de-
bentur, pignori, aut hypothecæ dari pos-
se. Igitur dicendum est, Paulum econ-
tra sentire, vt seruitutes rusticæ ab eo,
cui debentur, valeant in pignus, hypo-
thecamve concedi. Qua propter ele-
gantissimi ingenij vir Iacobus Cuiaci.
dict. libr. obseruationum capite sexto
tutatur communem differentiam inter
seruitutes urbanas, & rusticas, pulchrā-

diuersita-
aut. eius generis, nā
vt sit vtriusque pignus seruitutis non tantum
necesse est, creditorem habere prædij,
vicium, sed etiam, vt huiusmodi pignus
alij vicino distrahi possit; quia inutile
est pignus, quod alij vendi non potest.
l. 4. ff. de pignoratitia actione l. mulier
C. de distractione pignoris, & quia cre-
ditori habenti ædes vicinas, cui pignori
cōcessum est ius tigni, aut stilicidij emit-
tendi, non est alius vicinus, cui ea serui-
tus vsui esse possit. Nam, quod ex ædi-
bus suis tignum immittit creditor in
ædes debitoris, non æque alij vicino ex
suis ædibus in eandem partem immittē-
di vllus est vsus, vtilitasve, ac consequē-
ter id certe alter vicinus nunquam em-
pturus est, & alius non vicinus emerit
etiam frustra: ergo ius seruitutis inuti-
le pignus est. At vero ius prædij rustici
alij vicino distrahi potest, idq; forsam
magno alius vicinus redempturus sit,
cum possit vno itinere pluribus patere
aditus in suos fundos, maxime cum in-
fundorum finibus sint gradus quidam
liberi pedū aliquot. Neque obest quod
seruitutes, neq; ex tempore, neque ad-
tempus possint constitui, quoniam hæc
lex semper pignori inest, vt distrahi pos-
sit in perpetuum, saltem debitore trina
denunciatione cōuento. Neque etiā
obest, quod de precario dictū est, quia
summam rationem habet. Possessio e-
nim sola, aut quasi possessio precario
datur, & vtilitas precariæ possessionis
non, vt ius pignoris in distractione con-
sistit, sed in vsu tantum ad libitum domi-
ni, qui precario itineris, aut immissi, vel
protecti vsu concessit. Quare in pro-
posito resolendum est, in seruitutibus
urbanis ius redditus annui nō posse cō-
stitui, quia pignori, vel hypothecæ da-
ri non valent: posse autem in seruituti-
bus rusticis, iuxta communem differen-
tiam explicatā superius. Et hæc quoad
primam inspectionem de usufructu.

Quoad secundam vero negandum
est usufructuariū posse in ipsa proprie-
tate

proprietate
imponere: quoniam in
test hypoteca constituit. l. aliena res. l. si
rem alienam. l. rem alienam. ff. de pigno
ratia actione. l. quæ prædium, & l. vlti.
C. si res aliena pignori data sit: at pro
prietatis quoad vsum fructuarium res a
liena est: igitur nequit in proprietate ab
vfu fructuario census constitui. Et hinc
est vsum fructuariū in re, in qua vsum
fructum habet, seruitutem imponere
non posse, cum dominus non sit. l. prima
ff. communia prædiorum. l. secunda ff.
de seruitut. §. ideo autem institut. eodē,
obseruāt in specie Dominus Antonius
de Padilla in leg. & in prouinciali, nu
mero quinto C. de seruitu. & aqua, Lu
douic. Molina, libro primo de Hispano
rum primogenijs, capite 20. numero 1.
Ioan. Carli: de expensis, & meliora. ca.
10. num. 20. Corrafi. in l. seruitutes præ
diorum numero 20. ff. de seruitu. Ex
quo non possum non mirari Pinelum
virum alioquin doctissimum, & in dis
cernendis Doctorum perplexis opinio
nibus tolerantem, & diligentem in leg. 1.
C. de bonis maternis tertia parte, num.
70. quasi receptum tradidisse usufruc
tuarium, quemadmodum emphyteu
tam, & vassallum posse constituere ser
uitutem duraturam tandiu, quandiu du
rat vsum fructus: nā & si vassallo, & em
phyteutz concedatur in re feudali, vel
emphyteutica seruitutem imponere, vt
inferius resoluam, tamen usufructuario
negandum est, quoniam est inter illos
longa differentia. Vassallus enim, & em
phyteuta domini sunt, usufructuarius
dominus non est.

10 E contra vero proprietarium cen
sum posse constituere super propieta
te affirmandum est, ex textu in leg. secū
da, C. de usufructu. Vbi Seuerus & An
toninus Imperatores rescripserunt domi
num proprietatis posse proprietatem
suam obligare, licet alius habeat vsum
fructum his verbis, *Quæ res non impe
dit proprietatis dominum obligare cre
ditori proprietatem, manente scilicet in*

Calruet. vna
in consensu omnes inter, anno
1400: quare Hollerius in dict. pragma.
teruo huiusmodi census super rebus
numero 44. in nuda proprietate censet
posse constitui redditum annuum expē
dens Nicolai Quinti constitutionē
trauagantē, quam comētur in illis ver
bis super rebus, & proprietatibus suis.

Sed hanc resolutionem difficilē red
dit Vlpiani respōsum in l. sed & si quid
15. §. final. ff. de usufructu, illis verbis,
*Proprietatis dominus ne quidem con
sentiente usufructuario seruitutem im
ponere potest.* Ex quibus glosa ibi verbo,
imponere, docuit proprietarium non
posse etiam consentiente vfu fructua
rio seruitutem imponere ipsi propieta
ti: quam vltra Doctores ibi comuni
ter sequuntur Paulus, & omnes in l. vl
tim. §. filijs. C. de bonis, quæ liberis, Cor
rafi. in dict. l. seruitutes prædiorum, nu
mero 18 & communiter probari testā
tor Cæpo. de seruitu. urbano, capit. 14.
numero octauo, & Pinelus in l. prima
C. de bonis maternis secunda parte nu
mero 74. & rationem tradit Alcia. in l.
penult. numero 53. C. de pact. aliam re
fert Menchaca de successio num crea
tione §. septimo numero quarto, & cō
munem sequitur Iacobus Cuiacius in
§. religiosum instit. de rerum diuisione.
Nihilominus tamen responderi potest,
Vlpianum non negare proprietatis do
minum posse illi seruitutem imponere,
quemadmodum aduersus communem
acerrime contenderunt Francisc. Con
lib. 4. commentario iuris ciuilib ca. 3. nu
me. 3. Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis
2. part. num. 74. Dominus Francisc. Sar
mient. li. 6. Sele. interpretat. c. 12. docen
tes verba illa, *Ne quidem consentiente
fructuario accipiēda esse, id est, nō cōse
ntiente usufructuario.* Quasi Vlpianus, &
Paul. constituent duas regulas, primam
consentiente usufructuario dominum
proprietatis posse quamlibet seruitu
tem constituere, alteram sine con
sensu fructuarij posse imponere illam,
qua

quod si seruarij conditio non fiat de
 rior. cum cum magis putem nona
 sententiam Connani, Pineli, & Franca-
 ci Sarmiento, Vlpiani verba, & mētem
 violare; admitto libenter proprietatis
 dominium seruitutē imponere nō po-
 se, non tamen inde consequi illum non
 posse hypothecam, iusve redditus an-
 nui in proprietate constituere. Differē-
 tię autē ratio viua, & spirans, ex eo pro-
 cedit, quod seruitus quælibet, tam urba-
 na, quam rustica consistit in iure quod-
 dam vtendi, & fruendi, quare cum eo
 careat proprietatis dominus, nequit im-
 ponere seruitutem, at vero quoad hy-
 pothecam id non exigitur, sed sufficit,
 quod sit in bonis debitoris illam consti-
 tuentis, ac proinde recte potest innuda
 proprietate hypotheca, censusve con-
 stitui.

11 Rursus inquirendum est, an in super-
 ficie census valeat constitui, & superfi-
 cies dicitur, quid quid est suprafaciē ter-
 ræ: vnde parietes, & tecta in urbanis, in
 rusticis arbores, vites, herbæ, fructifices
 superficiēi adscribuntur. Vitis enim ap-
 pellatur superficies vineæ. l. certo gene-
 ri 13. ff. de seruitu. rusticorum, & do-
 mus dicitur superficies soli, edes namq;
 constant ex solo: & superficies. l. eum
 qui 23. ff. de vsucapio. Sicque declarāt
 Corrafi. & Eguina. Baron. in l. 3. ff. de
 seruitutibus, Vaconi. à Vacuna libro. 2.
 declaratio. iuris ciuilib, declaratio. 43.
 nu. n. 26. Menochius de retinenda pos-
 sessi. remedio 4. in principio, & lib. 2.
 de arbitrar. iudicium causis, casu. 31. Al-
 ciatius in l. fundi, & Rebuffus in l. bono-
 rum, §. in bonis autem, ff. de verbo. sig-
 nificatio. & hinc est quod superficiaria
 prædia illa dicuntur, quæ in conducto
 solo certa annua pensione habentur. l.
 vltim. ff. de superficie. Quia ratione de-
 bet explicari tex. in l. item. ff. familię Er-
 ciscundæ. l. tutor. 16. ff. de pignor. actio-
 ne. l. cum sponsus. 14. §. in vectigalibus.
 ff. de publiciana. l. 1. §. hoc interdictum
 ff. de vi, & viar mata. l. hoc amplius 9.
 §. quæsitum. l. inter quos. 39. §. damni.

12 in l. 1. ff. quibus me-
 dis vsus fructus amittatur, & superfi-
 cius dicitur ille, qui in alio solo ædifi-
 cat, quod à domino conduxit ea lege,
 vt sibi ædificare liceret, & ædificatum
 habere in perpetuum, vel ad tempus, in
 plures, inquam annos, certa pensione
 annua l. superficiario. 74. ff. de rei ven-
 dicatio l. damni. 8. §. ei qui. ff. de dam-
 no infecto. Non tamē intelligas ad sub-
 stantiam contractus superficiarij esse ne-
 cessum, vt præstetur aliqua annua pen-
 sio: nā emptione, legato, donatione con-
 stitui potest, absque eo quod aliquod
 annum soluatur, vt explicat eleganter
 Bart in l. vltima. ff. de superficiebus. la-
 so. in l. 1. §. si ergo superficiarius, num.
 2. versicul. Item est contractus. ff. de no-
 ui operis nunciatio, & in l. 1. num. 44. C.
 de iure emphyt. Menochius de retinen-
 da, remedio. 4. num. 5. & 6. Aluarus Va-
 lascus de iure emphyt. quæst. 33. num.
 3. superficiarius autem in superficie ha-
 bet vtile dominium. l. 3. §. 1. ff. de operis
 noui nuncia. l. superficiarij. ff. de rei vē-
 dicat. glossa magna in l. 3. de seruit. &
 ibi Corrafi. num. 5. gloss. in l. vltim. ff.
 de superficiebus. Bart. Angel. & omnes
 in l. 1. ff. si ager vectigal. Angel. in l. de
 quibus, num. 23. ff. de legib. dicitur com-
 munem Paulus Paris. consil. 50. nu. 21.
 vol. 1. Menoch. dict. remedio 4. de re-
 tinen. num. 5. Valascus dicta questione
 33. num. 2. quare superficiarius in su-
 perficie potest seruitutem imponere. l.
 3. ff. de seruitut. l. 10. titul. 31. part. 3. Bar-
 tol. in l. 1. §. vltim. ff. de superficie. Bal-
 in l. 3. C. de serui. & aqua. Pinel. in l. 1.
 C. de bonis mater. 2. par. num. 71. Valaf-
 cus dict. q. 33. num. 2. Menochi. dict. re-
 med. 4. num. 31. potest quoque pigno-
 ri, vel hypothecæ dare superficiem. l.
 grege. 13. §. & in superficiarijs. ff. de pig-
 no. l. etiam superficies. ff. qui potiores
 in pigno. habeant. l. tutor. §. vltim. ff. de
 pignorari. actio. & obseruat Franciscus
 Baldui. in tract. de pigno. c. 12. quo cir-
 ca statuendum est in superficie consti-
 tui posse redditum annuū, durabit au-
 tem

rem tando, quadio. **24** rias quaest. 180. num. 2. & 3. Socin. Iunior confil. 61. num. 8. lib. 3. Iulius Clarus lib. 4. sententiarum. §. feudum. q. 37. Francisc. Baldi. dict. cap. 12. Berous. q. 95. num. 11. Gregor. Lopez, in. l. 11. tit. 31. part. 3. glos. mag. Pinel. & Menoch. ubi supra, Dominus Antonius de Padilla in. l. 3. num. 5. C. de seruitu. & aqua: Celeberrimum enim est axioma iuris, resolutio iure dantis resolutio ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pignor. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure ff. si. l. quod si pendente. §. vltim. ff. de periculo, & commodo rei venditae. l. petro. §. praedium. ff. de legatis. 2. l. 1. & 2. C. si pignus pignori datum sit, cap. nuper de donationibus inter vir. & uxorem, & scribant Decius in. l. aliud est vendere. §. vltim. ff. de regul. iur. Gozadi. confil. 39. num. 5. Carolus Ruy. confil. 17. num. 8. lib. 1. Tiraquel. de retract. lignagier. §. 36. gloss. 2. num. 19. Crauet. confil. 299. numer. 4. quae propositio locum habet, ubi ex causa necessaria fit resolutio, secus ubi ex causa voluntaria. l. si res ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. l. in die. ff. de aqua pluuiali arcenda: quo circa resolutio contractu ex pacto de retrouendendo, resolutur pignus, vel hypotheca ab emptore constituta medio tempore. l. lex vectigali. ff. de pignor. l. si ex duobus. §. vltim. ff. de in diem additione. Similiter in haerede grauat o, restituere post mortem suam, qui interim res, vel hypotheca, vel seruitutibus oneravit. Nam eo mortuo & ita euenienti die fideicommissi extinguentur nexus illi pignoris, hypothecae, & seruitutum. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure ff. si. Quod si venditor ex remedio legis 2. C. de rescindenda venditio. rem auocet, eoque modo contractus resoluatur, non cessat, non extinguitur, sed durat nexus pignoris, hypothecae ab emptore interim constitutus. Quia non ex causa antecedenti, & necessaria, sed voluntaria contractus resoluatur. Cuman. & Imola, in. l.

ff. de aqua pluui arc. 480. res. ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca. soluitur Tiraquel. de retract. conventional. §. 3. glos. 1. & vnica, num. 10. & 11.

15 Quid autem dicemus de emphyteuta, an valeat in emphyteusi redditum annuum constituere, cuius explicatio pendet ex eo an emphyteuta valeat sine consensu domini emphyteusim in pignus, vel hypothecam dare, qua de re animaduerti tres autorum dissentientium opiniones. A cursu enim verbo vendere in l. vlt. C. de iure emphyteutico, docet emphyteutam irrequisito domino posse obligare, & pignorare rem emphyteuticam, sequuntur, Bart. Bald. & Paulus de Castro in. l. tutor. §. fin. ff. de pignoratitia actione, Bart. in l. si constante in princ. 3. quaest. tertiae q. principalis. ff. soluto matrimonio. Dicit communem Ias. in. d. l. vlt. num. 78. Alexand. confil. 173. volum. 2. Hieron. Gratus. confil. 55. num. 14. lib. 1. & confil. 54. num. 5. eodem lib. Franciscus de Ripa in. l. filius familias. §. diu. in. 2. num. 90. ff. de legatis 1. Matthaeus de Afflictis decis. Neapolitana. 191. num. 3. Negusan. de pigno 2. membro. 2. partis. num. 28. Iulius Clarus. §. emphyteusis q. 18. Dominus Antonius de Padilla in. l. 3. num. 8. C. de seruitu. & aqua. Corrafin in. l. 3. num. 25. ff. de seruit. & probat apud nos lex regia 29. tit. 8. part. 5. cuius meminit Ioann. Gasias. de expensis & melio. c. 6. num. 21. & pro hac parte solet expendi text. in l. lex vectigali. ff. de pignori. & in l. tutor. §. vltim. ff. de pignoratitia actione. In contrariam autem sententiam ab Ise Ludouicus Romanus in. l. si constante in principio. ff. soluto matrimonio ex regu. text. in l. vltim. C. de rebus alienis non alienan. inde arbitratus in generali hypotheca bonorum non comprehendi in bona emphyteutica, & hanc partem aduersus communem sustinet Cremen. singul. 85. & defendit sapientissimus Franciscus Sarmiento, lib. 3. selectarum interpretatio. cap. 2. numer. 23.

Median.

Media amplectitur opinionem
 Ioan. Crota in l. si constante in princ
 pio, numero 48. lectio ff. soluto matrimo
 nio, vt bona emphyteutica compre
 hendantur in tacita, & legali hypothe
 ca, ac proinde maneant obligata pro do
 tis restitutione, non vero in expressa. ac
 ideo nequeant expresse obligari ex re
 gu. tex. in d. l. vltim. C. de rebus alienis,
 pro qua sententia illud facit, quod & si
 minoris bona immobilia non valeant
 absque decreto obligari expresse l. si
 pupillorum §. si pupillus. ff. de rebus eo
 rum: tamen absque aliqua solemnitate
 continentur, & includuntur in legali, &
 tacita hypotheca, gloss. verbo teneri in
 leg. vltima C. de legitimis tuto. vbi se
 quuntur Cynus, Faber. Bald. Ange. &
 Salycet, dicit communem Iason in l. si
 constante in principio, numero 210. ff.
 soluto matrimonio, & magis commu
 nem Iacobus Menochi. de adipiscenda
 posse. remedio 3. numer. 89. Ferdinan.
 Menchaca lib. 3. controuersi. vlt. fre
 quentium cap. 55. num. 3. Negusan. de
 pigno. 4. membro. 2. partis numer. 154.
 Palacios Rubios in capi. per vestras de
 donationibus inter virum, & vxorem.
 §. 26. testatus veriore, & receptiore
 opinionem Bello. in §. ite seruiana nu
 mero 31. institutis de actio. alios refert
 Caldas Pereira in l. si curatorem habes
 C. de in integrum restitutione mino. ver
 bo cum non absimilis, numero 35. & in
 effectu videtur magis probare Domi
 nus Ferdinandus de Mendoza libro. 2.
 disputatio. ciuiliu, capite. 4. nume. 34.
 in qua disceptatione licet olim cum re
 legerem publice responsum Vlpiani, in
 d. l. si constante, hanc opinionem Ioan
 nis Croti magis probassem, nunc matu
 rius re ipsa considerata censeo amplec
 tendam communem sententiam, quam
 etiam defendit Benedictus Bonius de
 censib. art. 28. neque obstat regula tex.
 in d. l. vltim. C. de rebus alien. non alie.
 quoniam procedit vbi simpliciter, & ab
 solute alienatio interdicta est, non etiã
 vbi secũdum quid, vt puta sine alterius

emphyteuta non
 simpliciter, sed sine consensu domini
 prohibeatur alienatio, recte is poterit
 emphyteusim dare in pignus, vel hypo
 thecam. Igitur in emphyteusi poterit
 emphyteuta censum constituere, quod
 notat Petrus Follerius in pragmat. Regis
 Alfonsi de censibus verb. huiusmodi cẽ
 sus super rebus numero 21. Redoanus
 de rebus Eccles. rubr. de constitutione
 annui census, nume. 35. Pro quo facit,
 quod emphyteuta potest in emphyteu
 si constituere vsu fructum Bald. in l.
 1. §. idem infundo ff. quibusmodis vsus
 fructus ammitta. Salycet in l. vltima,
 columna penul. & ibi Ias. colum. 34. C.
 de iure emphyteuti. Alexander, & Ias.
 in l. 3. §. ex contrario ff. de acquirenda
 posses. Cattelli. Cotta. verbo emphyteu
 ta non potest. Tiraquel. de retractu lig
 nagier §. 1. gloss. 7. numero 48. & serui
 turem imponere Corrafi. in l. 3. numer.
 2. ff. de seruitu. Padilla in l. 3. num. 6. C.
 de seruitu. & aqua, Pinel. in l. 1. C. de bo
 nis maternis. 2. part. numer. 70. Molina
 libro 1. de Hispanorum primogenijs, c.
 20. numero 2. quod etiam ad illos, qui
 vulgo *solariegos* appellantur, libenter
 extenderem. Idemque constituendum
 videtur de *vassallo*, & feudatario vt si
 ne domini consensu in re feudali valeat
 imponere censum, prout etiam scribit
 Petrus Follerius d. vers. huiusmodi cẽ
 sus super rebus nume. 6. & sequẽtib.
 Nam & vassallus potest in re feudali ser
 uitudinem imponere capit. 1. §. quid ergo
 de inuestit. in re aliena facta, Alexandr.
 consilio 18. post numerũ quintũ libro
 quinto, Padilla. Pinelus & Molina, lo
 cis proxime relatis, Cuiacius libro se
 cundo de Feudal. titulo 1000. Sed ni
 hilominus cẽseo a vassallo in re feuda
 li censum non posse constitui, absque
 consensu domini, quoniam vassallo in
 terdictum est feudum sine domini vo
 luntate in pignus dare, capite primo in
 principio de prohibita feudi aliena
 tione per Federicum, vbi Baldus, Iser
 nia, Aluaro, Præpos. Matthæus de

Q Afflictis

Afflictis, Speculatio
 bus §. 1. versi. sed nunquid feudum, Bal-
 dus in l. 3. C. vt in possessionem legato
 & in cap. 1. §. autem si libellario quib.
 modis feud. amitta. & esse cōmune pla-
 citum interpretum nostrum profitē-
 tur Franciscus de Ripa in l. obligatione
 generali numero 35. & pluribus sequē-
 tibus ff. de pignoribus. Anton. Neguf.
 tractatu de pignoribus 2. mēbro. 2. par-
 tis num. 43. Iulius Clarus §. feudum q.
 35. Ex quo solet reprehendi sententia
 20 Bartoli in l. si constante in principio 3.
 quæst. tertiæ quæstionis principalis ff.
 soluto matrimonio, existimantis bona
 feudalia comprehendere in tacita hypo-
 theca, quæ inducitur a lege in bonis ma-
 riti pro dotis restitutione; sicque Bart.
 reprehendunt ibi Bald. Roman. & Ale-
 xand. & alij, quos refert Ripa in dict. le-
 21 ge obligatione numero 36. Neque ob-
 stat doctrina Baldi in l. 2. C. cōmunia
 de legatis, & in d. §. aut si libellario
 scribentis cessare interdictum, & prohi-
 bitionem pignorandi feudum, vbi obli-
 gatur absque traditione animo luēdit
 atque cum in constitutione census feu-
 di traditio non fiat, videbatur ex senten-
 tia Baldi valere illam, quoniam respon-
 22 dendum est Baldum non dicere obliga-
 tionem, feudi absque traditione effica-
 cem esse, sed solum ex illa non incurri
 caducitatem, & priuationem, vt expli-
 cant Negufan. d. tracta. de pignoribus.
 3. membro secundæ partis, quæst. 12. Iu-
 lius Clarus dict. q. 35. valebit tamen cē-
 sus constitutio in feudo, vbi valet pig-
 nus, vel hypotheca: & casus, in quibus
 valeat, recensent Franciscus de Ripa in
 d. l. obligatione num. 37. 38. 39. Negu-
 fantius dict. 2. membro secundæ partis
 numero 44.

23 Huic disputationi consequens est al-
 tera, an libellarius census valeat consti-
 tuere in ipso libello? Pro cuius cognitio-
 ne, ne fallamur terminorum ignoratio-
 ne, videndum est, quid sit libellus, vnde
 dicatur. Qua de re autores non conue-
 niunt, diuersisque opinionibus distra-

huatur. Placet autem Jacob
 Cuiacij de feudis libro primo titulo se-
 cundo, quibus modis feudum amitta-
 tur, quod est venditio, quæ fit scriptura
 interueniente certo pretio, & hoc am-
 plius certa pensione cōstituta in annos
 singulos, & hac plerumque lege, vt sta-
 to, conducto que tempore contractus
 renouetur. Rursus numerato pretio cer-
 to, vel arbitrario, dictum est in diffini-
 tione scriptura interueniente; breui sci-
 licet scriptura: quoniam licet plerumque
 ad venditionem non requiratur scrip-
 tura lege contractus C. de fide instru-
 mentorum, tamen in libello necessa-
 ria est. Baldus in Rubrica C. de iure
 emphyteu. Ias. in l. 1. numero 39. C. eo-
 dem. Præterea dicitur certa pensione,
 quoniam in libello annua quoque pen-
 sio præstatur, sicut in emphyteusi, capi.
 1. §. donare qualiter olim feudum pote-
 rat alienari, & Grego. 2. epistol. capite.
 primo libellario nomine ad summam
 tremisis vnus habere concede. Et ap-
 pellatur venditio in d. §. donare, & in
 quodam edicto Constantini Porphyro-
 genæ de prædijs militaribus, cuius ver-
 ba refert Cuiacius vbi proxime; alij lo-
 cationem esse dicunt, & est eadem quæ-
 stio, quæ de emphyteusi, sit ne vendi-
 tio, aut locatio, qua de causa vsus fecit
 proprium contractum exemplo em-
 phyteusis. Quin, & libellum idem esse
 quod emphyteusis plerumque autores tra-
 diderunt, sed in hoc est differētia, quod
 non solet emphyteusis renouari non
 mutato possessore: libellus renouatur
 statis, certisque temporibus, etiam non
 mutato possessore data certa pecunia,
 vel quam bonus vir arbitratus fueris,
 secundum qualitatem rei in libellum
 data, & emphyteusis contrahitur sub
 lege meliorandæ rei, puta adificij in
 area ponendi, vel reficiendi, vel a-
 gri excolendi, & recreandi, libellus
 hanc legem non habet, & libellus in
 perpetuum fit semper, emphyteusis nō
 nunquam ad rēpus: libellum autē qui-
 dam existimant dictum, ab eo quod fiat
 sub

sub vilis. i. pensione duorum denariorum perpetua, vel temporali, cap. 1. §. donare qualiter olim feudum poterat alienari, vbi Afflictis num. 31. & Romanus. meliorem pecuniam libellam censum nummum appellabant, Cicero. 3. in Verrem, Ecquis Volcatio vnam libellam dedisset, si sua sponte venisset, & pro Roscio Comedo, Si petierit. S. H. ccc. Liiij, hic nisi planum facit sex tertia cum Liiij, id libellam sibi deberi, causam perdit, hoc est, si vnum denarium minus soluat, causam amittet. Conna. quæ refert Valasc. de iure emphyteu. quæst. 35. num. 11. Couarru. de collatione numisma. cap. 2. versicul. erat, & apud veteres alij censent appellatum a libella, hoc est mensura tritici, quæ vno die sufficere possit ad victum, vt accipitur in Liudices. C. de Episcopal. audientia, sicut, & apud Græcos Chænix erat sex quilibra, pertinens ad æstimationem victus diurni, iuxta illud symbolum Pythagoricum Chænici, Ne insideas, & notauit Andreas Alciatus lib. 1. parergon cap. 17. & quia huiusmodi pensio solebat pro huiusmodi contractu dari; ideo libellarius nuncupatus est. Sed magis placet à libello, hoc est breui scriptura dictum esse, vt autumat Cuiacius vbi proxime, & videtur antea docuisse Baldus in rubric. C. de iure emphyt. Quibus ita constitutis apparet dicendum libellarium in re ipsa, quam possidet ex libello, censum posse constituere. Moueor hac coniectura, quod celebre sit Doctorum placitum emphyteusim, & libellum in effectu non differre, Bartol. in. l. 1. C. de iure emphyteutico, & in. l. si finita. §. si de vectigalibus. 4. quæst. ff. de damno infecto, Alexander consilio 120. colum. vltim. volum. 1. & consilio 117. colum. penult. in fine, volumin. 4. Socin. consil. 167. colum. 2. volum. 2. & consil. 50. volumin. 4. colum. 1. Decius consil. 146. num. 7. & consil. 164. num. 1. Parisi. consil. 60. colum. 3. volum. 1. & consil. 77. colum. 2. volum. 3. & consil. 85. numer. 4. eodem volum. Iason,

in. l. 1. C. de iure emphyteu. numer. 37. & in authen. ingressi. num. 45. C. de sacrosanct. Eccles. Card. & Imol. in cap. potuit de locato, Curcius de feudis. 4. par. numer. 91. Rolandus consil. 87. numer. 1. volum. 1. Valasc. dict. quæst. 35. Iulius Clarus. §. emphyteusis, quæst. 1. Menoch. consil. 372. num. 3. volum. 4. Sed emphyteutæ permiffum est, irrequisito domino emphyteusim in pignus, vel hypothecā dare, in eaque censum constituere, vt superius resolutum est. Igitur, & libellario permiffum esse debet libellum hypothecæ subijcere, in pignus concedere, in eoque censum, & ius redditus annui imponere: dispositū enim in vno ex æquiparatis locum habet in alio, cap. translato. de constitutionibus. Qua ratione idem ius statuendū est in eo, qui ex precaria rem possidet. Quoniam precaria in effectu comparatur emphyteusi. Bartol. in dicto. §. si de vectigalibus, num. 10. Aluaro. in proœmio feudorum, colum. final. Ias. in. l. 1. num. 42. C. de iure emphyteu. Imola in l. ex facto. §. fin. colum. 2. ff. ad Trebell. Paulus in authen. ingressi numer. 8. C. de Sacrosanct. Eccles. Quid autem sit precaria, & in quo differat à precario, diserte tractat Aluar. Valasc. de iure emphyt. quæst. 34. Cuiac. lib. 1. de feudis, titul. 5.

EPITOME Capit. V.

Ex sententia Aymonis, & Follerij, census potest constitui titulo legati, donationis. alijsque titulis.

- 2 Agitur an titulo legati census constitui possit.
- 3 Ex sententia Aretini non valet legatum annua quantitatis, quæ do p in cipale nunquam exigi potest, sed redditus annuus dumtaxat. Contrarium tamen resoluitur esse verius.
- 4 Proponitur cōmunis resolutio, an va

Q 2 leg

- leat legatum annu...
 & fors, & reditus semper exigere potest.
- 5 Ex sententia Pauli Castrensis resolvitur absolute valere legatum annuæ quantitatis, etiam ubi, & fors, & reditus semper exigere potest.
 - 6 Reprehenditur Barbacia, quod dixerit usuram proprie sumptam in alio, quam in mutuo posse reperiri.
 - 7 An legato reddito annuo super certo fundo, ille fundus sit hypothecatus pro reddito illo.
 - 8 Redditus annuus testamento constitutus non est census, nec eius appellatione, ratione de continetur.
 - 9 Redditus annuus testamento relictus constitui potest alio pretio maiori, vel minori, quam ad rationem unius pro quatuordecim.
 - 10 Quæ de reddito annuo legato dicta sunt, dotationi conveniunt.
 - 11 An census constitui possit per sententiam.
 - 12 In hac questione refertur sententia Navarri.
 - 13 In distincte resolvitur non valere sententiam, qua debitor condemnatur ad solvendum mille, & quatuor non solvendo, solvat redditum eorum, & numer. 15.
 - 14 Non debet cēseri lucrū cessans, quod creditor potuerit pecuniam dare ad censum redimibilem.
 - 16 An transactione possit census constitui, & resolvitur non posse.
 - 17 Latissime disputatur, an datione in solutum census valeat constitui, & probatur multis argumentis non posse, ostenditurque ex natura rei, & ante constitutionem Extravagantem Pij Quinti ad census validitatem esse necessariam realem presentiam, & actualem numerationem pecunie contemporaneam creationi, & formationi contractus.
 - 18 Differit an titulo dotis census valeat creari: & non posse resolvitur, quia nullo titulo emptionis, & vendi-

- tionis constituitur.
- 19 Agitur an valeat conventio, ut quando non solvitur dos, annuus redditus solvatur ad rationem unius pro quatuordecim, & numer. 21. ubi duabus opinionibus inter se pugnantibus valere eam conventionem constitui.
 - 20 Gener percipiens fructus ex fundo sibi dato in pignus, quousque sibi dos solvatur, lucrifacit illos ultra sortem principalem, & ibi late agitur de interpretatione text. in cap. salubriter de usuris.
 - 22 Conventio de solvenda certa quantitate annua, quando non solvitur dos, iniuri potest ad rationem unius pro duodecim, vel undecim.
 - 23 Gener ius suum cedere potest alteri in superiori specie.
 - 24 An præscriptione census constituitur.
 - 25 Censum in dubio redimibilem potius, quam irredimibilem præsumi ostenditur.

CAP V T. V.

Quo titulo possit census creari.

Aliis itaque titulis, quam solius emptionis, & venditionis censum constitui posse docuissimus Aymon Craueta cōfil. 217. num. 4. existimavit, & secutus est Petrus Follerius in pragmat. Regis Alfonsi decem. verbo huiusmodi census super rebus num. 66. quam obrem ex sententia Aym. & Follerij tit. legati, donationis intervivos, vel causa mortis, transactionis, dationis in solutum, alijsque titulis census constitui potest, cum quibus ipse non convenio, sed ut lucidius procedat disputatio nostra, sigillatim, & de unoquoque titulo placet sermonem instituere. Principio ergo videamus, an titulo legati? qua de re apud autores

autores non tros eximia est alterca
 & distinguenda est triplex species. Pri-
 ma, quando principale nunquam exigi
 potest, sed redditus annuus dumtaxat.
 Secunda quādo vtrumque semper exigi
 potest. Tertia, quando ad certum tē-
 pus redditus, vel annua quantitatis peti
 potest dumtaxat, post tempus vero, &
 fors, & redditus. De prima specie iudi-
 cium tulit Aretin. consil. 151. scribens
 non licere testatori in eum modum le-
 gare redditum annum, & secuti sunt
 Iason in l. 1. lectu. 1. num. 59. C. de sum-
 ma Trinitate, & fide Catholic. & in l.
 vnica. C. de his, quæ pœnæ nomine, col-
 um. 2. Ioan. Crot. in l. nemo potest. co-
 lum. 2. ff. de leg. 1. & ibi Ioannes Gu-
 tierrez numer. 104. Hieronymus Cagn-
 nolus in l. 2. column. 1. C. de pactis inter
 empto. & vend. Barbac. consil. 66. lib.
 2. Didacus Perez in proœmio, titul. *de*
las vsuras, libro 8. ordinamenti, pagi-
 na mihi 12. versiculo, ex quibus dedu-
 citur. Verum falsa est horum autorum
 sententia, quoniam vix est, vt in ea spe-
 cie possit subesse aliqua vsura, cum nul-
 lum sit mutuum, nulla pactio, nulla ex-
 tortio, nulla negotiatio, nullumq; opus
 creditoris intercesserit. Præterea, ne-
 que vsura interpretatiua, aut præsump-
 ta deprehendi potest, quia hæres non
 est obligatus ad summam principalem,
 nec potest legatarius vllō modo illam
 exigere; deinde hîc est legatum alter-
 natium, quia summa principalis est po-
 sita in dispositione, & data electio de-
 bitori: igitur legatū vere, seu effectua-
 liter alternatium, nihil habens com-
 mune cum materia vsuraria, nec in for-
 ma neque in fraude, nec in suspicione,
 cum non sit electio creditoris, sed debi-
 toris, relinqui, & percipi potest: quare
 Bartol. in l. vnica, quæst. 3. C. de his, quæ
 pœnæ nomine, Paulus de Castro in l. 1.
 colum. 3. C. de summa Trinitate, & fi-
 de Catholic. & in rubric. C. de his, quæ
 pœnæ nomine, docuere contrarium, &
 secuti sunt Bartol. Socinus in l. pœnam
 numer. 7. ff. de his quæ pœnæ no. Fran-

ciscus de Ripa. in l. nemo potest, num.
 3. ff. de leg. 1. Couarru. post Carolam
 Molinæum à se relatam, lib. 3. variarum
 capite vltimo ad finem, Ludouic. Me-
 xia in pragmat. taxæ panis, conclus. 6.
 num. 106.

In secunda vero specie videtur pla-
 cuisse magis illa distinctio, quod si ap-
 ponitur simplex pœna semel commit-
 tenda, valet etiam in defectum quanti-
 tatis legatæ soluendæ, nec præsumitur
 in fraudem vsurarum adiecta, quia in vl-
 timis voluntatibus non ita præsumitur
 fraus. l. ex hoc edicto. §. 1. ff. de aliena-
 tione iudic. mu. cau. tact. aut per dinu-
 merationem temporis, & tunc si vera
 vsura, siue apponatur quantitati legatæ
 alias non debitæ, siue quantitati alias de-
 bitæ. Nec valet hodie tale legatum, sit-
 que correctæ, & antiquata decisio, tex.
 in l. 3. §. vltimo. ff. de annuis legatis, vbi
 docuerunt Bartol. & Lanzello. Decius
 Bar. in l. cum stipulati. ff. de verborum
 obligatio. Bald. in leg. cum allegas. 10.
 opposi. C. de vsuris, & ibi Salycetus co-
 lum. 2. Anchar. in reg. peccatū. colu. 11.
 & in regul. nemo potest, col. 3. de reg.
 iur. lib. 6. & consil. 33. & consil. 330. Pau-
 lus consil. 101. lib. 1. Alex. in l. diuo
 in princip. col. 7. ff. soluto matrimo. &
 & consil. 27. vol. 4. Socinus consil. 56.
 lib. 3. Lanzel. Deci. in l. apud Iulianum.
 §. fructus, notabili. 4. deleg. 1. Purp. in l.
 rogasti. §. si tibi, col. 8. ff. si certum peti-
 tur. Aymon Ctauer. consil. 89. Anania in
 cap. super eo, col. 2. de vsur. Bart. & So-
 cin. in l. 2. ff. de his, quæ pœnæ nomine,
 Ias. in l. 1. C. de summa Trinit. n. 59. Cro-
 tus in l. nemo potest, col. 1. & ibi Gutier-
 rez nu. 104. ff. de leg. 1. Hieron. Cagn. in
 l. 2. C. de pactis inter emp. & vendit. n. 9.
 Palacios Rub. in repetit. capitul. per ve-
 stras, de donationib. inter virū & vxo-
 rem, notabi. 6. n. 8. & 9. Couarr. profes-
 sus esse cōmunem sententiā post Soci-
 num lib. 3. variar. c. 1. n. 9. Didac. Perez
 in proœm. tit. 2. lib. 6. ordinament. pag.
 mihi 21. Cauasca. decis. Fiuizanens. 2.
 num. 40. 2. par. Hi enim auctores fingūt,
 que

quod dum legatarius differt exactio-
nem, videtur eam quantitatem heredi
sub vfuris mutuo dare.

5 Contrarium autem intrepide, & cō-
stanter asseueratunt Paulus de Castro
in rubric. ff. de his quæ pœnæ nomine,
& in l. 1. columna penultima. C. de sum-
ma Trinitate. Ludouic. Roma. consil.
510. numer. 14. & 15. colum. 10. Augu-
sti. Bero. in rubric. de vfuris, num. 46.
Alciatus lib. 5. paradoxo. capit. vltimo,
Ioann. Gerson in lib. de contractib. col-
lum. antepenultima Ludouicus Mexia
dict. conclus. 6. numer. 106. Otto. lib. 2.
de vfuris capite vltimo. Quæ sententia
verissima mihi videtur, & constabili-
tur efficaci, & solido fundamēto. Quo-
niam Theologi, & Iuris Pontificij pro-
fessores, frequentissime docēt vfuram
non posse reperiri nisi in mutuo vero,
vel præsumpto, aut interpretatiuo, &
ipse tradidi in capite quinto, libro pri-
mo huius tractatus: in proposito autem
nullum est mutuum, nec verum, nec
præsumptum, aut interpretatiuum, quia
legatarius (qui creditor est) nihil nu-
merat, nihil extorquet, nullum pactum
facit, sed tantum quod offertur, ex alie-
ni, perali, & mēre spontanea volun-
tate recipitur, cum legatum acceptat:
igitur omnis, & materia, & forma, &
effectus, & odium vfuræ cessat. Quo cir-
ca verius est responsum Vlpiani in. l. 3.
§. vltimo. ff. de annuis legatis non esse
correctum, nec obest quod Iuris Con-
sultus in dict §. vltimo eam pensionem
vocauerit vfuram, quoniam in iure ci-
uili verbum vfura æquiuocum est, vel
analogum, non solum enim stricte, &
proprie accipitur, vt in. l. si tibi decem
in principio. ff. de pactis. l. lecta. ff. si cer-
tum petatur: sed etiam large, vt in. l. cu-
rabit. C. de actioni. empt. & venditi.
quin etiā largissime, & improprie pro
quocunque successiuo incremento, vel
superabundantia promiscue accipitur,
vt in dicto. §. vltimo, vbi nomen vfuræ
non accipitur stricte, & proprie, sed pro
superabundantia, & sic largissime, &

cundus

proprie, quemadmodum etiam nota-
uit Ioānes Gerson eximius Theologus
loco superiori.

6 Qua propter censeo falsam esse Bar-
bacia Sicali sententiam, dict. consil. 66.
numero 8. volumin. 2. qui cum per sen-
sisset argumentationem pro hac senten-
tia maximam efficaciam continere, res-
pondit vulgatam thesim, quod non nisi
in mutuo vfura inueniatur, regulariter
procedere, & Doctores considerasse,
quamdam facti frequentiam, quia fre-
quentius est in mutuo committi, quam
in alijs. Errat enim turpiter Barbacia,
& aduersus omnes diuini, & humani iu-
ris professores sustinet rem inauditam;
namque certo certius est, vfuram pro-
prie, & stricte sumptam, quæ turpe, &
improbum lucrum est, non reperiri in
alio, quam in mutuo vero, vel interpre-
tatiuo: quæ vero in contractibus bonæ
fidei solet interuenire, non est proprie,
& stricte vfura, sed quoddam incremē-
tum, & superabundantia, imo & ipsa
fors, nec habet quidquam mali, sed om-
ni iure licita, & permessa est, vt ipse late
differui lib. 1. cap. 3.

7 Ex quo inferri potest tertiam speciē
propositam superius omni dubitatione
carere, nam si vitium non est, quando
legatarius vtrumq; petere potest, mul-
to minus, quando non currit redditus,
nisi pendente dilatione, qua legatarius
sortem petere non potest. In proposito
autem frequens est controuersia, an le-
gato redditu annuo super certo fundo
ille fundus hypothecæ nomine, & nexu
teneatur. Quam quæstionē nouissime,
& accurate tractat Ioannes Garfi. in tra-
ctat. de expensis, & melioratio. cap. 4. à
numer. 30. quo loco tres recenset dispa-
res autorū sententias, & profiteretur de-
niq; professoribus nostris placuisse ma-
gis, vt is fundus hypothecæ nexu tenea-
tur. Idem quoque agnoscunt Petr. Fol-
leri. in pragmat. Regis Alfonsi de cen-
sibus, verbo huiusmodi census super re-
bus, num. 67. Petrus Salaçar in tract. de
vfus, & consuetudine cap. 11. num. 34. &
alijs

alijs. Quo reo quo, & communis sententia prout in fundus taxatiue, & limitatiue adiectus est, non vero ubi demonstratiue, vti explicat Carolus Molin. in consuetu. Parisien. §. 25. glossa. 2. numero. 24. & 25. & latius Ioannes Gargas dicto cap. 4. numero 34. Taxatiue autem censetur adiectus, cum in eadem ponitur oratione: demonstratiue vero, cum in diuersa. Barto. in l. inter stipulam §. sacram ff. de verborum obligat. Paulus & Alexander in l. Sthicum, qui meus erit ff. de lega. 1. Bellapertica, Cynus Bal. & Salyce. in l. si quis argentum §. 1. C. de donationibus, Bart. in l. Paulo Callimacho ff. de legatis 3. Roman. singu. 430. Franciscus de Rip. in l. Sthicum qui meus erit numero 12. ff. de legat. 1. Carolus Molinæus in consuetudi. Parisien tit. 1. §. 2. numero. 20. Hierony. Gigas de pensioni. quæst. 62. dicit communem Ludouicus Gozadi. consilio. 83. num. 7.

Neque huic analysi obest responsum Sceuolæ I. C. Titius 81. §. Lucius, Titius ff. de contrahen. emptio. cuius verba sunt, *Lucius Titius promisit de fundo suo centum millia modiorum frumēti annua præstare prædijs Gaij Seij. Postea Lucius Titius vendidit fundum additis verbis his: Quo iure, quaque conditione, ea prædia Lucij Titij hodie sunt in ueneunt, itaque habebuntur.*

Quæro an emptor Gaius Seio ad præstationē frumēti sit obnoxius? Respondit emptorē Gaius Seio secundum ea, quæ proponerētur, obligatum non esse. Quo Accursi. ibi varijs explicationibus difficultatem enodare conatur, sed probabilior, & receptior est interpretatio, Sceuolam personalem tantum obligationem negasse, de qua dumtaxat interrogabatur, non autem hypothecariam, vt agnoscit Caro. Molinæ. in consuetudi. Pari. d. §. 52. glos. 2. Responso enim Iuris consultorum debent ad pæctum interrogationis restringi, nec ultra extendi. l. Fulcinius §. Celsus autem ff. qui bus ex causis in possessionem eat, ibi,

consulem
on de latu. re. je de absere, Et præsertim Sceuolæ, qui cæteris erat morosior, breuior, & angustior in responsis. Quo circa in specie textus in d. l. Titius §. ultimo. non negatur esse hypothecā, quoniam ibi de ea nulla fuit facta mentio, quæstio, nec decisio, sed nec asseuerandum est Iurisconsultum existimasse in eo casu hypothecam fuisse constitutam, quia potuisset certus ille fundus, causa designandæ solutionis tantum expressus fuisse.

Ipse vero, licet pro certo habeam, vltima voluntate relinqui, & cōstitui posse annum redditū, (vt superius resolutum est) eam dispositionem census nomine, ratione, & substantia, minime cōtineri, verissimum esse credo. Census enim natura simplex est, non multiformis in solumque cadit titulum emptio nis, & venditionis. Nullus enim negabit, censum esse emptionem, & venditionem: quoniam id luce promeridiana clarius est, & contrarium asseuerare esset in re perspicua cœcutire. Igitur quæ admodum non dicimus emptionem, & venditionem contrahi posse titulo legati, fideicommissi, donationisve, ita quoque negandum est, censum posse esse titulis constitui, alias enim sequeretur censum, & legatum, & fideicommissum, & donationem esse: quod ipse non admitterem. Habet enim naturam propriam suis terminis, & finibus circumscriptam a legato, fideicommissio, & donatione separatam. Coniungi autem censum in eodem instrumento cum legato, fideicommissiove, recte dicitur, quoniā & in vltima voluntate cōtractū celebrari posse, recepta sētētia est: nō tamē is cōtractus vltimæ voluntatis cōplexu cōtinetur, nec eius naturæ sequitur, sed propriam retinet, vt docuit glo. in l. hæredes palā §. vlt. ff. de testa. & ibi Imola, Paulus, Aretinus, Aemylius Ferre. & Constan. Rogerius, dicit communem Parisi. consi. 2. num. 19. volumine. 3. & consi. 46. num. 36. volumin. 4. Rom. cōs. 171. n. 6. in fine. Deci.

consilio 12
verficulo ex quibus *consilio*, Doct.
decif. 353. numero 4. Tiraquel. post le-
gesconnub. glos. 5. numero 101. Couai-
ru. in Rubric. de testamentis tertia par-
te numero 17. Peralta in l. cum fundus
numero 7. ff. de lega. 2. Costa. in l. si ex
cautione pagin. 15. C. de non numerata
pecunia. Alexand. Crotus, Alciatus, &
Ripa. in l. nemo potest ff. de legatis 1. &
ibi Ioannes Gujierrez numero 254. Iu-
lius Clarus, lib. 3. §. testamen. quæst. 75.
igitur, vbi relinquitur in vltima volun-
tate redditus annuus, legatum erit, aut
fideicommissum, non census, qui contra-
ctus est, & sic nihil habens cõmune cū
legato, aut fideicommissio l. verba ges-
serunt, & contraxerunt. ff. de verbo. sig-
nificatio.

Ex qua resolutione infero non esse
necessarium, vt redditus in testamento
relictus constituatur ad rationem vius
pro quatuordecim, quoniam lex Regia
diffiniens precium census redimibilis,
de censu loquitur, & redditus in testa-
mento relictus census non est, ideo que
eius legis præfinitione non comprehē-
ditur, quocirca testator sic posset lega-
re, Titio relinquo triginta, & quandiu
hæres non soluerit, in singulos annos il-
li præstari volo quatuor, aut quinque.
Sed è vestigiöse offert aduersus hanc
sententiam celebre responsum Vlpiani
Iuris consul. vlt. in d. l. 3. §. vltimo ff. de
annis legatis scribentis in hæc verba.

*Si cui certa quãtitas legetur, & quo
ad præstetur, in singulos annos certum
aliquid, velut vsuras iusserit testator
præstari: legatum valet. Sed in vsuris
hactenus debet valere, quatenus modũ
probabilem vsurarum non excedit.* Qui-
bus verbis Vlpianus perspicue docet
legatum annuæ quantitatis non posse
excedere legitimum vsarum modum.
Sed respondeo sententiam Vlpiani esse
accipiendam, vbi testator expressit se
legare loco census, quia cum cẽsum es-
se voluerit, non potuit vltra modum le-
gitimum legare, argumento textus inl.

Idus

nemo potest ff. de legatis primo. At ve-
ro vbi simpliciter legatum est, nisi expri-
mens, nihil est, quod eius legati validi-
tati possit derogare, quam interpreta-
tionem esse veram mihi persuadeo ex
illis verbis eiusdem §. *in singulos annos
certum aliquid velut vsuras, quæ demõ-
strare videntur expressim annuam quã-
titatem relictam a testatore loco vsura-
rum*, quod etiam probasse videtur Fol-
lerius posthæc typis mandata visus in
pragm. de censibus verbo huiusmodi
census super rebus num. 68.

10 Quæ vero de redditu annuo legato
diximus, donatione quadrant, omnes
enim Theologi autores, & professores
iuris canonici vnanimi consensu tradi-
derunt, donatione posse constitui red-
ditum annuum, & maior scribentiũ pars
inde colligit imponi, & creari posse in
teruiniante pecunia, quemadmodum
apparere potest ex his, quæ lib. 1. nota-
ui cap. 7. licet ergo titulo donationis se
obligare ad prestandam in singulos an-
nos certam quantitatem, vel ad tempus
vel in perpetuum, vt etiam probat tex-
tus in l. vltima C. de rerum permut. La-
doui. Roma. consi. 302. num. 1. sed is cõ-
tractus donatio erit, nõ census, ideo
que eius redditus annui constitutio ex-
cedere poterit pretium lege Regia præ-
fixum censui redimibili, vt superius di-
xi de redditu annuo vltima voluntate
constituto, & resoluit Nauarrus consi-
lio primo, sub titulo de dona. Sed nun-
quid sententia poterit vnus ex litigan-
tibus compelli, & obligari, vt alteri col-
liganti certam præstet quantitatem, &
quandiu non præstiterit, in singulos an-
nos soluat ad rationem vnus pro qua-
tuordecim? & pro parte affirmatiua in
primis facit, quod licita est obligatio, qua
quis cõstringitur ad aliquid faciendum
sub pœna tam iure canonico C. dilecti
de arbitris C. suam de pœnis, quam ciui-
li l. qui fidem ff. de transactio. l. si pacto
quo pœnam C. de pactis l. cum propo-
nas C. de dolo, & non solum per contra-
ctum, vt præcitatatis legibus, sed etiã per
vlti-

ultimam, ut videtur in l. i. C. de his, quæ
pœna, in fine §. ultimo in l. i. de l. i.
& per sententiam arbitri d. capite
sti, & per sententiam iudicis d. capite
suam.

Secundo debitor non solum tenetur
soluere sortem, sed etiã interesse, quod
passus est creditor. l. i. C. de senten. quæ
pro eo quod interest, ergo iudex po-
test condemnare debitorem ad soluend-
um debitum, & interesse. Sed iudex,
qui profert eam sententiam, nihil aliud
intendit: igitur id potest optimo iure fa-
cere.

Tertio, cui plus licet, quod minus
est, licebit quoque, regula cui plus de
regulis iuris: libro, sexto sed minus, &
utilius debitori est, quod condemnetur
alternatiue ad soluendum mille, vel red-
ditum eorum, donec illa soluerit, quam
simpliciter ad soluendum mille. Igitur
si potest iudex condemnare simpliciter
ad soluendum mille, poterit etiam con-
demnare ad soluendum mille, vel reddi-
tum eorum, donec illa soluerit.

Pro parte vero negatiua facit primo
quod census non potest constitui alio
modo, quam titulo emptionis, & vendi-
tionis, & pecunia præsentis, ac numera-
ta. Igitur non potest constitui per sen-
tentiam. Secundo quoniam ex contra-
ria doctrina præberetur occasio, viaque
facilis aperiretur ad extorquendas vsu-
ras. Nam, qui vellet mutuare centum mil-
le, vel plura sub vsuris, & qui vellet ea
sic mutuo accipere, facile possent con-
uenire, ut creditor tradat illa debitori,
& eum trahat ad iudicium, & debitor
confiteatur sedebere, sed non posse sol-
uere, esseque contentum dicat, ut con-
demnetur ad soluenda ea, vel redditum
annuum, donec illa soluerit.

Tertio non licet dare alteri aliquid
consistens in numero, pondere, vel mē-
sura, siue mutuare cum pacto pœnali,
quod si nõ soluerit ad certum terminum,
soluat aliquam pœnam, quia id est dare
tacite ad vsuram, ut sentiunt Bart. & Sa-
lycet. in l. cum proponas C. de dolo, &

12
ap. eam, & la-
tus l. i. C. de iur. conli. §. 10. nu. 3.
ergo, &c. Quæ argumenta in vtrâque
partem scribit Nauarrus in commenta-
rio resolutorio de vsuris nu. 99. & 100.
In eaq; difficultate ita distinguit, quod
si lis fuit mota super rebus consistenti-
bus in numero, pondere, & mēsurâ, sen-
12 tentia non valeat: si vero lis fuerit agita-
ta super rebus alijs, vim & robur firmi-
tatis obtineat: diuersitatisque rationem
inter vtramque speciem constituit Na-
uarrus ipse, nepe, quod pœna pecunia-
ria imposita contra debitorem rerum
mutuabiliũ præsumitur adiecta in frau-
dem vsurarum, imposita vero super a-
lijs minime, nisi adiecta fuerit a solito
fœnerari, iuxta glos. in l. pœnam ff. de
vsuris. Mihi autem hæc distinctio sapiē-
tissimi Nauarri non placet, & censeo
13 in distincte eã sententiæ formam viribus
nõ subsistere. Principio moueor ex eo
quod sententia debet esse conformis li-
bello, cap. cum super de causa possessio.
& propriet. cap. licet Hely de simonia.
l. vt fundus ff. communi diuidendo, An-
to. Guiber. const. lib. vno quæstio. iuris
cap. 9. nec excedere potest naturam iu-
dicij, & actionis propositæ, argumento
text. in l. cum res. C. de probatio. & eo-
rum, quæ ibi notat Bald. & Bell. in l. i.
conli. 3. columna 5. Cæsar Contar. in l.
vnica. C. si de momentanea possessio.
fuerit appella. quæst. 15. nume. 39. sed in
libello creditor non posset intendere
actionem aduersus debitorem, ut soluat
mille sibi debita, vel redditum annuum:
igitur nec iudex poterit in eum modum
debitorem condemnare.

Secundo celebre nostrum interpre-
tũ placitum est, dationi quãtitatis adiectæ
pœnã continere vsuræ præsumptionẽ
ex l. rotagi §. si tibi ff. si certum petat.
& scribunt autores plurimi, quos percẽ
sui sigillatim li. i. c. 10. dũ tractarẽ, an
cõmissi pactũ adijci valeat cõtractui cẽ-
suali: sed in specie proposita adijci pœ-
na dationi quãtitatis: igitur nõ posse im-
poni per sententiam affirmandum est.

Q

Ter

Tertio iactura
iactura, ipsa quoque natura rationum
& hoc natura. ff. de conditione in debi-
ti l. iure naturæ ff. de regulis iur. reg. lo-
cupletari eodem tit. lib. 6. sed creditor
percipiens redditum ex ea sententia, lu-
crum reportat cum debitoris in com-
modo, & iactura: igitur talis sententia
viribus non subsistit.

Quarto ubi ex mora creditoris ius
non est factum deterius, vel quia nul-
lum damnum post moram sensit, neq;
lucrari desijt, debitor non tenetur, ne-
que condemnari potest ad aliud, quam
ad sortem, vel factum principale l. & si
post tres 8. ff. si quis caut. ubi Iuris Con-
Gaius sic scribit. *Et si post tres, aut quin-
que, pluresve dies, quam iudicio sisti se-
rens promisit, secum agendi potestatem
fecerit, nec alicuius ius ex mora deterius
factum sit.*

*Consequens est dici defendi eum debe-
re per exceptionem, Et ibi omnes. l. si ita
quis §. seia ff. de verbo. obliga. Francif.
Ottoma in disputatione de mora, pagi-
na mihi 158. Iacobus Cuia. in l. 84. ff. de
verborum obligatio. igitur ob dilatam
solutionem, eiusque tardationem, iudex
non poterit condemnare debitorem, ut
quandiu non soluit summam principa-
lem, & iure creditori annuam quanti-
tatem, si eius nihil interest, vel est dam-
no emergenti, aut lucro cessanti. Et ac-
cedit, quod iam hodie pœna conven-
tionalis, quam secure in quantacunque
summa exigi posse, Innocentius tradi-
dit in capite sacro de sententia excom-
muni, non debeat, neque præstetur, ni-
si quatenus interest. Matth. de Afflictis
decisione Neapoly. 135. Auenda in di-
ctionario verbo pœna conventionalis,
Ioannes Gutier. de iuramen. confirma.
1. part. cap. 36. num. 10.*

14 Neque obstat si dixeris, iam interes-
se creditoris, cum si statim soluisset de-
bitor, facili negotio potuisset dare ad
censum redimibilem: quoniam id inter-
esse non est considerabile: omnes enim
Theologi, & Pontificij autores duplex

caus

solum considerant interen-
emergētis, alterū lucri cessantem Michael
de rala. in praxi Theologica li. 4. ca. 4.
Borgni. Cauale. decis. Fiuiza. 3. num. 32
Saravia in instructione mercatorū cap.
10. & 11. Pro quibus est text. in l. si mulier
ne ff. de eo, quod certo loco l. si mulier
§. rerum amotarum ff. rerum amo. l. hæ-
redes §. si incerti ff. familiae Erciscū. l. 3.
§. qui de sepuchri. ff. de sepul. violato.
Hoc autem interesse non est damni e-
mergentis, sed nec lucri cessantis: quo-
niam id dumtaxat habet locum in soli-
to negotiati: reddituum vero annuorū
emptio non potest dici negociatio, alio-
quin homo solitus dare ad censum mu-
tuando pacisci posset certam quantita-
tem ad rationem vnus pro quatuor de-
cim, quandiu solutio tardatur, quod ip-
se perquā falsum esse mihi persuadeo.
Etenim omnes in hoc proposito solum
considerant negotiationē alicuius mer-
cātiae, quæ, & periculis, & expēsis, labo-
ribusque sit exposita. Contr. de cōtract.
quæst. 30. concl. 4. Anania in capit. con-
questus de vsuris, Adrianus in 4. de in-
teresse versi. quia tractatum est. Ange.
verbo vsura 1. §. 16. Rebuff. in l. vnica.
C. de senten. quæ pro eo, quod interest
glos. vlt. num. 13. 14. Benuenu. Stracha
de contracti. mercato 4. part. nu. 2. & 3.
Palacios Rubios in cap. per vestras de
donationibus inter virum & vxorem
notabili 6. in principio num. 5. & 10. &
§. 2. cum alijs, Palacio, & Sarabia locis re-
latis superius, Don Ludouic. Peguera
decis. numeri minalium cap. 33. Gutier-
rez de iuram. 1. par. cap. 2. num. 5. Rolā.
a Valle consi. 35. num. 4. & 13. volum.
1. Quod cum non adsit in ea, de qua tra-
ctamus, quæstione, non posse id lucrū
exigi perquam manifestum est, & acce-
dit, quod grauissimi autores cēsuerint,
lucrum cessans nec exigi, nec inconuen-
tionem deduci posse. Equorum nume.
fuit Scotus in 4. dist. 15. quæst. 2. Duran-
dus in 3. sententiarum d. 17. q. 2. Ino. in
capite nauiganti de vsuris & D. Thom.
ascribit secutus eam opinionem Domi-
nicus

nicus d. toto lib. 6. de iustit. & iur. 1. artic. 3. Ioannes Andreas in dict. cap. nauiganti, & Antonius in cap. salubriter eodem titulo.

Nec obstat sententia Pauli Castrensis in l. diuortio. ff. soluto matrimonio scribentis, quod ubi quis haberet paratam pecuniam ad emendum fundum, posset pacisci de interesse lucri cessantis loco fructuum, quos ex prædio percipere potuisset, quamuis non sit solitus negotiari, quod etiam docuere Bald. in l. vltima in fine. C. de actio. hæredit. Ancharan. consilio. 150. sequuntur Alexand. consil. 31. num. 3. & consil. 200. volum. 6. Aymon. consil. 89. col. vltim. Claudius de Seyfello, in dict. l. diuortio colum. 4. Thomas Grāma, decis. 103. num. 93. Andr. Barba. Cagno. Couarru. & Ioannes Baptist. Lupus, quos refert, & sequitur Ioseph. Mascari. de probatio volum. 2. conclus. 933. num. 24. Nauarrus in cōmentar. resolutio. de usur. num. 56. quoniam sententiam Pauli Castrensis improbat Alexand. in dict. l. diuortio, num. 25. & 26. quia emere fundum non est actus questuarius, & notat Bart. in l. legatis in princip. in penultim. quæst. ff. de legat. 3. per textum in l. si cum villico. ff. de instito. Alexan. sequitur Carolus Ruinus, consil. 48. num. 3. volum. 5. nec dissentiant idem Ruinus consil. 104. num. 3. 4. 5. 6. & 7. volum. 4. Roland. à Valle dict. consil. 35. num. 15. 16. & 17. volum. 1. quinimo, & Alexandro videtur accedere Marcus Anton. Natta in additio ad eundem Alexan. dict. consil. 31. volum. 6. Nec mihi vnquam arrisit opinio excellentissimi Pauli Castrensis, quoniam (vt superius tetigi) animaduerti omnes scriptores consentire, vt lucrum cessans exigere non valeat, nisi ab eo, qui soleat questuariam negotiationem exercere, quod præter autores dinumeratos superius, adnotarunt etiam Aretii. consil. 9. Rui. dict. consil. 48. volum. 5. & dict. consil. 104. vol. 4. Claudius testatus esse communem in dict. l. diuortio, colum. 3. ad finem. Bart. in l. vnica,

num. 25. & ibi Curcius num. 39. C. de senten. quæ pro eo quod interest, vbi Cagnol. num. 36 & 37. quare cum emere fundum, aut domum, non sit questuaria negotiatio, autore Bartolo in dict. l. legatis, fit consequens Pauli Castrensis opinionem sustineri non posse, ideoque magis censeo, vt habens pecuniam paratam, & expositam emptioni redditus annui, non possit à mutuuario exigere eam quantitatem, quã potuisset ex redditibus percipere, nec id in pactum deducere.

15 Quinto expendo pro hac parte responsum Papiniani. Iuris Consulti in l. 1. §. socius. ff. de usuris, ibi. *Nec tamen iudex iudicij bona fidei recte iubebit interponi cautiones, vt sit tardius sententia condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur vsuræ: cum in potestate sit actoris iudicatum exigere.* Paulus notat: quid enim pertinet ad officium iudicis, post condemnationem futuri temporis tractatus? prout legitur in Pandectis Florentinis. Ex quibus verbis acutissimi ingenij Papinianus, haud obscure docet, iudicem non posse debitorem condemnare, vt quãdiu non paruerit sententiæ, soluat vsuras. Quod notant gloss. Odofre. Iacob. Butri. Bart. Floria. Fulgosi. & Salycet. Neque obstant argumenta in contrarium ex Nauarro proposita, quoniam ad primum respondeo, licitam esse adiectionem pœnæ, vbi facta, vel dationi speciei apponitur, non vbi dationi quantitatis vt ex pluribus scripsi lib. 1. capit. 10. quare, cum in proposito pœna quantitatis dationi adijciatur, fit consequens, vt sententia viribus carere debeat. Vel secundo respondeo pœnam dumtaxat admittendam esse, quatenus interest, siue in sententia, contractue apponatur, & cum nihil in nostra specie creditoris interesse supponamus, plane locum pœna non potest obtinere. Tertio quoque responderi potest, quod cum talis adiectio pœnæ moram, & tardationem debitoris futuram respiciat, ad illam iudex condemnare

nare non possit, quia tractatus futuri tēporis non spectat ad iudicem. Ut bellissime respondit Papinia. l. C. in d. l. r. §. socius. ff. de usuris.

Secundum argumentum facili negotio dilui, & profligari potest, si consideres iuxta speciem relatam superius nos agere, an ubi de præsenti nihil interest creditoris, iudex possit illum condemnare, ut quandiu sortem non soluerit, soluat usuras legitimas illius. Ideoque argumentum vim non habet. Quod si interesset creditoris, idque petitum esset negari non potest, quin iudex posset condemnare debitorem ad interesse. Futurum autem interesse post sententiam iudicio suo, & condemnatione, non posset iudex complecti, ut superius demonstravi ex dict. §. socius.

Tertium argumentum fallaci, & captiosa nititur assumptione: quoniam re ipsa perpensa maturius, debitori utilius est condemnari solum ad mille, quam alternatim ad mille, vel redditum eorum, quandiu non soluerit: namque sors remanet semper debitori integra persolvenda, illaque magente premitur onere, singulis annis præstandi redditum, quo labore, damnum, molestiam, & diminutionem infert patrimonij, præsertim quod vix, aut nunquam redimi soleant redditus huiusmodi: & licet admitteremus eam formam sententiæ debitori utilem esse, non tamen sequitur exinde licitam, & iustam esse.

16 Vtlerius libet inquirere, an transactione valeat census constitui? sive enim Titium discedere à lite mota adversus Mævium, ob certam pecuniæ quantitatem, quam Mævius ad manus paratam non habebat, sed quandiu non solueret, in vim census se præstaturum annuam pensionem ad rationem unius pro quatuordecim, Titio promisit, dubium est, an ex eo contractu à Mævio Titius valeat annuas pensiones exigere, si que contractus census nomine, re & substantia contineatur? In quo si Aymonis Saulliani dict. consil. 217. num. 4. & Fol-

dicto verbo huiusmodi census super rebus, num. 66. opinioni assentiendum est, censum transactione constitui posse respondendum erit; sed qui animo percurrerit nostras de censu rationes, dicet nos Aymoni, & Follerio consentire non posse. Igitur titulo transactionis census constitui non posse magis censeo. Nam si solius emptionis, & venditionis titulo census constitui potest, perspicuum fit, non posse titulo transactionis. Quod autem titulo solius emptionis, & venditionis constituatur, apparet liquido ex traditis superius, & novissime animadvertit Elbertus Leoninus, primarius iuris professor in Academia Louaniensi, consil. 52. numer. 2. improbens Romanum consil. 302. existimantem censum esse contractum inno minatum, do, ut des, esto autem eam conventionem in vim census non valere: valebit ne in vim transactionis? Et valere videtur probari ex textu in. l. pacto, & in. l. qui fidem. ff. de transactioni. l. cum proponas, & l. promissis. C. eodem titulo, ubi transactioni pœnam adiectam valere, & exigi posse Iuris Consulti responderunt, & Cæsares rescripserunt, & declarat Petrus Velloius lib. 1. variorum iuris civilis, capit. 4. cum igitur in pœnam quandiu non soluitur principalis summa annuæ quantitatis, præstatio in transactione fuerit appositæ, iure consistere videtur dicendum: ipse vero contra puto. Primum, quia eius conventionis iustitia pendere solum videbatur ex eo, quod censualem clauderet in se contractum, sed census non est (ut proxime dixi) igitur conventio iusta non est. Rursus quoniam in ea forma conventionis later mutuum, quippe transigentem fingi potest accepisse pecuniam, & sub usuris mutuas debitori, ergo non valet. Sed dicet aliquis hanc argumentationem inefficacem esse, quoniam in dubitatione proposita videtur actum, ut sortis præstatio, solutiove debeat semper in libera debitoris potestate manere, nec possit à creditore repeti, quod repugnat mutuo

mutuo, quo creditor valet à debitore libere sortem exigere. l. 2. ff. si certum petatur, Hierony. Gabriel. consil. 152. num. 4. & 5.

Nihilominus tamen aduersus eam conventionē vrget illa ratio, quod vsura sit aliquid vltra sortem accipere, siue menstruum, siue annuum sit: quoniam vsura est quidquid forti accedit, cap. si fœneraueris, cap. putant, cap. plerique, cap. vsura. 14. quæst. 3. Socinus in rubrica de vsuris, num. 5. sed ex eo contractu percipitur aliquid vltra sortē principalem, igitur continet vsuram, & iniquitatem.

Præterea sæpe numero aduerti, Doctores omnes existimasse exactiōem annuæ quantitatis licitam esse, propterea quod in censu ob certum pretium ius quoddam constituitur, & produci-
17
tur, emitur, & veditur percipiendi annuas præstationes, sed in hac specie nullum ius emitur, nec venditur, quoniam pretium in pecunia numerata præsens non est. Igitur ea conuentio iusta non est. Deinde si communi voto iuris professores tradidere legatum annuæ quantitatis, in pœnâ summæ principalis non solutæ vsurâ continere (vt superius scripsi) quanto magis dicendum est eâ promissionem annuæ quantitatis in pœnâ nō solutæ summæ principalis adiectam transactioni vitiosam esse, & inutilem. Denique facit, quod si licita, & iusta est ea forma cōuentionis, eo maxime, quod differt alter solutionem, & pecunia vtitur aliena, sed ex hoc non potest defendi huiusmodi conuentio, quoniam cum tempus, & pecunia non recipiant æstimationem, neque pretium, pro eorum vsu nihil accipi potest, aliter vsuram cōtrahi, perquâ manifestum est. Nec me conturbat, quod transactioni pœna valeat adijci: & ita quoque quotidiana, & frequenti praxi receptum sit, quia vt dixi, iam non exigitur, nisi quatenus interst, vel id locum habeat vbi apponitur simplex pœna, simul committenda, non vbi per dinumerationem tempo-

ris. Ex his, quæ notant omnes in lege cum stipulati. ff. de verborum obligationibus.

Quarto videndum est, an si quis mutuauerit pecuniã alteri, & ipse debitor non habens pecuniam præmanibus, pro eadem pecunia vendat, seu det in solutum creditori annuū censum super eius bonis, valeat is cōtractus? De qua questione recordor me aliquid dixisse lib. 1. cap. 8. sed quoniam hic locus videtur esse magis proprius, decreui latius, & vberius illã exornare, & prosequi. Itaq; Aymon Craueta dicit. consil. 217. num. 4. Bertran. consil. 91. num. 7. lib. 3. Paul. Parisi. consil. 75. num. 33. 34. & 35. volum. 4. Tiraquel. lib. 2. de retractu in fine num. 137. Folleri. in prag. Regis Alfonsi de censi. verb. huiusmodi census super rebus, num. 95. Benedictus Boni. in tractat. de censi. articul. 25. Redoan. in tractat. de rebus Ecclesiæ aliena. rubrica de constitutio. annuo. cēsuum, numer. 61. vnanimi consensu tradidere eū contractum valere, & titulo dationis insolutum posse censum constitui. Pro quibus potest principio considerari, quod subest verum creditum, ideoque debet haberi perinde, ac si numeratum esset contractus ipsius temporis. Argumento text. in l. si prædium. C. de euictio. Deinde quia si aliquid potest obijci aduersus eum contractum, vsuræ præsumptio est, hæc autem cessat, quia originale creditum est verissimū, & illud fuit in contractu pro vero pretio census appositum, & accedit, quod etsi quã plurimis professoribus iuris placuerit pactum de retrouendendo, simul cum modicitate pretij efficere contractum vsurarium, vt censuere glos. Panormit. & Anania in cap. conquestus de vsuris, glos. Innoc. Hostiens. Ioan. Andr. Antoni. Cardina. Anchar. & Imol. in cap. ad nostram, de empt. & venditio. Bald. Fulgos. & Paul. in l. emptio. C. plus valere quod agitur, & communem sententiam esse sunt professi Ioseph. Mascara. de probatio. conclus. 447. vol. 1. Pe

reira

reira in l. si curatorem habens. C. de in
integrum restit. mino. glo sua facili-
tate, num. 59. versicul. tamen hæc duo,
non tamen id locum habet, vbi pro cre-
dito datur aliquid insolutum, quia tunc
modicitas pretij, & pactum de retrouẽ-
dendo non arguunt contractum simu-
latum, & vsurarium, vt consuluere Ful-
gos. consil. 134. colum. 2. Deci. consilio
167. colum. 2. & 3. & consil. 18. colum.
2. & consil. 308. num. 4. & 5. Iason con-
sil. 151. volum. 4. Cornel. consil. 133. vo-
lum. 1. Parisi. consil. 81. numer. 30. lib.
2. Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter em-
ptorem, & venditorem, numer. 54. Ti-
raquel. de retract. conventionali in præ-
factio. numer. 27. Hæc tamen confide-
ratio pro Parisio, & reliquis parum mo-
menti habet, quoniam receptius, & ve-
rius est pactum de retrouendẽdo cum
pretij modicitate, nisi alia concurrant,
non efficere contractum simulatum, &
vsurarium, vt scripsere plurimi, quos re-
tuli lib. 1. capit. 6. versicul. partem au-
tem negantem: & dationem insolutum
in hac specie conuenire cum emptio-
ne, & venditione voluere Angel. con-
sil. 243. in fine. Imola consil. 98. colum.
vlt. versicul. præterea dicta adiudi-
catio, consil. sequenti colum. 2. ver-
sicul. quintum dubium, Barba. consil.
51. lib. 1. Parisius consil. 54. numer. 82.
lib. 1. Deniq; facit, quod mutuũ odio-
sum est, & tamen debitum ex alia qua-
cumque causa transfundi potest in mu-
tuum l. si quis nec causam. l. certi con-
dictio. §. deposui. l. quod si ab initio. l.
rogasti. l. singularia. ff. si certũ petatur:
igitur vbi verum, & indubitatum credi-
tum subest habens notorium primor-
dium veritatis, nihil obstare potest, quo-
minus transfundi possit in censum. Sed
quamuis Aymonis, Bertrandi, Parisij,
aliorumque autoritas, & superiorum
argumentorũ pondus sufficere videan-
tur, vt ipse huic sententiæ sponte, & iu-
cunde consentirem: tamen cum verita-
ti magis, quam autoritati, & præiudica-
tæ opinioni sit cedendum, audebo libe-

andus

e contrariam sententiam esse. Quabi-
orem profiteri, rerum enim veritas, &
doctrinæ æstimatio non ex numero au-
torum, sed ex ratione ipsa metienda est,
quod pulcherrime Iustinianus Impera-
tor ostendit in l. 1. circa medium, versic.
sed neque. C. de veteri iure enuclean-
do, ibi. *Sed neque ex multitudine auro-
rum, quod melius, & æquius est, iudica-
rote: cum possit vnus forsitan, & dete-
rioris sententia, multos, & maiores ali-
qua in parte superare*, text. in cap. 1. de
his, quæ sũt a maiori parte capituli. ibi,
*Nisi a paucioribus, & inferioribus ali-
quid rationabiliter obiectum fuerit, &
ostensum*. l. ob carmen in fine. ff. de te-
stibus. ibi, *Non enim ad multitudinem
respici oportet, sed ad synceram testimo-
niorum fidem, & testimonia, quibus po-
tius lex veritatis assisit*: textus in cap.
Nicena. 31. distinctione, *Vbi tota Sy-
nodus laudauit sententiam vnus Pha-
nucij*, vbi glossa dicit, quod vnus potest
contradicere toti vniuersitati, si habeat
rationabilem causam: Hinc l. C. in l.
quod dicitur. §. vlt. ff. de impen. in rebus
dotali. factis, Marcelli fuit opinionem
amplexus, licet pleriq; contrariũ tene-
rent, & in l. Plaucius in princip. ff. ad le-
gem Falcidiã Paul. l. C. sententiã vnus
Cassij prætulit opinioni, Attilicini, Ner-
uæ, & Sabini. Igitur quod datione inso-
lutũ, non possit census constitui, primũ
sic probo. Census solo titulo emptionis
& venditionis constituitur, vt iam dixi,
sed datio insolutum non est emptio, &
venditio. l. vltim. ff. quibus ex causis in
possessio. eatur. ibi, *Is, qui rem permuta-
tam accepit, emptori similis est. Item
is qui rem insolutum accepit*.

Quibus verbis Vlpianus similẽ emptio-
ni, & venditioni esse dationẽ insolutũ di-
xit: ergo nõ est emptio, & venditio, quo-
niã simile non est idẽ. l. quod Nerua. ff.
depositi. tex. in l. si prædiũ. C. de eucti.
vbi Antoni. Imperator vicẽ emptionis
habere dationem in solutum rescrip-
sit. l. apud Celsum. §. si quis autem, ver-
sicul. autoris autem dolus. ibi, *Sed hoc in
emptore*

empridus est *permutabimus: item in eo, qui permutauit, vel in solutum accepit, ite in similibus, qui vicem emptorum continent.* l. Senatus in principio ibi. *Quamuis non, ut vendat, detraxerit, sed ut ex soluto.* ff. de leg. 1. quibus verbis videtur inferri dationem in solutum non esse emptionem, & venditionem. Ideo in materia statutaria, & qualibet alia, quæ sit proprie vere, strictèque accipienda, dispositio de emptione, & venditione loquente non continetur in solutum datio, Speculator in titulo de emptione, & venditione. §. nunc dicendum 2. verfic. sed pone statutum, & ibi Ioann. Andre. Albe. in l. statu liberi. §. Quintus ff. de statu libe. Felin. in capite ultimo numero septimo de accusa. Areti. consilio 125. numero 3. Guido Papæ decisione Delphi. 257. in fine, Iason consilio. 150. numero 2. libro 4. Parisi. consilio 82. numero. 16. 17. & 18. volumine 3. Motal. in l. 13. verbo, *Por otra heredad*, in fine titulo 10. libro. 3. fori. Castillo verbo *vendida* in principio, & Palacios Rubios numero 23. in l. 70. Tauri. Tiraq. de retractu lignagier §. 1. glos. 14. Ioseph. Ludoui. decisio Perusi. 60. nume. 1. Parladorius rerum quotidianarum capite 3. §. 2. numero 30. resoluens ex datione in solutum gabellam non deberi: igitur dationem in solutum non potest constitui census.

Sed obijciat aliquis, argumentum in efficax esse, quoniam cum saltem datio in solutum emptioni, & venditioni similis sit, admittendum est, illa censum constitui posse. Ipse tamè objectionem fragilem, & infirmam esse duco, & quia ad tollendam consequentiam sufficit dare instanciam, illam a signo. Permutatio similis est emptioni, & venditioni. in d. l. apud Celsum §. si quis autem ff. de doli mali, & metusexcep. l. eleganter ff. de pignora. actio. l. vltima ff. quibus ex causis in possessio. eatur: & tamè permutatione censum creari posse nullus unquam dixerit. Ideoque verisimum est data specie non resultare censiticum

hic Petrus Rebuff. in comment. ad constitutio. Gallica tracta. de constitu. reddi. articulo 1. glossa §. referens pluribus arrestis in Regno Franciæ ita fuisse diffinitum.

Secundo census non potest creari nisi contemporaneè formationi contractus interueniat pecunia numerata, quæ vere, & integre tradatur venditori, non solum post Pij Quinti proprium motum de forma creandi census, secundum quæ proculdubio datione in solutum census creari non posset, sed iuxta Martini Quinti, Calixti Tertij Extrauagantes constitutiones: sed ubi ius percipiendi annuam pensionem datur in solutum, pro quantitate antea debita, non interuenit, neque traditur pecunia numerata: igitur datione in solutum non potest constitui census. Et quoniam totavis huius argumentationis, imò, & totius difficultatis videtur consistere in probanda minore propositione, libet in eo aliquantulum immorari. Igitur si consulere vellimus Martini Quinti Extrauagantem, quæ prima est de emptione, & venditione, inter communes ita se rem habere, facili negotio deprehendemus. Ait enim sic Martinus Quintus. *Ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solui consueuerant.* Pro quorum verborum sententia ne animaduerto fere omnes autores in eam partem consensisse, ut conditiones propositæ in parte eius textus narratiua tanquam approbatæ, & requisitæ a Pontifice Maximo sint necessariæ ad iustitiam census. Quod cum ita sit, ex illis verbis constat apertissime, tempore, quo census creatur, necessum est integre pecuniam numerari, & tradi venditori. Quid enim aliud significare possunt illa verba, *Tunc integraliter in pecunia numerata solui consueuerant*, Quam cum redditus annui ius constituitur, interuenire debere præsentiam, numerationemque pretij? Vnde Iacobus Picarro Extrauagantem Calixti Tertij sic sumat, annuus redditus situatur super domibus, aut prædijs certis expressis in contractu

tractu, ex quibus
litus sit percipi annuatim, & qui extin-
gui speratur totaliter, secuta redemptione,
vel prædiorum omnimoda assolatio-
ne, licite emi potest pro competenti pre-
tio integraliter numerato de præsentibus,
si in eodem contractu detur vendenti
facultas, & labor redimendi in solidum,
aut pro rata partis venditæ ab eo. Quæ
summa Piçarro mentem Pontificum
complexus apertissime ostendit ad cen-
sus validitatem, & substantiam esse ne-
cessarium, ut tempore quo fit contrac-
tus, pretium sit præsens, actu numeratū,
& integre acceptum a venditore, quod
utrique videtur agnouisse Paul. Parisiē.
d. consi. 75. numero 33. ibi, *Ex quibus in-
fertur, quod non sumus in sola confes-
sione crediti facti, in qua forte nõ loquar
tur balte præfata.* Hoc idem expresse
voluit Bartholomæus Carrança olim
Toletanus Archipræsul in summa Cõ-
ciliorum referens conditiones illarum
Extrauagantium, Nauarrus in commē-
tario resolutorio de usuris notabi. 22.
numer. 78. expressius idem Piçarro ad
statutum de Guadalupe glos. y futuros,
in illis verbis. Et hoc apertius probatur
ex notatis per Abbatem, & communi-
ter Doctores, in cap. in ciuitate de usu-
ris, in quibus omnes Doctores communiter
tunc redditus venditionem credunt li-
citam, quando bona, super quibus im-
ponuntur, sunt de præsentibus ipsius im-
ponētis, & pretium est præsens, & ius red-
dituale, quod emitur, etiã præsens. Quæ
verba sunt digna priuata quadam ani-
maduersione. Is enim autor, quem vi-
rum timorata conscientia appellauit
eius Pater Gregor. Lopez in l. penulti.
gloss. a censo ad finē, titulo octauo par-
tita 5. profitetur esse commune placitū
professorum iuris Pontificij, ut in cen-
su triplex requiratur præsentia, bo-
norum in quã pretij, & iuris ipsius red-
dituale. Si ergo hæc nostra sententia cõ-
munis est, illam mihi hominum animis
inferere contendenti nemo dabit vitio,
quod à Parisio, Aymone, Bertrando, &

secundus

si quis dissenserim, magis
datione insoluitū censum constitui non
posse. Hoc etiam expresse docuit Mau-
rus Antonius Berarducius in summa
corona confessorum, titulo de usura cir-
ca contractus censuales, pagina 22. vbi
sic scribit: Sexta, ut census ematur pre-
tio iusto, ut possit ascendere vsque ad
quatuordecim pro centenario, & pre-
tium soluatur in pecunia numerata tẽ-
pore contractus. Hoc idem voluit Mi-
chael de Palatio Theologus eximius
hac tempestate in praxi Theologica de
contractibus & restitu. lib. 4. capi. 6. pa-
gina 311. colum. 1. sic scribēs. Itemque
quod pecunia sit numerata, necessaria
est conditio venditionis contractui. Et
pagina 309. & 310. in hæc verba. Qua-
re autem conditio videtur, quod nõ sit
conditio, sed essentia huius contractus
censualis, siquidem venditio dupliciter
celebratur, vel in diē, vel numerata pe-
cunia. Vnde etsi ad essentiam venditio-
nis nõ spectet vendere hoc, vel illo mo-
do, quia utro volueris vendere modo,
vera venditio celebratur, ut diximus in
libro secundo, cæterum contractus hic
censualis, quæ est venditio de præsen-
tibus, non in diem, siquidem ab hora initi-
contractus, iam constituens censum ma-
net debitor soluendi census. Ideo ne-
cesse est, quod pecunia sit præsens, & in-
tegra: vnde recipiens illam fiat debitor
census, alias nullus esset cõtractus, quia
ipse debitor non manebat. Idem voluit
Redoanus dicit. tractatu de rebus Eccl.
Rubri. conditiones, quibus annui cen-
sus licite emi possunt, & vendi. numero
2. vbi sic scribit. Secunda conditio est.
Quod iusto & competenti pretio ema-
tur annuus census, & quo tempore ce-
lebratur contractus integraliter nume-
retur pecunia. Vnanimi ergo consensu
hi autores tradunt ad validitatem cen-
sualis contractus esse necessariam præ-
sentiam, & numerationem pretij inte-
gri tempore contractus, quibus hac in-
re maior est adhibenda fides, quam cõ-
trarium asseuerantibus. Magis enim cre-
den-

ad id est ratio fibus ex professo rem
 a. quam spectantibus, quam his, qui
 ter, & pertra senam, aut inferuicad
 causæ, Parisi consil. 9 r. volumine. 3. &
 consil. 110. volumine. 1. Aymon. Craue
 21 de antiquitate temporum 1. p. nume.
 56. Barba. in capite 1. de constitu. Cag
 no. in l. nemo potest nume. 8. ff. de re
 gulis iuris, Alciatus de præsumptio. re
 gula 1. præsump. 1. Igitur fit reliquum
 censum celebrari non posse, nisi pretio
 de præfenti, & numerato, ac proinde da
 tione insolutum constitui non posse. Quod
 etiam defendit nouissime Frater Ludo
 uic. Lopez in suo instructorio negotian
 tium lib. 1. cap. 59. de 4. conditione cen
 sus asserens Nauarr. Bartholo. de Medi
 na, Francisc. Garfiam fuisse in eadē opi
 nione. Nec obstat, quod verum subsit
 debitum, fingi que debeat traditum, &
 numeratum in ipsa formatione contra
 ctus, quoniam vbi requiritur aliquid
 vere interuenisse, fictio, præsumptio ve
 nihil operatur, lege Cornelia, & ibi Bal.
 ff. de restam l. Gallus. §. videndum. ff. de
 libe. & posthum. Ideoque casus fictus
 non habet locū in statutis, in quibus ver
 ba proprie & vere accipiuntur l. 3. §. hæc
 verba. ff. de negotijs gestis. Bart. in l. 1.
 §. lex falcidia ff. ad legem falcidi. Ias. in
 l. si is, qui pro empto. num. 170. & 171.
 ff. de usu capio. Tertio, & ultimo, si in
 censu non esset necessaria numeratio pre
 tij tempore contractus, sequeretur in
 censu posse haberi fidem de pretio. Cō
 sequens est falsum, ergo, & illud, ex quo
 sequitur. Minorem probo, primū au
 toritate Nauarri d. num. 78. Michaelis
 de Palacio. d. cap. 6. pag. 309. & 310. &
 omnium aliorum, qui vt necessariā con
 ditionem exigunt venditori esse tradē
 dum integrum pretium. Deinde ratio
 ne. Quoniam, vbi debitor dilata solutio
 ne pretij redditum annuum pendit cre
 ditori, proculdubio ipse creditor perci
 pit merum lucrum, hoc autem non per
 mittitur. Ergo nec licebit in censu ha
 bere fidem de pretio.

Rursus annua pensio responderet pre

tio, illique præfenti, & commē
 taratur, rem illius præfatur.
 Igitur vbi nullum est, nec fuit pretium,
 nulla pensio, nullusque redditus esse po
 test. Denique rationi, iustitia, & aequi
 tati repugnat, vt eius, quod quis non ac
 cepit, redditum exsoluat, igitur in cen
 su haberi non potest fides de pretio. Er
 go requiritur speciatim in hoc contra
 ctu ex natura rei vera pretij numeratio
 contemporanea formationi contrac
 tus, ac proinde non poterit titulo datio
 nis insolutum confici. Cui sententiæ
 propriæ iudicant argumēta contraria.
 Non primum, quod fingatur numeratio
 propter originem veritatis, quo
 niam vt resolui, in censu est necessaria
 vera, & realis solutio pretij in rem de
 bitori tempore contractus, ideoque fi
 ctio locum habere non potest, nec se
 cundum, quod cesset vsuræ præsump
 tio, quia cum primordialis contractus
 ipsius natura reluctetur, parum prodes
 se potest ad sustinendam eam formam
 conuentionis cessare vsuræ præsump
 tionem.

Nec tertium, quia iam respondi
 quod ad pactum de retrouendendo si
 mul cum modicitate pretij non differ
 rei lationem insolutum ab emptione &
 venditione.

Neque etiam obstat quartum argu
 mentum, quippe de mutuo ad censum
 saltim in proposito non valeat argumē
 tum, & ratio differentia est, quia mu
 tuū ad sui validitatem, & originem non
 exposcit, nec desiderat rei mutuatae præ
 sentiam, & actualement traditionem, ex
 his, quæ scripsere Doctores nostri in l.
 secunda §. primo ff. si certum petatur
 census vero origini, & natiuitati repug
 nat, fieri non præfente, & numerata pe
 cunia. Ideoque licet debitum ex alia
 causa transfundi possit in mutuum, non
 tamen in censum. Ex quo respondi
 inutilem esse contractum, quo ob
 æs alienum contractum a tertio, se
 quis obligauit ad redditum annuum,
 quoniam cum nihil acceperit, nec ipse

R

fuerit

fuerit debitor, & onere grauari, & premissis vero nascententiam tot argumentis, & rationibus instruxerim, scio tamen videri perduram doctis, & grauissimis viris, idcirco ne nostra opinio litium causa sit, contrariam sequendam consularem, dummodo à principio interuenerit realis, & vera traditio pecuniæ, quoniam absque illa iustum esse censum nunquã potui mihi persuadere.

Quinto videndum est, an titulo dotis census valeat constitui? & dubitationis ex superioribus facilis explicatio est, scilicet, non posse constitui. Solius enim emptionis, & venditionis titulo constitui potest. Esto igitur eo titulo non valere censum creari, valebit ne conventio, vt quandiu quantitas dotis promissa non soluitur, debitor exoluat redditum annuum ad rationem vnus pro quatuordecim? Vtique controuersia, & dubitatio hæc eximia, & percelebris est, & de qua auctores non conueniunt; ad cuius cognitionem præmitto, generum fructus percipientem ex fundo sibi dato in pignus, quousque dos soluitur, lucrifacere illos ultra sortem, ex celebri decisione Pontificia in capit. salubriter de usuris, licet fructus ex pignore non computentur in sortem sit usura, cap. cum contra. de pignor. cap. 1. & cap. conquestus de usuris. l. 1. & 2. C. de distrac. pig. l. 1. & 2. C. de pignora. action. in cuius ratione perquirenda à priscis illis temporibus summo conatu, & omni contentione laborarunt Theologi, & iuris professores varias rationes, & interpretationes excogitantes.

Igitur Ioan. Andr. in dict. cap. salubriter censet eam decisionem solū procedere quando ab initio conuenit, non solum de certa summa dotis, sed etiam de certo fundo fructifero in pignus tradendo, & fruendo, donec dos pure promissa exoluta sit, non data dilatione solvendæ dotis, & genero sustinente onera matrimonij, & dummodo fructus subsint fortunæ, sequuntur Ioan. de Ligni.

& Ambrosii. de Vigna. nu. 7. 14. ibi Laurent. de Rodul. in cap. conuenit de usu. 2. par. quæst. 53. Alexand. consil. 27. volum. 4. & consil. 74 & 141. volum. 5. Socin. consil. 88. volum. 4. Florent. in summa. 2. par. titul. 1. §. 7 & §. 27. reijcitur tamen hæc interpretatio, quoniam magis est, vt data dilatione adhuc gener possit à principio ex pignore fructus percipere, & lucrifacere, vt scripsere Panormit. in dict. cap. salubriter, Imola, & Romanus in l. in insulam. §. usuras. ff. soluto matrimonio, Nouellus de dote. p. 7. priuil. 3. Contra. de contract. quæst. 35 conclus. 2. Palacios Rubios in cap. per vestras de donatio. inter virum & uxorem, notabi. 6. §. 8. Syluester verbo usura. 3. quæst. 3. Couarru. lib. 3. variarum, cap. 1. numer. 3. versicul. secundo constat, Petrus Nauarra de restitutione in foro conscientia, lib. 3. cap. 2. num. 355. & 356. & agnoscit communem Theologorum Michael de Palacio in praxi Theologica lib. 4. cap. 5 pag 183. deinde quia, etsi fructus sint certi, procedit Pontificia decisio, vt scribit Costan. Roge. in tra. de dote. §. 16. n. 7. 11. 12. & 13.

Quocirca Ioannes de Anania in d. cap. salubriter censuit eam decisionem procedere solum ratione damni emergentis prouenientis ex eo quod maritus ex propria substantia, & patrimonio sustinet onera matrimonij, quæ ex dote soluta, non ex proprijs facultatibus supportasset. Ananiam secuti sunt Nouellus de dote priu. 3. Alex. cons. 31. colu 3. volu. 6 & con. 141. vol. 5. Palacios Rub. d. §. 8. & ex Theologis idem voluerit Caietanus. 2. 2. q. 78. art. 1. in solu. ad 6. Syluest. verbo usura 3. q. 2. Gabriel in 4. dist. 15. q. 11. hæc quoq; Anania interpretationem improbat Cou. li. 3. vari. c. 1. n. 3. ex eo quod non est interesse damni emergentis, maritum sustinere onera matrimonij. Siquidem ea sustinisset statim dote soluta, vel ex ipsa dote vel aliunde, tum quia si Anania interpretatio esset admittenda, maxima constaret iniuritas, aut non esset æqua Romani Pontificis

cis constitutio cum rephisme essent ma-
iora onera matrimonij, quam ipsorum
fructuum. Timatio, & fieret non æqua
damni emergentis cum ipsis pignorum
fructibus compensatio. Confutat etiam
eundem intellectum Nauarrus in com-
mentario resolutorio de usuris, numer.
64 ea ratione, quia vxore sustentare nõ
est pati damnum, sed debitum officium
præstare.

Vnde succedit tertia, & communis
interpretatio, vt responsum Pontificiũ
in dict. cap. salubriter non sit generali-
ter, & effuse interpretandum, sed restrin-
gendum ad rationem interesse damni
emergentis, vel lucri cessantis, & ita de-
mum maritus lucretur fructus ex pig-
nore, si ob dilatam solutionem dotis,
passus est detrimentum aliquod patri-
monij, & rerum, vt quia coactus sub
usuris licitis, vel redditibus annuis fuit
pecuniam quære ad sustinenda onera
matrimonij, quæ sustinuisse ex dote:
vel cessauit lucrari, cum potuisset tradi-
ta, & numerata sibi dote. Ita Panor. in
dict. cap. salubriter. Bal. in l. vltim. §.
præterea, colum. 2. C. de iure dotium.
Bart. in l. in insulam. §. usuras. ff. soluto
matrimonio, Alexan. consil. 178. num.
11. volum. 7. Parisius, consil. 64. num. 4.
volum. 4. Adrianus in 4. quæst. de usu-
ris, versiculo sed dubium. Almain in 4.
dist. 15. quæst. 2. Syluester verbo usura.
3. quæst. 3. Conrad de contracti. quæst.
35. concl. 5. & 7. Maior in quarto. dist.
15. quæst. 31. versicul. nonus casus. Ar-
milla verbo usura, quæst. 22. Florenti.
2. par. titul. 1. cap. 2. §. quæritur etiã vtrũ
gener. Couar. dict. cap. 1. num. 3. Petr.
Nauarr. dict. cap. 2. num. 354. & com-
munem esse profitentur Nauar. & Pa-
lacio vbi supra. Oppugnant autem hãc
communem interpretationem multa,
& quidẽ vrgētissima & in primis quod
tex. indistincte loquitur: deinde quo-
niam generale est recipi posse qua-
cunque causa aliquid vltra sortem ra-
tione damni emergentis, vel lucri ces-
santis, & tex. in dict. cap. salubriter inni-

xus ratione peculiaris. Prius de deci-
sione. Et fructus ex pignore non
esse computandos in sortem principa-
lem. Tertio quoniam secundum eam
interpretationem maritus, non posset
lucrari fructus, si excederent ipsum in-
teresse, quod tamen, & verbis, & men-
ti eiusdem text. repugnat apertissime.
Ideoque pro certo constituendum est,
maritum iure optimo non imputare in
sortem dotis fructus ex pignore colle-
ctos, quantumuis, & onera matrimonij,
& interesse excedant. Medina de resti-
tutione. §. ad cap. salubriter de usuris.
Adrianus dict. versic. sed dubium. Co-
uarru. dict. num. 3. versicul. tertio pro-
batur, Aluarus Valascus consil. 8. num.
3. improbens contrariã sententiã Anto-
nij Gomezij in l. 50. Tauri numero 3.
Quarto, quia maritus diues, nec solitus
negotari, nullumque patrimonij, & re-
rum detrimentum passus lucrifacit fru-
ctus ex pignore, vt Nauarrus sentit di-
cto numer. 64. & probat Nauar. dicto
cap. 2. num. 361. versicul. tertio in foro.

Quocirca doctissimus Ioãnes de Me-
dina d. §. ad caput salubriter de usuris
decisionem illam Pontificiam in soceri
quada m donatione fundari scribit, eius
que titulo generum vltra sortem fruc-
tus lucrari. Quæ interpretatio videtur
coincidere cum altera Fortunij in l. vlt.
sine vtriusque iuris illatione sexta, eam
que amplexi sunt Couarruu. lib. 3. va-
riarum ca. 1. num. 3. versiculo ceterum
plura alia, Nauarrus in manuali cap. 17.
num. 213. Bartholomeus de Medina in
summa §. 22. Mercado in opusculo de
usuris. cap. 8 illam autem explodunt Pe-
trus Nauarr. lib. 3. de restitutione in fo-
ro conscientie capite 2. numero 353.
Michael de Palacio in praxi Theologi-
ca lib. 4. cap. 5. pagi. 282. columna secun-
de, quoniam Innocenci. Tertius in. d. ca-
pit. salubriter insinuat eos fructus esse
debitos propter onera matrimonij, si-
giture sunt debiti, non donantur, quia
quod debitum est ex iustitia, non eget
donatione. Vnde D. de Sot. li. 6. de ius.

& iure qua. l. 2. pag. mibi
 481 colum. 1. re. it ma. it.
 fructus ex pignore de. an propter onera
 matrimonij, quemadmodum ipse Pó-
 tiffex ostendit aperte, ea tamen onera
 minime consistere in alenda vxore, at-
 que familia, sed in ea alenda reseruata
 dote integra. Quam, explicationem ex
 omnibus nouioribus, quos ipse viderim
 probat Maurus Antonius Berardu. in
 summa corona confessorum, titulo de
 contracti. pignorat. in quibus cadit
 vsura referens. Panormitan. & alios ita
 sentire. Sed confutat Nauarru in dicto
 commentario resolutorio de vsuris, nu-
 mer. 64 & 65. primum quia respon-
 sum illud Pontificium non se fundat in
 custodia dotis. Deinde, quia sequere-
 tur in Lusitania, alijsq; Provincijs, vbi
 omnia bona inter coniuges fiunt com-
 mania, non habere locum textum in di-
 cto capit. salubriter, quod contra omni-
 nem morem, & cósuetudinem est. Ter-
 tio quoniam nullus vnquam alius vsq;
 ad ipsum dixit custodiã dotis esse onus
 matrimonij: quin potius ipsius custo-
 dia, & rectus vsus sunt leuamen, & ad-
 iutoriam, sicut è contrario perditio
 eius, & sumptus, quos in alendo se, sua-
 que vxore, ac domo facit, sunt onera
 eius.

Quem nouissimi quidam ani-
 ma aduertentes eam decisionem tot flu-
 ctibus agitari, & velut opinionum tur-
 binibus obrui, sic omnes procellas, &
 tempestates componi, & sedari posse
 confidenti animo sibi persuaferunt, ni-
 mirum quod vsura non possit esse nisi
 in vero, aut palliato, præsumptio ve mu-
 tuo: & in specie ista nullum subsit mu-
 tuum, ideoque absque vilo vitio, lucrif-
 acere possit maritus fructus ex dotali
 pignore. Quod vero nullum subsit mu-
 tuum, sic ostendunt. Verum & natura-
 le non subesse res clara & perspicua est,
 nec præsumptum, aut palliatum, appa-
 ret ex eo, quod dotis dominium non ad
 maritum, sed ad vxorem spectat, etiam
 constante matrimonio. Bald. in l. in re-

bus C. de iure dotium. Covarr. in l. na-
 t. aliter §. nihil commune, num. 24. ff.
 de acquirenda possess. & lib. miscella.
 cap. 14. plures, quos refert Pinel in l. 1.
 C. de bonis mater. 3. part. num. 13. cum
 ergo pecuniæ dotalis maritus, non sit
 dominus, vix est, vt dici possit creditor,
 ac proinde respectu illius, nullum po-
 test fingi munium. Ego quidem cenfeo
 hanc interpretationem subtilem esse, &
 ingeniosam: sed, ex illa non consequi
 promissam, & speratam serenitatẽ. Ad-
 huc enim fluctuat ratio istius Pontificij
 decisionis, quoniam hi autores non of-
 tendunt efficacem rationem, quare ma-
 ritus fructus lucratur. Litterum namque
 ipsum ab vsuræ labe liberum esse omnes
 admittunt, sed ex quo titulo, quoue iure
 faciat suos fructus, vitra principalẽ for-
 tem, controuersum est. Controuersiam
 autem non dirimit posterior explicatio
 isthæc.

Pro vera tamen huius tex. interpre-
 tatione constituo primum, quod mari-
 tus quandiu sibi dos non soluitur, non
 tenetur vxorẽ alere. Quoniam ea obli-
 gatio incumbit patri, gl. in §. vltim. in
 verbo onera in authen. de non eligen-
 do secundo nubentes, quam notat Ale-
 xan. consil. 56. numer. 10. volum. 4. Boe-
 rius decis. 22. in principio, imo non so-
 lum non tenetur maritus alere, sed do-
 mo expellere iure potest. l. vltima C. ad
 Velleia. Afflictiis decis. 10. cum alijs al-
 legatis per Boeri. dict. decisio. 22. fere
 omnes in cap. per vestras de donatio. in
 ter virum, & vxorem, & agnoscit com-
 munem Couar. in. 4. 2. par. cap. 8. in prin-
 cip. num. 2. copiose Antonius de Lara
 in l. si quis à liberis. §. si quis ex his nu-
 mero. 50. & 51. ff. de liber. agnoscendis
 Octauia. decis. Pedemonta. 132. nume-
 ro. 18.

Secundo auimaduerto eum, qui su-
 bit, sibi que imponit onus, & obligatio-
 nem, ad quam ipse non tenetur, perci-
 pere aliquid posse, pro onere, & obli-
 gatione illa subeunda, ideoque fide-
 iussorem accipere posse à debitore
 aliquid

aliquid pro ipsa fideiussione frequentissimum placitum est nostrorum in pretum ex his, quæ scribunt Couarru. lib. 3. variarum capit. 2. numer. 2. Didacus Perez in proœmio tituli secundi, libro 8. ordipamenti veteris, pagina. 23. colum. 2. Padilla in l. 2. num. 27. C. de rescin. vendi. Valascus consil. 18. num. 2. Ex quibus conficitur vera interpretatio tex. in dict. cap. salubriter, quod cum alendi filiam onus, quandiu dos promissa non soluitur marito incumbat patri, maritusque subeat obligationem istam, suscipiatque in se onus alendi vxorem, potest iure optimo lucrifacere fructus ex pignore dotali, & de illis lucrificiendis cum socero pacisci, & conuenire.

Aduersus quam interpretationem obijciat aliquis ipsam coincidere cum interpretatione Fortunij, existimantis eam decisionem Pontificiam, dumtaxat procedere inter generum, & socerum, quæ secutus est Couarru. lib. 3. variarum capit. 1. versicul. cæterum, Fortunijque sententiam reiectam esse frequentiori calculo Doctorum, asserentium textum in dict. capit. salubriter habere locum, etiam in extraneo dotem promittente, vt scribunt Nauarrus in dict. commentario resolutorio de usuris, num. 65. & 66. Valascus consil. 8. num. 2. Petrus Nauarra dict. lib. 3. de restit. cap. 2. nu. 359. versiculo ex quibus sequitur primum, & alij ex nouioribus relati superius.

Respondeo tamen idem ius me statuere, cum dos promittitur ab extraneo: quoniam, siue à patre, siue ab extraneo dos promittatur, quandiu dos promissa non soluitur, non tenetur vxorem alere maritus, ipsamque potest expellere domo propter dotem non solutam, textus in capite per vestras de donationibus, inter vir. & vxorem, qui in extraneo dotem promittente loquitur, & ibi Panor. & Palacios Rubios. 3. notabi. in principio num. 2. l. vlt. C. ad Velleianum, & obseruant Couarru. dict. c. 8. in principio, num. 2. Antonius de Lara in d. §. si

quis ex his, num. 50. Neque obstat textus in dict. cap. salubriter, ibi, *generum ad fructus*, quia de genero loquitur gratia frequentioris vsus: frequentius enim filias dotamus, quàm extraneas, & verba scripta in lege gratia frequentioris vsus non mutant in alijs iuris dispositionem, iuxta glos. in Clem. 1. verb. presidentes de rescriptione, Peralta in l. Lucius. 2. numer. 22. ff. de legat. 2. Emmanuel Costa in capit. si pater de testamentis, in sexto, verbo si absque liberis numer. 26. Mieres de maioratu. 1. part. quæst. 31. num. 4.

Adhuc etiam instabit aliquis, eam interpretationem, non implere omnino difticultatem illius text. ex eo, quod iuxta leges iustitiæ commutatiuæ præmiu debet commensurari, & proportionari labori, alias si laborem præmium excedat, iniustitia committetur: igitur si fructus pignoris dotalis maiores sint, quam labor mariti in alenda vxore, id quod superest, & excedit, non poterit lucrari maritus, quod tamen videtur esse contra textum in illis verbis. *Frequentè ter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda*. Respondeo nihilominus maritum lucrifacere omnes fructus, nulla habita consideratione ad onera matrimonij. Vt est Ioannem de Medina, & Adrian. resoluit optime Valasc. dict. consil. 8. num. 3. nunquam tamen fructus excedere laborem ipsum, quoniam personalis illa sollicitudo, & anxietas, laborque mariti in alenda vxore, curandaque familia, nõ habet estimationem: quantitas enim pecuniarum, quam maritus expendit, certa quidem est, & recipit compensationem, & satisfactionem, sed cura mariti, diligentia, sollicitudo, quam gerit erga vxorem, & familiam, non recipit illam. Onera vero matrimonij non respiciunt solum expensas, quas facit maritus, sed eius anxietatem, studium, diligentiam, & cogitationes assiduas. Quæ interpretatio corroboratur ex altera, quæ excogitauit ad textum in capite

Libri Secundus

ad nostram de rebus Ecclesie rector
Rodriguez, olim primarius iuris
professor Salmanticae charissimus pre-
ceptor meus, quem merito, alterum ex-
celsi ingenij Papinianum appellat Cal-
das Pereira in. l. si curatorem habes. C.
de in integrum restitutio. mino. verb.
læsis, num. 47. docebat enim eximius il-
le vir propterea in dict. cap. ad nostram
Bernardū illum rescisso contractu non
restituere fructus monasterio, quoniā
cum in feudum villam accepisset, ex na-
tura contractus ad fidelitatem, & pluri-
ma alia obsequia, & seruitia personalia
tenebatur, quæ cum æstimationem non
recipiant, pro labore Bernardum ipsum
retinere fructus, Pontifex Maximus res-
pondit.

31 Ex longa itaque commentatione tex-
tus in dict. cap. salubriter videbatur faci-
lis, & expedita explicatio questionis su-
prioris. Sed nihilominus autores in
duas sunt opiniones diuisi. Etenim Cor-
nel. consil. 71. volumine. 4. scribit esse
aliquos Doctores non leuis autorita-
tis, afferentes non esse licitam huiusmo-
di pactionem, id vero tenuerunt Ioan.
Andreas, Hostiens. Antoni. & Cardi-
nalis in dict. cap. salubriter, Laurentius
de Rodolphis in capite consuluit de vsu-
ris. par. questio. 53. Paulus de Castro
in. l. in. §. vsuras. ff. soluto matrimo-
nio, Philippus Decius consilio. 116.
numer. 3. & consil. 119. colum. antepen-
ulti. n. & penultima, & consil. 183. &
consil. 322. columna vltima, eamq; sen-
tentiam esse cōmunem profitentur So-
cin. consil. 88. numer. 18. & consil. 130:
numer. 10. volum. 4. Palacios Rubios,
in capite per vestras de donationibus in-
ter virum, & vxorem, notabili. 6. §. octa-
uo intertur, versicul. intelligentiam, Co-
uarru. lib. 3. variar. cap. 1. numer. 3. ver-
sicul. quarto, hinc poterit. Constan. Ro-
geri. de dote quest. 16. numer. 9. & se-
quuntur Antonius Gomez. in. l. 50. Tau-
ri numer. 30. Valascus dict. consil. 8. nu-
mer. 5. Quæ sententia persuaderi potest
ex eo, quod textus in dicto capit. salu-

briter, ex quo decisio questionis. Per-
dere videtur, loquitur de fructibus, qui
sunt incerti, & periculo subiacent, sed
vbi à principio conuenit, de præstanda
certa quantitate annua, nulla est in cer-
titudine, nec periculum, igitur non licet
à principio de certa quantitate pacisci. Rur-
sus non imputare fructus pignoris dota-
lis, in sortem principalem est exceptio
à regula generali, qua cauetur credito-
rem debere fructus ex pignore imputa-
re in sortem principalem. l. 1. & 2. C. de
pignora. action. l. 1. & 2. C. de distract.
pign. l. 2. C. de pactis pigno. cap. cum cō-
tra. de pignori. cap. 1. de vsuris, igitur
cum in dote sit casus exceptus in fructi-
bus rei pignoratæ, pro eadem dote solu-
enda, non debet extendi ad casum di-
uersum, scilicet cum à principio certa
quantitas promittitur. Quæ enim exor-
bitant à iure, & regula communi, non
debent extendi: regula, ea quæ de regu-
lis iuris, lib. 6. è contra vero plurimi au-
tores, non minoris autoritatis, & nomi-
nis tradidere licitam, & vacuā omni vi-
tio esse talem pactionem, sic enim cen-
suere Bart. Imola, & Alexan. in. l. Insu-
lam. §. vsuras. ff. soluto matrimo. Calde-
rin. Ancharra. Panormi. Anania, & Ale-
xander de Neuo. in dict. cap. salubriter.
Bald. Nouellus de dote. 7. par. priuileg.
3. testaturque ex pluribus Theologis, &
iuris professoribus esse magis commu-
niter receptam sententiam Couar dict.
cap. 1. numer. 3. versicul. quarto huic po-
terit. Antonius Gamma decisio. Lusita.
272. Gaspar Baeça de non meliorandis
filiabus ratione dotis, cap. 25. numer. 8.
sequuntur quoque Petrus Nauarra de
restitutione lib. 3. capit. 2. numer. 364. ver-
sicul. sexto infero, Nauarrus in dict. cō-
mentario resolutorio de vsuris, numer.
67. Plotus de in litem iurando, numer.
452. Negusan. de pignori. 5. par. 5. mem-
bro, numer. 16. versiculo, sexto limitatur.
Parisi. consil. 60. volum. 1. Ancharra. q.
33. numer. 4. & 5. 2. par. Borgni. Caval-
can. decis. Fiuizanensi. 35. numer. 21. Al-
fons. Villagutà Neapolit. in tractat. de
vsuris,

vturis. Anno secundo n. 10.
 Quia sententia meo quidem iudicio ve-
 rior est: & qua ratione conuincitur licet
 re marito fructus ex pignore dotali lu-
 crificare, conuincitur posse conueniri
 de percipienda certa annua quantitate.
 Neque obstat, quod text. in dict. cap. sa-
 lubriter de fructibus loquatur, qui sunt
 incerti: quoniam, vt ex Constantio
 Rogerio proxime dixi, Pontificia deci-
 sio locum habet, etiamsi fructus certi
 sint, liberi, & exempti a periculo fortu-
 næ: ac Pontifex Maximus non tam mo-
 uetur ex incertitudine fructuum, quam
 ex labore mariti sustinentis onera ma-
 trimonij, & cum idem sit labor in vtro-
 que casu, nihil interest, detur pignus fru-
 ctiferum, vel soluatur quantitas an-
 nua.

Neque etiam obstat, quod ex pigno-
 re dotali fructus lucrari sit casus excep-
 tus à regula, ac proinde non debeat ex-
 tendi ad hanc alteram speciem, quoniã
 magis est, vt ex identitate rationis ca-
 sus exceptus a lege extendatur ad alios
 casus, glos. verbo iudicati in l. 1. C. de cõ-
 dictio. indebiti, quam ibi sequuntur om-
 nes Doctores, Butrius, & Panor. num.
 6. in capite cum omnes de consti. Feli-
 nus in cap. quoniam frequenter in prin-
 cipio, vt lite non contestata.

Licet ergo, quãdiu dos promissa nõ
 soluitur, pacisci de certa quantitate præ-
 standi vltra sortem principalem, non ta-
 men est necesse, vt conuentio fiat ad ra-
 tionem vnus pro quatuordecim. Lice-
 bit enim contrahentibus aliam inire ra-
 tionem, & ad rationem duodecim, vel
 vndecim quantitatem præstare: quoniã
 lex Regia de censu loquitur, & cõ hęc
 conuentio non sit census, non circumf-
 cribitur eius legis præfinitione. Inquã
 sententiam abiit doctissimus Iacobus
 Sahagum, & dulcissimus atque charissi-
 mus præceptor meus in cap. conquestus
 de vsuris ad secundum argumen-
 tum.

Tertio constituo ad finem illius, quẽ
 post hęc typis excussa vidi, & gaudeo

iram in n. annis tantum vitam. no-
 biscũ tenisse; & quod magie stis frequẽ-
 tissimam esse in praxi testatur, & licet
 Bald. in Rubri. C. de vsuris quæst. quar-
 ta censuerit, maritum ius suum alteri nõ
 posse cedere, & sequantur Alexand. in
 d. §. vsuras Anania in d. capi. salubriter.
 Diuus Antoni. secunda part. titulo pri-
 mo ar. 11. §. 14. & Aluar. Valascus dict.
 consi. octauo numero septimo; tamen
 contrarium verius est ex his, quæ scrip-
 sere Salycetus in authen. ad quæst. 14.
 C. de vsuris, Collecta. & Ioanes de Lig-
 niano in d. cap. salubriter. Laurentius
 de Rodulphis in tracta. de vsuris quæst.
 94. Conrad. de contractibus quæst. 35.
 conc. 13. & quæst. 36. conclus. 7. Ioann.
 Maior in 4. dist. 15. quæst. 42. Michael
 de Palacio in praxi Theologica libr. 4.
 capite 5. pagina 282. col. 1. Petrus Na-
 uarra libro tertio de restitutione capite
 secundo num. 360.

Vltimo loco inquirendum occurrit,
 an præscriptione census constituatur?
 Cui dubitationi facilerespondeo, nec præ-
 scriptione censum creari posse. Tem-
 pus enim non est modus inducendę, tol-
 lendę, aut reparandę obligationis, l.
 obligationum fere §. placet. ff. de actio.
 & obliga. l. si certis annis C. de pactis. l.
 quod ab initio. ff. de regulis iuris. regu-
 la non firmatur eodem titulo. lib. 6. re-
 terea non nisi vera numeratione pecu-
 niæ census constituitur: ergo non præ-
 scriptione. Illud autem per celebrem cõ-
 trouersiam iam fere ab heroicis illis tẽ-
 poribus semper habuit, an ex diutina pẽ-
 sionum præstatione, & solutione obo-
 rietur præsumptio census legitime crea-
 ti, & constituti. Cuius explicatio à no-
 bis exposcere suo iure videbatur longã,
 & diffusam commentationem tex. in l.
 cum de in rem verso. ff. de vsuris, & in
 dict. leg. si certis annis. Illam tamen li-
 benter omittam, vt ad alia, quæ nostro
 instituto magis conferre videntur, no-
 stra decurrat, & progrediatur oratio,
 & breui sermone ipsam difficultatem
 absolnam.

Lib. Secundus

Igitur constituo primum, quod si præstatio redditus annui facta est, non expressa aliqua causa, non inducitur, nec præsumitur obligatio annua pro tempore futuro, etiam si diuturno tempore, & uniformiter facta fuerit, creditorque certam, specificam, & sufficientem causam prætexat, quoniam ad eam causam præsumendam ad finem agendi pro tempore futuro, non sufficit probare annuas solutiones etiam conformes singulis continuis annis longo, vel longissimo tempore factas fuisse, nisi specificè probeatur, illas præstationes esse factas ex causa illa specifica, quæ allegatur, Bart. in d.l. cum de in rem verso ad finem, Bald. in d.l. si certis annis columna secunda, ibi Salycetus, colum. vltima, Alexander 3. Riminal. 2. & 3. Cuma. & Roma. in l. qui aliena in principio ff. de adquiren. hæredita. Salycet in d.l. cum de in rem verso q. 4. Butri. in cap. peruenit decem si. colum. 9. Felin. in cap. causam quæ columna 3. de præscrip. Bald. de præscrip. prima part. tertie partis principalis. q. 10. numero 22. Masc. de probatio. cõclu. 101. numero 3. 4. & 5. volum. 1. & conc. 219. numero. 11. Iacob Venenti. de annua præsta. 2. part. per plures quæstiones hanc materiam copiose, & diffuse prosequens, nam præstatio, vel alius actus, non probat, nisi quatenus inde de necessitate inferitur l. ad probationem. C. de locato & conducto. l. neque natales C. de probatio. l. non hoc. C. de probatio. l. non hoc C. vnde legitimi. l. penulti. ff. de his, quæ sunt sui, vel alieni iuris. Sed præstatio informis non expressa causa formali & specifica, potest esse facta ex causa liberalitatis, vel ex causa obligationis temporalis, & finitæ, & nõ ex debito perpetuo: igitur non probat idem semper deberi in futurum. Cessaret autem hoc in præstatione continuata a tempore immemoriali, quia vim causæ, tituli, & privilegij habet. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æstiva. cap. super quibusdam. §. præterea de verbo. significa. capit. 1. de

præscriptio, lib. 6. tit. 1. in anno
tarunt Cynus quæst. per ult. Ange. Plu.
& Iason col. vlt. in d.l. si certis annis C.
de pactis ex pluuiibus, Couarr. r. in regula
possessor de regulis iuris libro. 6. 2. par.
§. 4. numero 4. versi. tertia cõclu. Masc.
d. conclu. 110. numero 9. & conc. 272.
num. 12. Præterea animaduertito annuam,
& uniformem præstationem cuiuslibet
redditus factam ex causa specifica expressa
decem annis continuis inducere
præsumptionem veræ causæ, & tituli d.
l. cum de in rem verso, ibi. Bart. Salyc.
& Floria. Feli. Balb. & Couarr. vbi supra,
Menchacha. li. 2. controuer. illustri. c.
56. num. 16. & 58. numero. 14. Carol.
Molinæ. in consuetudi. Parisien. tit. 1. §.
7. gloss. 1. numero 19. Pileus quæst. 12.
& 84. Baroi. quæst. familiari. 14. & profiteretur
communem sententiam Petrus Salaçar in tractat de usu, & consuetud.
ca. 9. Ex tam frequentibus enim, & solemnibus
præstationibus satis apparet de veritate causæ,
eiusque sufficienti, & deliberata recognitione.
Ideoque diuturna pensionum solutio facta ex causa
specifica expressa inducere debet obligationem
in futurum. Quocirca in proposito diuturnitas
temporis non inducit præscriptionem, sed dumtaxat
iuris ex varijs causis antea nati præsumptiuam
probationem: sicque in contrarium admittere
probationem ad illius iuris præsumpti exclusionem
docuere Cyn. in d.l. si certis annis quæst. penul. & ibi Iason
col. vlt. Alex. cons. 113. col. fina. volum. 1.
Balb. d. q. 10. Couarr. d. §. 4. numero 3. versi. 2.
ab eadem conclusione deducitur, Menchacha d. cap. 56.
num. 16. & cap. 58. numero 14. quod si præstationes
titulo redditus annui perpetui fuerint continuatæ
per 30. annos, non tantum inducunt tituli, & causæ
præsumptionem, sed veram redditus perpetui ad
quisitionem Caro. Molin. d. §. 7. gloss. 1. numero 21.
Couarr. d. §. 4. numero 4. Folleri. in praxi censu.
verbo huiusmodi census numero 91. Masc. vbi sup.
Sed nunquid sufficiet probare solutionem

nen primi & vltimi anni, & Paul. Ca-
stren. consi. § 1. prope medium lib. 2. do-
cuit sufficere, & sentit Panor. in cap. ac-
cedentibus de priuilegijs, sed cōtra sen-
tit Andreas Tiraquel. de præscription.
§. glos. §. numero 5. versi. illud autem,
& sequitur Menchaca d. cap. 58. num.
11. Masc. d. conc. 101. nu. 6. & 7. Tira-
quel. autem considerat eam rationem,
quod alias sequeretur non vnam tantū
præsumptionem induci: sed plures, nē-
pe vt per primi, & vltimi anni possessio-
nem medij quoque tēporis possessio,
& solutio omnium decem annorum, &
ex huiusmodi præsumpta solutione de-
cem annorum titulus legitimus præsu-
matur, quod est contraglos. in l. 1. C. de
dotis promissione. Sed hanc rationem
sibi leuem videri asserit Menchaca d. n.
11. quia glo. in d. l. 1. C. de dotis promif-
sione non est tuta, & passim leges plu-
res inducunt præsumptiones, vt ibi ple-
ne per Doctores. Quocirca ipsemet Mē-
chaca considerat aliam rationem, quam
appellat peremptoriam, & oculatā, nec
fallitur, quæ enim ratio conuincit, cum
agitur de re corporea ex possessione
primi, & vltimi anni præsumi possessio-
nem medij temporis, eadem cogit, vt in
specie proposita contrarium præsuma-
tur. Cum vero agitur de possessione rei
corporeæ, ideo possessione primi, & vl-
timi anni præsumitur intermedia pos-
sessio, quod qui contrarium dixerit, vi-
detur nouum factum allegare, nempe
trāsijisse possessionem de primo posses-
sore in alterum primumque possessorē
deposuisse animum possidendi, quod
probare deberet, cum minime præsuma-
tur. l. si emancipati. C. de collatio. l. in bel-
lo §. factæ ff. de captiuis, & postlimi. re-
uersis. vlt. C. de restitutio. & subst. Sed
qui se possidere dixerit annum reddi-
tum sibi ab altero præstandum, eo quod
contenderet illum legitimo titulo obli-
gatum; huncque titulum ex diutina præ-
statione singulis annis facta præsumen-
dam, hancque diutinam præstationem
præsumendam ex præstationibus primi,

& vltimi anni nihil ageret. Nam post-
quam ei præstitit primo anno, nullo no-
uo facto, opuserit, vt non videatur ei se-
quentibus annis præstare desijisse: quini-
mo ex diuerso nouo facto opus erat, vt
sequentibus annis præstatio fieret, sicq;
probanda esset ab eo, qui in ea suam in-
tentionem fundabat, præsertim cum ex
parte aduersa negatiua, scilicet se annis
sequentibus non præstitisse, sit improba-
bilis per rerum naturam l. actor, quod
asseuerat. C. de probatio. capite quo-
niam contra falsam eodem titulo capi-
te bonæ el. 2. de elect.

Nec minus solet dubitari, an in dubio
census præsumatur redimibilis, vel irre-
dimibilis: & redimibilem præsumi intre-
pide asseuerandum est, quia semper
in dubio præsumitur, pro eo quod le-
uius & minus est, l. semper in obscuris
ff. de regulis iuris. l. si ita sit scriptum in
fine. l. apud Iulianum. §. scio ff. de legat.
1. l. in minimis l. qui cōcubinam. §. cum
ita ff. de legatis 3. capite ex parte de cē-
sibus, regula in obscuris de regulis iuris
libro sexto. Idque procedit, etiamsi red-
ditus esset Ecclesiæ debitus. Quia in re-
lictis Ecclesiæ locum habet regula tex-
tus in dict. l. semper in obscuris, & in d.
§. scio Baldus Nouell. de dote part. 6.
priuilegio 73. Imola & Ias. in d. si ita
sit scriptum, Decius in d. l. semper in obi-
curis. Neque obstat textus in. l. Titia. §.
Seia. ff. de auro, & argento legato. Ex
quo Barto. ibi. Roma. sing. 115. Anchar-
ra. Imola, Panor. & Barba. in cap. indicā-
te de testamentis, Cephal. cons. 144. nu.
23. libro primo, Menochi. de præsump.
lib. 4. præsump. 106. num. 33. docuere in
Ecclesia non minimum, sed maius præ-
sumi relictum, quoniam magis est, vt
ibi non creata signa, sed aurea legendum
sit, vt agnoscunt Iason in dict. l. si ita sit
scriptum, numero 37. Decius numero
sexto in d. l. semper in obscuris, Andre.
Tiraquel. de priuileg. piæ causæ priui-
leg. 25. Couarruias in dict. capite indi-
cante numero quinto. Sarmiento libro
tertio Selectarum interpretatio. c. 3. nu-

mero tertio. Quod si placuerit c...
 riam literam se qui, quam veteres iuris
 interpretes agnouere Gregor. &
 Menochi. d. p̄sumptio: 106. numero
 34. Haloander in castigationi. suis res-
 ponderi potest ad eum textum ibi. *Ma-
 ius praestari ex voluntate disponentis
 collecta ex praesatione, quae a testatore
 rem magnam legari videtur ostendere.*
 Ut ingeniose interpretatur Sarmiento
 dict. capite. 3. num. 4.

EPITOME
 Cap. Vltimi.

- 1 **E**X censu gabella debetur,
 quia census emptio, & ven-
 ditio est.
- 2 Onus vestigialis, seu gabel-
 lae ad venditorē spectat iure Regio, li-
 cet iure civili ademptorē pertineret.
- 3 An ex redemptione census vestigial
 debeat, & resoluitur non deberi.
- 4 An si emptor redditus annui cedat
 alteri ius suum, pecunia accepta de-
 beatur ex ea cessione gabella.
- 5 Quod in corporalibus emptio, &
 venditio in incorporalibus dicitur
 cessione.
- 6 An debeat gabella ex cessione cēsus
 quae fit loco pretij alterius rei, quae
 emitur, & venditur.
- 7 Resoluitur in superiori forma conuē-
 tionis vnam, & non duplicem gabel-
 lam deberi.
- 8 Leges, quae iuuent ex contractibus sol-
 ui gabellam, sunt odiosae, & restrin-
 gendae.
- 9 Vbi partes habuerunt animum emen-
 di, & vendendi, licet emptor det si-
 mul pretium, & rem, emptio, & ven-
 ditio est, non permutatio, neque alius
 contractus.
- 10 Contractus talis indicatur, qualem
 verborum figura & facies ostendit
- 11 An constituto censu per aliqua do-
 mo, si debitor vendat ipsam domum
 pro 400. aureis cum suo onere, gabel-

- la debeat, etiam respectu titu-
 tis sortis principalis redditus annui,
 an vero solum respectu pretij, quod
 datum fuit in pecunia numerata.
- 12 Late disputatur, quo in loco ex cen-
 su vestigial solvendum sit.
 - 13 An clericus ex censu teneatur solue-
 re gabellam.
 - 14 Hodie ex Trident. decreto. sess. 23. c.
 6. Clerici in minoribus non habentes
 Ecclesiasticum beneficium ad soluen-
 dam gabellam tenentur.
 - 15 Capellania collatiua est beneficium
 Ecclesiasticum.
 - 16 Ecclesia monasterium in hospitale,
 & similia non debent gabellam ex cō-
 tractu censuali.
 - 17 Scholastici neque a gabella, neque
 ab alijs muneribus patrimonialibus,
 & tributis sunt liberi.
 - 18 Licentiati, aut Doctores Theologi in
 res periti, vel Medici consecuti lau-
 ream in Salmanticensi Complutensi
 & Pinciana Academia, vel collegio
 Albornoci Bononiensi, non sunt exēp-
 ti a soluenda gabella.
 - 19 Clericus negotiator cogitur ad sol-
 uendum vestigial.
 - 20 Requiritur autem, vt prius ter mo-
 neatur.

CAP V T V L-
 timum, an ex censu debeat gabel-
 la, & in quo loco sit soluenda.

CREATO censu illico so-
 let dubitari, an ex illo debeat
 tur gabella, & in quo loco
 soluenda sit, nempe an in lo-
 co cōtractus, an in loco, in quo sunt bo-
 na speciatim supposita cēsus praestatio-
 ni? Qua de re publicani, & vectigalium
 cōductores solēt inter se cōtēdere acer-
 rime, quā obrē post perfectā disputatio-
 nē de cēsus creatione, antequā ad eius
 progressū dilaberetur oratio, visum fuit
 eius difficultatis nodum dissoluere.
 Igitur pro certo, & explorato consti-
 tuen-

ruendum est, ex censu gabellam deberi, quoniam ex emptione, & venditione vectigal debetur, palam est, ex. l. 1. & per totum titulum 17. lib. 9. nouæ Compilationis, sed census vera emptio, & venditio est, vt ex superioribus constat aperitissimè, igitur ex censu vectigal debetur, quod in specie adnotarunt Didacus Perez in proæmio titul. 2. lib. 8. ordinamenti veteris, pagina mihi 33. versicul. sed quæro, an debeat gabella, & Ioannes Lanez. Parladori. rerum quotidianarum, capit. 3. onus autem vectigalis, seu gabellæ, pertinet ad venditorè, qui redditum annuum bonis suis imposuit. Nam etsi iure Romano id onus ad emptorem spectaret. l. debet. ff. de ædilitio edicto, quem textum notabilè dicit Baldus in. l. si prædium, num. 6. C. de ædilitijs actio. commendat Iason in. l. vltim. num. 41. C. de iure emphy. extollit Romanus singulare 588. Castillo in. l. 70. Tauri ad finem, & plures notant, quorùm meminit eruditissimus Pinelus in. l. 2. C. de rescinden. venditio. 2. par. capit. 3. num. 4. vbi aduersus inueteratam interpretationem sententiam probatur, ex textu in dict. l. non debet minime colligi vectigalis onus ad emptorem pertinere, cum l. C. ibi non iuris necessitatem, sed facti relationem tantum tradat expendens in id dictionem forte positam in textu, quod ante Pinelum animaduertunt Capola in dict. l. non debet, Carolus Molinæus in consuetudin. Parisiens. 9. 23. num. 7. Nicola. Pignola in additio. ad Romanum, dict. singul. 588. tamen iure nostro regio spectat ad venditorem. l. 1. titul. 17. lib. 9. nouæ Compilationis, nisi paucis casibus exceptis, qui exprimentur in. l. 32. titul. 19. lib. 9. nouæ Cmpilationis. Parladori. dict. capit. 3. numer. 44. Olano litera G. numero 2.

3 Sed dubitari solet, an ex redemptione census, vectigal debeat? cuius difficultatis explicatio inuoluit celebrem quæstionem illam, an ex resolutione contractus gabella præstetur? in qua frequè

trius solet, ita distingui, quod si contractus dissoluatur in continenti, id est, antequam ad extraneos actus deuenerint contractantes, gabella non debetur, quia perinde est, ac si nihil actum esset. Si vero ex interuallo contractus dissoluatur, iterum distingui solet, an resolutio fiat ex pacto ab initio ipsi contractui adiecto, aut no. Si enim resolutio fiat, ex pacto ab initio posito, interest an sit tale pactum, quod ipso iure contractum resoluat, quale est pactum legis commissorie, vel addictionis in diem: resoluta enim venditione, ex eo pacto gabella non debetur, quoniam soluta indebiti conditione reperitur, quod si pactum non resoluat ipso iure contractum, quale est pactum de retrouendendo, ex contractu gabella debetur, non autem ex resolutione, & distractu. Vbi autem resolutio fit, non ex pacto ab initio adiecto, sed ex noua conventionem: vt puta quia post perfectam emptionem, & venditionem, ex interuallo conueniat, vt ab emptione discedatur, ex contractu gabella debetur, ex distractu vero ita demum, si ex eo resultet nouus contractus, alias non, quemadmodum tradiderunt Bart. Bald. Angel. Alber. Fulgos. Paul. Iason, & Orosci in l. ab emptione. ff. de pactis, Bald. in. l. 1. C. quando liceat ab emptione recedere. Fabia. de emptione, & venditione. 8. par. num. 5. & 6. Boeri. decis. 182. num. 39. Antoni. Gomez. 2. tomo, capit. 2. num. 31. Tiraquel. de retractu conventionali. §. 6. glos. 2. num. 3. Riminal. consil. 86. Pinel. dict. cap. 3. num. 36. Parladori. dicto capit. 3. §. 4. num. 37. Ioann. Garzia in tractatu de expensis, & melioratione. capit. 18. a num. 46. Didacus Perez vbi supra. Emmanuel Suarez, & Bonacosa, lib. 7. commun. opinio. verbo gabella. Ex quo alterius quæstionis colligitur clara resolutio, nempe ex redemptione census gabellam non deberi, quia contractus dissoluitur ex pacto ab initio apposito. Sicq; in specie obseruarunt Mõtero, in sua praxi. tractatu 7. fol. 141. & post illum Parladori. d. §. 4. num. 26.

Didacus

Liber Secundus

Didacus Perez vbi supra, verficul. sed est dubium.

Rursus occurrit inquirendum, an si emptor redditus annui cedat alteri ius suum pecunia accepta, debeat ex ea cessione gabella? & magis est vt debeat, prout resoluit Didacus Perez vbi supra, verficul. *Queritur crimen de cessione cens.* Hic enim contractus continet veram emptionem, & venditionem census, iam creati, deo que iure optimo ex illo petitur gabella, nec quod appellatur cessione, excludit rationem, emptionis, & venditionis, quonia quod incorporalibus emptio, & venditio, in incorporalibus dicitur cessione, ex Vlpian. in fragm. titul. 19. Boecio in Topyca Ciceronis, Brisonio de verbis iuris, verb. cessione in iure, & lib. 1. Selectarum capite 7. Reuardus ad l. 12. tabularum capite 16. & de autoritate prudentium, cap. 5.

Deinde vidi a quibusdam reuocari in dubium, an debeat gabella excessione census, quæ sit loco pretij alterius rei, quæ emitur, & venditur? sive enim me tibi vendere domum, & de pretio ita conuenisse, vt in partem pretij cedas mihi redditum annuum, quæ habes contra Petrum, dubium est an debeat gabella, non quidem ex ipsa emptione, & venditione, (quonia certum est illam deberi) sed ex cessione census, redditusque annui in partem pretij, ita vt duplex gabella debeat, vna respectu pretij totius, & contractus principalis, altera respectu census, qui ceditur? Quæ dubitatio cum incidisset in hoc opido Complutensi, in quo iura Pontificia, Decreti cathedrae moderator publice profiteor, & causarum patroni munere fungor, aduocati quidam statim difficultate proposita proruperunt in eam sententiam, vt duplicem gabellam deberi audacter affirmauerint. Censebant enim hunc contractum esse permutationem, ideo que duplicem gabellam præstandam fore. Ipse vero contra puto, vt nõ, nisi vna gabella debeat, ea que respe-

ctio totius pretij in eo computata non tenentur principali. Leges enim, quæ iubent ex contractibus solui gabellam, odiosæ sunt, & restringendæ. Bartol. in l. si pupillus. §. vltimo. ff. ad legem Aquilia. Iason in l. fructus, num. 17. ff. soluto matrimonio. Parladori. dict. cap. 3. num. 29. quapropter non oportet vectigalia multiplicari, nisi expressa lege caueatur, deinde ex vnicō contractu, non nisi vnicum vectigal præstandum fore, planum est: hic autem vnicus, & simplex contractus est. Igitur duplex vectigal, ex eo colligere iniustum, & iniquum est, esse autem vnicum, & simplicem contractum apparet ex eo, quia partes nõ intendunt celebrare plures contractus, sed solam emptionem, & venditionem domus, aut vineæ pro centum quinquaginta in pecunia numerata, & quinquaginta in tributo, reddituque annuo. In his autem rebus, quanti sit æstimanda intentio, & mens contrahentium omnibus, in confuso est.

Denique vbi partes habuerunt animum emendi, vel vendendi, licet emptor simul det pretium, & rem aliquam emptionem, & venditionem contrahi, non permutationem, neque alium contractum egregie docuit Bartol. in l. Aristoteli. num. 2. ff. de donation. & in l. si in emptione. ff. de contrahen. emptione, & in l. 1. ff. de rerum permutatione. cuius sententiam communiter placuisse scribit Andr. Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 30. gloss. 1. num. 2. Nicola. Boeri. decision. 144. Couarru. lib. 2. variarum cap. 4. num. 9. Antonius Gomez. 2. tomō. variar. capit. 2. numer. 10. Ioan. Orosi. in l. iuris gentium. §. & ideo, numer. 17. ff. de pactis. Pinel. in rubric. C. de rescindend. vendit. 2. part. cap. 2. num. 1. Padilla in l. naturalis. §. & si quidem, numer. 2. ff. de præscript. verbis, sed in specie proposita, apparet dilucide contrahentes, habuisse animum emendi, & vendendi, non permutandi, & præsertim ex nomine, quod imponunt contractus. Contractus enim talis præsumitur, & iudicatur, qualem verborum figura, & facies ostendit.

ostendit. fidei iudices magistratum ff. de fidei ius. & contractum ipsum secundum verba iudicamus. l. qui saxum. ff. de dona. vbi Imola, Neuizan. consil. 92. numer. 1. & 2. Navar. consil. 49. numer. 4. Menoch. consil. 372. numer. 1. volumin. Igitur cum sit vnicus contractus emptionis, & venditionis, & vnico contextu celebratus, respondendum erit ex eo deberi vnica gabellam. Quinimo sum procliuor in eam sententiam, vt existimem vnica deberi gabellam, tamen ex post facto, & noua conuentione fiat celsio redditus annui insolutionem pretij conuenti a principio in pecunia numerata, quoniam hæc celsio fit titulo donationis insolutum, ex datione autem insolutum vectigal non debetur, vt prudenter notat Parladori. dict. capit. 3. § 2. num. 3. quinimo magis censeo gabellam non deberi ex censu creato in consequentiam alicuius contractus privilegiati, & immunis ab onere vectigalis, faciunt quæ notat Auenda. respons. 12. Aegidi. Bosius in praxi criminali titulo de vectigali, quod soluitur ex contractu num. 5.

11 Cui quæstioni altera videtur esse similis, an constituto censu super aliqua domo, si debitor vendat ipsam domum pro quadringentis aureis cum suo onere, gabella quoque debeatur, respectu quantitatis sortis principalis redditus annui? an vero solū respectu pretij, quod datum fuit in pecunia numerata? Didacus Perez in dict. proœmio, pagin. 35. versicul. dubitatur, etiam respondet gabellam ex isto contractu, solum deberi ex pecunia in numis soluta, non in aestimata, & loco pretij assignata, ratione census, & oneris iniuncti. Sicque refert fuisse Salmanticæ iudicatum per iudicē secularem, & eius assessorem, mouetur quæ Didacus Perez ad sic sentiendum, quia illud onus iam semel est apud emptorem primum, & in eo remanet res vendita, pro parte tributi, & fuit soluta gabella de tali venditione, & nunc non venditur per tributarium, nec aufertur,

seu solutionis onus transfertur in secundum emptorem, vt liberetur dominus domus, & recipit loco pretij, sed circa onus venditio aliqua non celebratur, quia esset vendere rem alienam ratione prioris constitutionis annui redditus, quæ iam fuit soluta gabella, sicque sufficit, quod ex re vendita. Quod etiam voluit Parladori. cap. 3. §. vltim. num. 53. ibi, Neque illud interim omittam detracto onere nunc soluat.

Quam Didaci Perez sententiam ipse amplector libētissime quidquid distinguat Ignatius de Lafarte in tractat. de decima venditio. cap. 10. post. num. 17. & præter illius fundamenta considero laudimium non facere excessum pretij, nec attendi, computarive ad rescindendam venditionem, vt etiam animaduertit Petrus Rebutus 2. tomo ad constitutiones Gallicas, titulo de rescissio. contractuum, articulo vnico. glos. 15. num. 17. Ex quo Ludouicus Mexia in pragmat. taxæ panis conclus. 3. num. 10. literis consignatum reliquit, vendentem modium tritici, quatuordecim argenteis, quod est pretiū postrema lege Regia definitum, & adiecto, quod gabellæ onus spectet ad emptorem, non incidere in pœnas statutas legibus Regijs, in vendentes triticum, vltra quam ut ipsis præfinitum. Quoniam id onus gabellæ non facit excessum pretij: vbi enim ex onere adiecto emptioni, & venditioni, nihil commodi actu percipiūt emptor, aut venditor, id non habetur loco pretij. Quare cum in specie proposita nihil recipiat venditor, sit consequens, vt respectu eius oneris, quod transferunt in emptorem, non debeat soluere gabellam.

Neque obest, si dixeris, venditorem commodum sentire, quia liberatur ab onere soluendi censum, quo tenebatur, quia licet ita sit, tamen hoc ipsum non efficit, vt ad vectigal soluendum constringi possit. Etenim est necessum, vt ipsum commodum actu perueniat ex emptore ad venditorem.

Quinto

Liber Secundus

Quinto dubitatur, quo in loco ex cēsu vectigal solvendū sit. id est, quis nam publicanus inuestigari exigendo præferri debeat, is ne, qui est in loco contractus, an is, vbi census debet fieri solutio, vel an potius is, qui est eo loco, vbi sunt bona super quibus pensio constituta fuit? Quam dubitationem vidi tactam à Didaco Perez in dict. proœmio titul. 2. de las usuras, lib. 8. ordinam. pagina mihi 37. col. n. 1. versiculo, quo fit, & à Parladori. dict. cap. 3. §. 8. qui in eam deflexere sententiam, vt vectigal solui debeat eo loco, vbi sunt bona census præstationi obnoxia atque subiecta. Quorum primum argumentum est, quod in censu ipsius prædij contrahitur, quædã emptio, & venditio, sed ex prædij emptione, & venditione soluitur gabella eo loco, vbi prædium est. l. 86. & 101. quaterni gabellarum, & in l. 9. titulo. 17. de las alcavalas, lib. 9. nouæ Compilatio. Igitur ex censu vectigal debetur eo loco, vbi sunt bona census præstationi supposita. Hanc tamen argumentationem ipse duco fragilem, & infirmam: quoniam libro primo huius operis capit. 4. versicul. quinto facit, ostendi latius in censu non contrahi, neq; celebrari emptionem, & venditionem rei, in qua cēsus constituitur, sed solum iuris cuiusdam ad exigendas pensiones magnas.

Secundum eius opinionis argumentum est, in censu emitur, & venditur ius quoddam percipiendi redditus annuos vt frequētius placuit Theologis, & professoribus nostris: id autem ius inter bona immobilia refertur Clemēti. exiuit. §. cumque annui redditus, de verbo. significat. l. iuris peritos. ff. de excusatio. tutor. l. sufficit. ff. de condition. indebiti. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glos. 14. num. 120. & §. 1. glos. 6. num. 8. & libro 2. §. 2. glos. 1. num. 29. Rebufus in l. mouen. cum. ff. de verbor. significat. pagi. 561. Baeri. consil. 3. num. 9. Ioann. Matienzo in l. 7. titul. 11. lib. 5. nouæ Compilationis, glos. 1. à numero. 18. Igitur iuxta leges Regias vectigal est soluen-

tum vbi bona sunt. Hæc quoque argumentatio non cōcludit efficaciter, quoniam si recte ponderetur, magis probat soluendum fore vectigal eo loco, quo celebratur iote contractus. Tunc enim ius ipsum emitur, & producitur, cū contractus ipse perficitur.

Tertium argumentum est, redditus annui extat, vbi sunt bona super quibus constituti sunt. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudicijs. Vbi cum Iuriconsultus dixisset res alienam non esse loci, sed vniuersarum facultatum, statim subiecit, id locum non habere, quando aliqua bona certis oneribus destinata sunt, veluti alimentis præstandis, vel tributis, vel alijs quibusdam inexcusabilibus muneribus. Quibus verbis ostendisse, videtur I. C. annuos redditus illic extare vbi sunt bona, super quibus constituti sunt. Quo loco Baldus notat, illum officialem debere executionem facere datiorum, & collectarum, in cuius territorio est res affecta pro datijs, & collectis, sequuntur ibi, Paulus, & Iacobi. de sancto Georgio. Sed neque argumentum hoc efficaciter probat, vbi sunt res ex censu gabellam fore soluendam, quia iura, & actiones loco minime circūscribuntur: sunt enim incorporate, ideoque loco non comprehenduntur neque continentur, ex his quæ scribit D. Thom. 1. par. quæst. 52. articul. 1. vbi ait, quod communis animi cōceptio inter sapientes est, incorporalia in loco non esse. Quo circa legatis his, quæ quis domi suæ habet, nomina debitorum nō comprehenduntur. l. Caius Seius. ff. de legatis. 2. l. si mihi Meuia. ff. de legat. 3. l. cum delanionis. §. vltimo. ff. de fundo instr. Bald. in l. 1. ff. de statu homi. Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocando. natio. verbo bona, numer. 9. & lib. 1. de retract. §. 1. glos. 7. Emmanuel Costa, in capit. si pater de testamentis in 6. 1. part. verbo bona. Dominus Franciscus Sarmiento lib. 6. selectarum interpretatio. cap. 18. num. 1. Pinel. in rubric. C. de bonis mater. 1. par. num. 10. 11. & 12. Petrus

trus. *Securus in. l. si appellatio, pagina mihi 39. ff. de verbo. significatio. Ioan. Orosc. in. l. 1. num. 14. ff. de statu homi. Achilles Pedrocha consil. 2. num. 5. plurimos dinumerans consulentes. Neque hoc tollit tex. in dict. l. si fideicommissum §. tractatum. Quoniam I. C. ibi solum docet ex oneribus iniunctis à testatore patrimonium diminui, quemadmodum ibi glos. Odo. Bartol. Baldus, Alber. Angelus, Paulus, & Iacobi, adnotarunt. Ex hoc autem non infertur, ipsos redditus, onera, iura, & actiones existere in eo loco, ubi patrimonium ad illa destinatum existit. Repugnat enim iura, & actiones existere in loco, cum corporis expertia sint, ut proxime delibavi, & fusius explicat Dominus Franciscus Sarmiento dicto cap. 18. onera vero propterea diminuunt patrimonium, ipsis à testatore destinatum, quia cum testator id patrimonium ijs oneribus destinaverit, voluisse videtur, ut non ex tota hereditate, sed ex illo patrimonio solum præstentur. Ideoque Alberic. Angelus, Paulus, & Iacob. in dict. §. tractatum scripsere, quod ubi ex fructibus certi loci debet creditori fieri præstatio, deficientibus illis non habetur recursus super alio patrimonio, intelligentes id habere locum, quando obligatio est contracta coarctate, & limitate respectu ipsorum fructuum. Ex eo tamen quod testator certum patrimonium, certumve prædium limitate, destinaverit ad certos annuos redditus persolvendos, non sequitur ipsos redditus, iusque ad illos percipiendos competens, existere eo loco, ubi patrimonium, aut prædium est. Quoniam ex illa destinatione dumtaxat oritur ius hypothecæ, ut explicui cap. præcedenti, versiculo, ex quo inferri potest tertiam speciem, ius vero hypothecæ sicuti & reliqua iura loco non circumscribi, certum esse Parlado. ait, dict. §. 8. ex textu in. l. ultima. C. de longi. tempo. præscrip. & in. l. 1. §. si hæres ff. ad Trebellia. l. ex facto. 2. §. unde scio. ff. de hæredi. instituen.*

Quartum argumentum est cum an-

nue. redditus super fundo imponitur, non tantum hypothecaria actio constituitur, sed etiam quoddam ius reale ipsi prædio usus, fructus, aut servitutis instar imponitur. Speculator in titulo de hypothec. §. nunc aliqua, versicul. octuagesimo sexto, & Faber. in. §. item servitina ad finem, instit. de actio. Covarru. lib. 3. variarum cap. 7. num. 6. Cum igitur prædio inhæreat ius redditus annui: eo loci, ubi prædium est, vectigal solvendum erit.

Nec quidem argumentum hoc tantam vim habet, quantum patroni, & fautores huius partis sibi persuadent. Profuso enim sermone hoc lib. 2. cap. 3. 7. quæst. probavi, censum non se habere, ad instar servitutis, sed fundi suppositionem hypothecæ rationem subire, quæ effectus sortiatur vberiores, & maiores, quam ordinaria, & simplex hypotheca, non ergo servitute, siue reali, siue personali ad censum licebit arguere. Quo circa licet Tiraquel lib. 1. de retractu. §. 6. glos. 1. num. 9. scribat iura incorporalia realia loco circumscribi, & contineri, adeo ut multi fuerint in ea sententia, ut quemadmodum in rebus corporalibus requiritur traditio ad dominij translationem ita & rerum incorporalium corporalibus inherentiis, licet secus sit in mere incorporalibus. Sal. in. l. traditionibus, Paulo ante fi. C. de pactis, & in. l. 1. ad finem. C. commu. vtriusque iudicij. Alexan. consil. 184. colum. 2. versicul. ultra prædicta, volum. 6. Tamen huic proposito, nequaquam potest id adaptari: quippe dixerim censum non esse ius reale prædio hærens, & quantumvis admitterem censum esse ius reale affixum ipsi fundo, tamen non sequitur ex inde id ius existere eo loco ubi prædium est saltem propria existentia. Qualitates enim spirituales, siue corporeæ licet homini insint, & inhæreant, non tamen dicuntur esse in loco, saltem existentia propria, aliena autem existentia non videtur efficere, ut vectigal præstetur eo loco ubi prædia sunt, & præsertim quod
ius

Liber Secundus

ius redditus annui, non sit ita fundus in-
hærens, quin duret, viuat, & permaneat
illo sublato, atque perempto. Quo cir-
ca licet Didacus Perez loco superiori
opinionem hanc testetur praxi, vsuque
forensi esse receptam, ipseque viderim,
feruari frequentissime, tamen quia fun-
damenta, quibus consistit, duco infirma
atque fragilia, procliuor sum in eã sen-
tentiam, vt ex contractu censitico gabel-
la solui debeat eo loci, vbi contractus
celebratus, & perfectus est. Regula e-
nim est vectigal soluendum esse in loco
contractus tamen si res alibi sit. Bald. in
l. 1. C. de contrahen. emptio. & in l. ma-
gis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. las.
in l. 1. C. de Summa Trinitat. Panorm.
in cap. vltim. num. 30. de foro compet.
quorum meminit Parlador. dict. §. 8. nu-
mer. 99. Hæc autem regula non reperit-
ur limitata iure nostro regio in reddi-
tibus annuis, vt ex illis vectigal debeat-
ur, vbi sunt bona census obnoxia solu-
tioni. Igitur regula debet in hac specie
manere integra & illæssa. l. commodis-
sime. ff. de lib. & post. l. præcipimus. C.
de appellatio. l. sancimus. C. de testam.
Quod autem redditus annui referantur
inter bona immobilia, existere ve dicantur
eo loci, in quo sunt bona, non probat
non deberi gabellam in loco cõtractus,
quia (nam me fallit iudicium meum) su-
perius his omnibus satisfeci.

13 Denique vt huic disputationi manũ
extremam imponamus, breuiter tractã-
dum est, an clericus ex censitico contra-
ctu, ad soluendam gabellam teneatur?
Quam dubitationem in specie tangit
Perez in dict. proæmio, titul. *de las vsu-
ras*, lib. 8. ordinamenti, pagina mihi 34.
colum. 2. versicul. quaeritur vtrum cle-
ricus, & resoluit clericum ex censuali
contractu, non adstringi ad soluendum
vectigal. Quæ sententia verissima qui-
dem est, quia apertissimi iuris est, cleri-
cu non, ex nullo contractu ad gabellam te-
ne. l. 3. in quaterno gabellarum. l. 6. ti-
tul. 17. lib. 9. nouæ Compilationis. Casti-
lio in l. 70. Tauri, glossa, *y el alcauala*,

Ducñas regul. 100. Couarru. in practi-
quæstio. cap. 31. Didacus Perez in l. 1.
gloss. 1. titul. 3. lib. 1. ordinamenti. Par-
ladorius dict. cap. 3. §. 1. num. 16. Felin.
num. 104. Decius num. 57. in capite Ec-
clesia Sanctæ Mariæ de constit. Firmia.
in tractat. de gabellis. 7. par. numer. 10.
Quod olim habuit locum in clericis pri-
mæ tonsuræ. Felin. in dict. capit. Eccle-
sia Sanctæ Mariæ, num. 103. Ioan. Igne.
in l. fideicommissum, numer. 277. ff. ad
Syllania. Couarr. & Parlador. vbi proxi-
me. l. 13. titul. 3. lib. 1. ordinamenti. l. 23.
titul. 4. lib. 4. eiusdem volumin. Grego-
rius Lopez in l. 50. titul. 6. partit. 1. per
tex. 6. Hodie tamen ex decreto Conci-
lij Tridentini Sessione 23. capit. 6. & l.
Regia. 2. titul. 4. lib. 1. nouæ Compila-
tionis, clerici in minoribus constituti,
non habentes Ecclesiasticũ beneficium,
ad soluendam gabellam tenentur. Quo-
niam non gaudent priuilegio fori: vt re-
cte notant Parladorius dict. numer. 16.
Azebedo in dict. l. 2. titul. 4. lib. 1. nouæ
Compilat. num. 1. Olanus in concordia
& noua reductione antinomina. iuris cõ-
munis, & Regij litera. C. num. 21. Quo
circa procliuor sum in eam sententiã,
vt existimem, clericũ in minoribus non
habentem Ecclesiasticum beneficium
iure nouissimo, non gaudere priuilegio
Canonis. Licet enim antiquo iure gau-
deret eo priuilegio, vt resoluit Petrus
Rebuf. in repetitione tex in cap. si quis
suadente diabolo. 17. quaest. 4. ampliat.
5. quia tamen hodie nõ est de statu Ec-
clesiastico, exutusque est priuilegio fo-
ri, illius Canonis beneficio, & gratia nõ
potietur. Quod si clericus in minoribus
habuerit capellaniam collatiuam, neq;
ex contractu censuali, neque alio quo-
cumque vectigal debebit. Quia capel-
lania collatiua est beneficium Ecclesia-
sticum, & capellanus illius ratione con-
stringitur ad recitandas preces orarias,
& ad fructuum restitutionẽ tenebitur,
pro rata omissionis, sicut beneficiarius
quilibet: glossa verbo si beneficiorum,
in Clem. 2. de decimis. Felin. in capite
ex

ex par. 2. colum. 1. de rescriptis, Decius
 consil. 110. numer. 4. Paulus de Castro
 consil. 373. ad finem, volum. 1. Aegidi.
 Bellamera quæst. 181. Panorm in cap.
 significatum, num. 5. de præbendis. Me-
 dina in. C. de oratione quæst. 7. colum.
 penult. Nuar. in cap. quando, de con-
 secratio. dist. 1. cap. 20. fol. 557. Ioan.
 Gutierrez consil. 1. & 2. clericus autem
 in minoribus Ecclesiasticum obtinens
 beneficium gaudet priuilegio fori, &
 immunis est ab omni tributo, ex dicto
 decreto Triden. & dict. l. 2. titul. 4. lib.
 1. nouæ Compilationis.

16 Quod vero dictum est de clericis, ad
 Ecclesias extendendum est dict. l. 6. &
 7. titul. 17. lib. 9. nouæ Compilationis,
 ac proinde ad monasteria, hospitalia,
 confraternitates, loca religiosa, & pia,
 quæ priuilegijs potiuntur Ecclesiarum.

17 Scholasticum autem ab onere gabel-
 læ, alijsq; muneribus patrimonialibus,
 tributis, & contributionibus, non esse
 liberum, & immunem semper mihi ma-
 gis persuasi. Quod etiam animaduer-
 tunt Angel. in. §. item si maior insti. de
 excusatio. tutor. Ioannes Lecirier. de
 primoge. quæst. 7. num. 10. lib. 2. Tho-
 mas Parpalia. in. l. placet, numer. 70.
 versic. an autem scholares. C. de sacro
 sanct. Eccles. Didacus Perez. in. l. 8. ti-

itul. 2. lib. 1. ordinamenti. Ioannes Ma-
 tienço, in. l. 10. lib. 5. nouæ Cõ-
 pilationis, glos. 2. num. 2. facit text. in. l.
 3 ad finem, titul. 7. lib. 1. nouæ Compi-
 lationis.

Sed neque Licenciati, aut Doctores
 Theologi, Iurisperiti, vel Medici con-
 secuti lauream in Salmanticensi, Com-
 plutensi, & Pinciana Academia, vel col-
 legio Albornoij Bononiensi liberta-
 tem, excusationem, aut immunitatem
 habent absoluenda gabella, tamen si ab
 alijs oneribus liberi sint. Quoniam no-
 biles à vestigalis onere nõ excusantur.

Aduerte tamen clericum negotiato-
 rem cogi ad soluendum vestigal. capit.
 vltim. de vita, & honestate clericorum,
 Clement. præsentis de censibus. l. 49. ti-
 tul. 6. part. 1. l. 7. titul. 18. lib. 9. nouæ Cõ-
 pilationis, quæ in specie requiritur, vt
 prius ter moneatur ex dict. cap. vltimo,
 & dict. l. partitæ quorum iurium dispo-
 sitionem non esse sublatam, ex dict. l. 7.
 titul. 18. lib. 9. nouæ Compilationis ad-
 uersus Gregorium Lopez prudenter,
 & cordate defendunt Parladorius d. §.
 1. num. 19. & Salzedo in additionibus
 ad Bernardum Diaz in practica crimi-
 nali canonica, cap. 55. pagin. 175. col. 1.
 reliqua circa hoc caput vide apud Ig-
 naciū de Lafart, de deci. vlt. cap. 10.



LIBER TERTIVS. DE CENSVS

progressu.

EPITOME Capit. I.

- 1 **A**ctione ex censu petuntur redditus decursi.
- 2 Iure communi pensiones decursae non possunt exigi via executiva, etiam si aebatur ex instrumento publico.
- 3 Iure regio quando de contractu censu confectum est publicum instrumentum, si potest via executiva pro pensionibus decursis.
- 4 Disputatur an iure regio publica instrumenta, quae carent clausula guarantigia, habeant executionem paratam.
- 5 An ius executivum competens ex censuali instrumento praescribatur decem annis.
- 6 Referuntur duae opiniones contrariae, an testamentum pro legatis habeat executionem paratam.
- 7 Resolvitur praeteritas pensiones lapsu decennij non posse peti via executiva, futuras utique posse.
- 8 Latissime differitur, an pro annuis redditibus locum habeant remedia possessoria.
- 9 Ut agēs interdicto recuperanda pro

redditis annuis obtineat, debet probare, no vnicā, sed plures solutiones.

20 *In causis possessoris sufficiunt semiplena probationes, ubi & contraria refertur opinio.*

21 *A sententia lata in possessorio non licet appellare, in ibique explicatur qualiter hoc procedat.*

CAPVT I.

Qua actione census petatur.

Tractaturis nobis de progressu censitici contractus, vsum est priori loco sermonem instituere de actione, qua redditus annui possint exigi. Omne enim ius, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, vt nos docuerunt I. C. Caius in l. 1. & 2. ff. de statu hominum, & Imperator Iustinianus in §. vlt. instit. de iure naturali gentium, & civiliū. Cumque ergo verba fecerim de rebus, & personis, recta docendi methodus postulabat, vt cōfestim ad actionē, qua cēsus, petatur, inquirendā gradū faciā. Id autē explicare per facile quidē est, nam cū census sit contractus nominatus actione ex censu ad pensiones annuas erit agendū, vt resolui lib. 1. huius

huius tractatus, capit. 2. versicul. inquit ramentum est for studiosus. Difficilius autem aliquantulum videtur, an ordinatio iudicio semper sit agendum, an possit executiuo? In quo si tempore conspiciamus antiqua iuris Cæsarij, Pontificij, expedita responsio est ex contractu censuali, etiam contento in publico instrumento, non posse agi via executiua, quoniam iure communi instrumenta publica non habent paratam executionem. l. minor. 25. annis cui fidei commissum. ff. de minoribus, nisi in quibusdam casibus connumeratis ab Alexan. in l. vltima. C. de edicto Diui Adrian. tollen. & in l. ait prætor. 6. si iudex. ff. de re iudicata, Rodericus Xua rez in l. post rem iudicatam. ff. eodem titulo in principio. Antonius Gomez in l. 64. Tauri, Gonsalus de Paz 4. par. primi tomi suæ praxis cap. 1. nu. 6. Olano in concordia, & noua reductione antinomiarum iuris communis, & Regij littera prima, num. 31.

3 Quod si ad leges Regias conijciamus oculos, vbi de contractu censitico fuerit confectum publicum instrumentum, mandabitur executioni, & procedetur via executiua. Publicis enim instrumentis tributa est vis executiua iure nostro Regio. l. 1. & 2. titul. 21. lib. 4. nouæ Compilationis. Qua in re oportet animaduertere, interpretes legum Regiarum dissensisse, an instrumenta publica, quæ carent clausula guarentigia, secum habeant executionem paratam. Etenim Castillo, & Palacios Rubios in l. 63. Tauri professi sunt instrumentis publicis non competere vim executiuam, ex clausula guarentigia, ideo licet illa careant, esse mandanda executioni, idemque magis probant Antonius Gomez. in l. 64. Tauri, Auendaño in declarat. ad l. 4. & 5. titul. de las excepciones, lib. 3. ordinamenti à num. 2. Villalobos verbo instrumentum, notans interius commune, & Regium antinomiam in hoc articulo consistere. Olano dict. liter. 1. numer. 40. & 42. &

nume. 53. scribit se audisse à peritissimo quodam consiliario hanc opinionem receptam fuisse in Supremis Regijs tribunalibus, & Cæcellarijs, & cum apud Regios Auditores de hac re adducitur controuersia, illos ridiculum esse censere. Et hanc partem late defendit Azebedo in l. 1. à num. 54. tit. 21. de las exregas, y execuciones, lib. 4. nouæ Compilationis, Matiezo in l. 10. titul. 17. lib. 5. nouæ Compilationis. Pro qua sententia hi autores expendunt textum in l. 2. titul. 21. lib. 4. nouæ Compilationis. ibi. *cartas y contractos publicos*, & in l. 3. 4. & vltima eodem titulo, & libro. Quibus in locis perspicue ostèditur, & præcipitur publica instrumenta esse mandanda executioni.

Contrarium tamè magis probant Didac. de Segura in l. si ex legati causa. ff. de verbo. obliga fol. 101. col. 3. vers. tertia differentia. Rodericus Xua rez in dict. l. post rem iudicatam, in declaratione legis Regni, in principio, nu. 10. & 17. Couarru. lib. 3. variar. capit. 11. num. 3. versicul. illud sane. Rebusus in tractat. de literis obligato. in praefact. num. 18. testatus ita seruari in Hispania, Dominus Antoni. de Padilla in l. 1. nu. 20. C. de iuris, & facti ignorantia, Gaspar Baeça de inope debitore cap. 1. nu. 31. Quemada in quæstione Fiscali Sanctæ Inquisitionis, quæst. 9. Ioannes Gu tierrez de iuramento confirmato. 1. p. c. 62. nu. 6. & lib. 1. practicar. quæstio. circa leges Regias Hispaniæ, quæst. 110. Gonsaluz de Paz dict. cap. 1. num. 10. & 11. Qui omnes autores vnanimi consensu profitentur hanc sententiam veriore, & receptiorem esse, & vsu ac obseruatione totius Regni approbatã. Pro illaque solet induci, & expèdi Regia constitutio quinta titul. 21 lib. 4. nouæ Compilationis, in illis verbis. *Que las nuestras justicias las executen conforme a la ley de Toledo susodicha, que habla sobre la execucion de los contratos guarentigios.*

Inter has vero opiniones extremas,

se medium interponit Didacum Perez in l. 3. titul. 8. lib. 3. ordinamenti, glossa 1. versic. probari tamē, existimans clausulam gaurentigiam præsumi semper appositam, quamuis fuerit ommissa. Ex eo quod notariorum vsu frequentissimo receptum sit, eam clausulam instrumentis adijci, argumento textu in l. vltima. C. de fideiussori. & eorum, quæ notat Segura in l. 3. y. vltimo, num. 32. versic. decimo sexto. ff. de liberis, & posthu. Menchaca lib. 1. de successio. creatio. §. 6. nu. 33. versic. denique. Couarr. in rubr. de testam. 2. p. nu. 14. Ideoque publicū instrumentū, cui defuerit clausula gaurentigia, poterit executioni mandari, non ex eo, quod publicum sit, sed ex eo quod præsumitur ex legis fictione apposita clausula gaurentigia. Hæc tamen Didaci Perez conciliatio displicuit Olano d. litera prima, nu. 36. & 37. Azebedo in d. l. 1. titulo. 2. lib. 4. nouæ Compilat. num. 58. & Ioan. Gutierr. d. cap. 62. num. 6. versic. sed ego priorem opinionē, & aduersus illam videtur habere maximum momentum, quod lex nunquam fingit, nec præsumitur aliud à contrahentibus factum, quā quod in instrumento scriptum inuenitur, eiusq; verba obseruari ad vnguem, nam verba contractus habentur pro textu, cui credendum est, Oldral. consil. 258. colum. 2. Bal. consil. 174. lib. 2. Aymó Crauera consil. 107. num. 2. l. non aliter. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis 3. idemq; dici posset de reliquis clausulis vsu receptis, siq; nullæ essent necessaria, quod vtrique ab omni iuris ratione alienū esse videtur: quinimo est contra textum in d. l. 3. titul. 25. lib. 4. nouæ Compilationis, ibi: *Todas las condiciones, partes, y clausulas, y renouaciones y sumisiones, que las partes asientan*, quod vero ex Segura, & Couarr. & Menchaca adductū est de clausulis in instrumentis apponi solitis, intelligendam est quando in instrumentis inueniantur scriptæ clausulæ, quæ ex notariorum consuetudine apponi

consueuerunt, & dubitatur an ex Notarij consuetudine an ex partium consensu fuerint appositæ, tunc enim lex præsumit ex partium voluntate adiectas esse, vt recte notat Olano vbi supra num. 39. & docuit Bal. in l. 1. col. vltim. ff. soluto matrimo. & in l. errores. C. de erro. aduocato, Decius consil. 653. numer. 5. & 6. Molina lib. 4. de Hispano. primoge. cap. 2. num. 51. Didacus Perez in l. 2. titul. 5. quæst. 17. & 18. lib. 2. ordinament. Quo circa magis est, vt instrumentum publicum non habeat executionem paratam, nisi apposita fuerit expresse in eo, clausula gaurentigia.

Neque obstat textus in l. 2. 3. 4. & vltima titul. 21. lib. 4. nouæ Compilation. quia interpretari oportet illas. l. ex text. in d. l. 5. eiusdem tituli, quatenus eadē lex expresse refert se ad textum in dict. l. 2. intelligens illam loqui de contractibus gaurentigijs: igitur si fuerit instrumento censuali adiecta clausula gaurentigia, illud habere paratam executionē dicendum est. Sed an ius executiuum cōpetens ex instrumento censuali præferibatur decem annorum spatio, iuxta decisionē text. in l. 63. Taur. & in l. 6. tit. 15. lib. 4. nou. Cōpil. solet dubitari?

Et Ioannes Yañez Paclador rerum quotidianarum capit. 1. §. 12. num. 41. & §. 13. num. 44. distinguit an redditus annuus debeat ex contractu, & stipulatione, an vero ex vltima voluntate. Cum enim debeat ex contractu, & stipulatione, Pacladorius inquit, decennio pro rusto tolli, & absorberi ius exequendi, non solū pro præteritis, sed etiā pro futuris præstationibus. Quoniā eo casu est vna obligatio tantū, idcirco vna tantum præscriptione consumitur, glos. in l. cū notissimi. §. vlt. C. de præscrip. 30. vel 40. anno, quā cōmunē testatur Balb. de præscrip. 4. p. 4. principa. 9. & Boeri. decis. 336. & Anton. Gomez. 2. tom. c. de qualitatibus contractuum, n. 44. vbi vero redditus annuus ex testamento debeat, idem autor scribit ces-

fare

fare præscriptionem iuris exequendi pro legatis annuis, quanquam longissimum tempus lapsum fuerit, tamen semper habebit locum executio pro pensione nouem annorum proximorum: quia in legatis annuis, quot sunt anni, tot sunt legata. l. si in singulos. ff. de annu. legatis, & ideo tot nascuntur actiones, & consequenter tot præscriptiones sunt necessaræ. Itaque in his, & si aliqua temporis præscriptio completa fuerit, pro præteritis tantum annis nocet, non pro futuris, gloss. Bart. & ceteri in l. cum norissimi. §. ultimo. C. de præscrip. 30. vel. 40. anno.

Que Parladorij sententia duplicem inuoluit difficultatem, alteram, quæ ad dubitationem superius, propositam spectat, & alteram, an verum sit, legata annua relicta in testamento, de quo est cõfecta publica scriptura, paratam executionem habeant, quod pro certo, & indubitato videtur Parladori, constitueret, licet enim Angelus in authen. de hæredib. & falcidia. §. illud, colum. 1. docuerit habere secum paratam executionem, & sequantur, ac receptam esse testentur Alexand. numer. 31. & Ias numer. 14. in l. vltima C. de edicto Diui Adriani tollendo, Socin. Seni. consilio 103, in principio lib. 3. Philippus Decius in l. in testamentis, numer. 6. ff. de regulis iuris. Alciat. in l. pecuniæ verbum. §. actionis, numer. 10. ff. de verbor. significatio. Segura in l. si ex legati causa. ff. de verbor. obligatio. Rodericus Xarez in l. post rem iudicatam. ff. de re iudica. notabili. 6. Peralta in l. 1. numero 37. ff. de legat. 2. Orosci. in l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pactis, Duesias regula 15. limitatio. 2. & referat in praxi receptam esse Gõsalus de Paz in sua praxi. 4. parte primo tomo, capit. 1. numero 20. Tamen plurimi autores alij constanti animo defendant, non habere executionem paratam, Alexan. in l. sed cum dorem ff. soluto matrim. & in l. ait prætor. §. si iudex, num. 5. ff. de re iudicata, & ibi Vinæa. de Herculanis,

pecuniæ in l. vltima, numer. 6. C. de edicto Diui Adriani tollendo, Menoch. de adipiscen. possessione, remedio 4. numero 695. Antonius Gomez in l. 45. Tauri, num. 137. & 1. tomo variarum capit. 12. numer. 7. Couarru. in capite Raynuncius. 9. 10. numero 2. de testamentis Auiles in capit. prætorum, capite 10. numero 8. Azebedo professus esse receptam in praxi. in l. 1. titul. 21. libro 4. nouæ Compilat. gloss. *Otras qualesquier escrituras*, numer. 20. vbi tamẽ ipse Azebedo animaduertit, quod si testamentum hæres non neget, neq; contradicat, sed fateatur potius verum esse, & legatarius petat hæredi præcipi, vt adimpleat iura certum tempus, alias aduersus ipsum executioni mandatur, lapso tempore executioni poterit mandari; sed in hoc casu non testamentam, sed præceptum ipsum, quod executiuum est, mandatur executioni. Igitur non recte Parladorius constituit pro certo legatum annuæ quantitatis, recta via paratam executionem habere.

7 Quod vero attinet ad principalem ipsam difficultatem Didacus del Castillo in l. 63. Tauri, gloss. *diez años*, columna mihi 4. & folio 178. scribit pensionem annuam debitam ex locatione, & conductione emphyteusi ex censu exigi posse via executiua, non obstante lapsu decennij. Castelli sententiam amplexus est Gõsalus de Paz in praxi Ecclesiastica, & seculari 4. parte, primi tomi, capite 3. numero 15. testatus esse receptam praxi, in eamque ipse profertur sum. Et magis probat Ioannes Gutierrez, quem post hæc scripta, vidi libro 1. quæstio. præcti. quæst. 90. num. 4. Quare præteritas pensiones lapsu decenij non posse via executiua peti, sed ordinaria, constituendum est. Pro futuris autem executione decursus eius temporis non impeditur. Vbicumq; enim pedit conventionalis dilatio, ius executiuum præscribi nõ potest. Bart. in l. interdum. §. 1. ff. de verb. oblig. Panor. & Propoli.

Lib. r Tertius

posi. in capit. præterea requisiti de appella. Castillo in dict. l. 5. Tauri, glossa *die 7 años*, & ibi Palacios Rubi. numer. 16. Azebedo in l. 6. titul. 15. lib. 4. nouæ Compilationis, numer. 25. Parlad. dict. capit. 1. §. 13. numer. 43. sed quoad futuras pensiones annuas nondum cessit solutionis dies, igitur lapsus decenij nõ potest impedire executionem pro futuris præstationibus argumento text. in l. cadere diem. ff. de verbo. significatio. Quod si de contractu censuali non fuerit confectam publicum instrumentũ, non enim requiritur ad eius substantiã, ⁸ seclussa Extrauaganti constitutione Pij Quinti de forma creandi census, & solutio à debitore denegetur, an remedia possessoria locum habeant, eximia, & perdifficilis dubitatio est.

Pro cuius explicatione suscitanda est antiqua Legistarum, & Canonistarum controuersia, an pro annuis præstationibus, locum habeant remedia possessoria? In qua vnanimi consensu, omnes videntur constituisse, vt pro annuis præstationibus realibus competant remedia possessoria, Angelus, Aretin. in principio instit. de interdictis colum penultima, & vltim. Ripa in l. rem que nobis numer. 16. ff. de acquir. possess. & in l. 1. numer. 3. ff. quorum bonorum, late Menoch. in tractatu de recuperan. possessio. remedio. 1. numer. 87. Iacobus Venentus in tractatu de annua præstatione, quæst. 3. numer. 10. & 11. Petrus Salaçar de vsu, & consuetud. capite. 9. Andreas Gaill. practic. obseruat. libro 2. obseruatio. 10. ante numer. 6. Sed tota difficultas in eo posita est, an in præstationibus mere personalibus competant possessoria remedia: in eaq; variæ autorum dissentium opiniones extant. Canonistæ enim frequētissimo, & creberrimo voto in eam partem deflexere, vt constituerint intrepide dari possessoria remedia. Sic Innocentius, Hostiensis, Abbas antiquus. Heric. Anton. Aocharranus, Cardinal. Imola in capit. querellam de electione, Antonius in ca-

pite peruenit de censib. sanormitan. & Felin. in capite conque tus de foro cõpetenti, & in capit. sicut de re iudicata. Dominicus in cap. nullus. 2. quæstio. 2. Præpositus in glos. summe. 3. quæst. prima, columna. 6. versicul. ex his infertur. Signoro. de homodeis consilio 222. numer. 4. Afflictis decis. 395. Gigas de pensio. quæst. 48. numer. 1. Aymon Craueta consil. 140. numer. 1. & hanc sententiã seruare vniuersam Galliam testatur Petrus Rebuf. 3. tom. ad constitutiones Gallicas, titul. de causis benefic. possessio. in præfatione num. 2. & 3. plura refert Octauia. decisione Pedemontana 99. numer. 47. 48. 49. & 50. Iacob. Venentus dict. quæst. 3. Borgninus Caualcanus decisione Fiuizaneti 28. in additione, numer. 13. & 14. Alexan. Raudens. in tract. de analogis cap. 39. numer. 157 & 158. Pro qua sententia in primis facit textus in capit. sicut de re iudicata, vbi pensio quinque modiorum frumenti, simpliciter petebatur remedio possessorio, non respectu alicuius rei, & licet Ripa in l. 2. numer. 3. ff. quorum bonorum, dixerit eum textum accipiendũ esse in præstatione reali, & Vberti. Zuchar. in repetitio. legis vltimæ. C. de edicto Diui Adriani tollendo, numer. 311. & 312. sequatur hæc interpretationem Ripæ expendens verbum restitutionem positum in eo Pontificio responso, & alij officio iudicis actum in eius specie affirmant. Tamen diuinationæ sunt omnes interpretationes istæ, vt animaduertit Iacobus Verèrus dict. quæst. 3. nu. 11. & 12. Nec placet Menoch. dict. remed. 1. numer. 88. interpretatio altera existimantis in eo textu non fuisse intentatum remedium possessorium. Quoniam ex principio eiusdem decretalis apparet esse actum remedio possessorio, & præsertim ex integra decretali relata ab Antonio, August. 3. collect. decreta. lib. 2. tit. 16. c. 6. in hæc verba. *sicut nobis vestris literis intimatis, cū causa que inter. H. Subd. & Huardũ Presbyterũ S. Clementis su*
per

per quatuordecim annis modis vertebatur, qui dicebantur ipsi Henrico, per annos singulos exsoluendi, ex delegatione nostra vobis commissa fuisset, & partibus in vestra presentia constitutis, idem Henricus restitutionem sibi fieri postulasset. Secundo facit tex. in cap. querellam de electione, ibi petens pensionem sexdecim denariorum Papiensium, debitam Ecclesie Sancte Agathe. Pro eadem Ecclesia de Thermis, sibi restitui de nouo subtractam, & ibi vos in eundem statum percipiendi huiusmodi de Ecclesia Sancti Saluatoris de Thermis, Ecclesiam vestram decernimus reducendam, & ad solutionem pensionis subtracte condemnamus Presbyterum ante dictum, salua questione proprietatis inter Ecclesias memoratas. Quem textum iuris Pontificij professores, pro ea sententia esse aperissimum iudicarunt. Respondent tamen ad eum Cæsarei iuris interpretes, quod contra querellam opus est querella, quam solutionem esse parum modestam, inquit Franciscus de Ripa in dict. l. 2. ff. quorum bonorum, numer. 3. Quo circa respondent aliqui Pontificij responsum in dict. cap. querellam, esse accipiendum de obligatione, siue prestatione reali, eo quia ille tex. loquitur de prestatione census debiti ab Ecclesia alteri Ecclesie. Quam interpretationem amplexus est Ioan. Andreas in cap. peruenit de censibus. Improbant tamen Butrius, & Imola in dicto cap. querellam, quia Ecclesia dicitur persona inanimata, representans animatam. l. mortuo. ff. de fideiussor. ac per consequens in eo text. videtur magis actum de prestatione personali, quam reali. Vnde Bartol. & alij. Respondent ibi debitam fuisse pensionem pro aliqua re, puta pro domo, ideoque fuisse actum de iure reali, sicut agi potest contra Vassallum obligatum personaliter ratione feudi, & hanc responsionem sequitur Panormit. in dict. cap. peruenit. Quæ diuina re videtur, atque ex eodem textu rejici, quatenus docet pensionem illam

Ecclesie Sancte Agathe debita fuisse pro Ecclesia S. Saluatoris de Thermis.

Tertio facit tex. in l. nec vllam. §. vltim. ff. de petition. hæredit. vbi debitor hæreditarius, velut iuris possessor conuenitur hæreditatis petitione, & in l. regulariter. ff. eodem titul. vbi iuris possessor, & rerum incorporalium conuenitur hæreditatis petitione. Si igitur apud debitorem, requiritur possessio iuris, propter quam ad aliquid dandum, vel præstandum astringitur: ergo possessorio conueniri potest. Eorum tamen iurium difficultatē euadere conantur aliqui, ex eo quod hæreditatis petitio est mixta in rem, & personam, sicque potest diuersis respectibus intentari, & cum in rem actio intendi possit pro mera detentione. l. officium. ff. de rei vendica. ibi. *Puto autem ab omnibus, qui tenent, & habent restituendi facultatem, peti posse, & pro ea nequeat proponi remedium possessorium*, quia possessorium competit pro vera possessione dumtaxat d. l. officium, versic. quidam tamen vt Pegasus. Fit consequens debitorem hæreditarium, conueniri posse petitione hæreditatis, non autem rem possessorio. Hæc tamen euasio non consistit firmo, & stabili fundamento, quoniam magis est, vt pro nuda detentatione locus sit rem possessorio, prout animaduertit, Angelus de Perusio in l. si certis annis vltim. colum. ad fin. C. de pact. 4. potest expendi tex. in cap. vltim. de restitutio. spoliatorum, vbi Gregorius Nonus respondit occupantem certum locum, in quo quis iura libere possidebat, si per ipsius occupationem, non potest possessor iura sua libere possidere sicut prius, conuenire posse possessorio pro libertate possidendi, sed neque is text. videtur efficaciter probare comunem Canonistarum opinionem: quoniam ex eius tenore, & cõtextura apparet loqui de prestatione reali, dum ibi dicitur Castrorum, in quibus dictas pensiones. Licet autem pensionis, & prestationis annue in eo te. videatur esse reales: nihilominus tamen probat ibi

Libe- Tertius

pro personali præstatione, locum esse remedijs possessorijs, quia non tam pro pensionibus ipsis, quam pro ipsa libertate possidendi, & percipiendi illas, ibidem dantur remedia possessoria, libertas autem ipsa non est cur ad obligationem, aut præstationem realem referatur.

Quinto annua præstatio personalis præscribitur. l. eum de in rem verso. ff. de usuri: ergo possidetur vel quasi. Probo consequentiam, quia absque possessione præscriptio non procedit. l. sine possessione. ff. de usucapio. reg. sine possessione de reg. iuris in 6. si igitur possidetur vel quasi, videtur possessorio pro ea experiri posse. Quo argumento hanc partem sustinuit Ioannes de Lignian. in consil. quodam relato inter cõsilia Bal. 425. l. 3. posset tamen responderi ad argumentationem hanc non valere consequentiã istam, præscribitur; ergo possidetur. Nam personalis actio præscribitur. l. sicut rem. C. de præscri. 30. vel 40. anno. & tamen non possidetur, Bart. in l. solent. §. non vero prope finẽ. ff. de officio. proconsul. & legati, idem in dict. l. sicut asserens in præscrip. actio. personalis non requiri possessionem, sed solum negligentiam creditoris, & ibi Angel. num 9. & Alber. 1. nihilo minus tamen argumentũ, videtur stringere pro ea parte, eo præsertim quod non inepte dici potest actiones quasi possideri. l. regulariter. l. etiam. §. vltim. & l. sequenti l. quod si in diem. §. penul. l. item videndum. §. si quis cum. ff. de petitio. hæreditat. & docuit Accurs. verbo vel ius in dict. l. sicut in rem. C. de præscriptione 30. vel 40. annorum, vel aliter dici potest, vbi agitur de libertate acquirenda, ex præscrip. non requiri possessionem, vel quasi. l. si partem. §. vltimus. ff. quem admodum seruit. amittantur, quẽ text. singularem dixit Angelus in. §. æque si agat, num. 16. iustit. de actio. Padilla in l. 2. C. de seruituti. & aqua, quia negligentia scientia, & patientia aduersarij subeunt locum quasi possessionis. l. & si forte. §. sciendum, & in. §. sed si patien-

te. Et si seruit. vendit. & in de. liberetione, sed obligati ne tractatur, aut de alio iure adquirẽdo, absque possessione præscriptionem non esse dicendum est. Hac enim in specie locum obtinet, tex. in. l. sine possessio. ff. de usucapio. & in regul. sine possessione, de regul. iuris in 6. quare cum in proposito de acquirendo iure tractetur, absque possessione, confici præscriptio non poterit, & per consequens consecutio procedit; præscribitur, ergo possidetur, quasi de consequenti ad antecedens necessarium inferatur, quod genus argumentationis firmum, & validum est in iure nostro, vt diffuse prosequuntur Claudi. Canciuncula loco 17. Ebera. loco 126. & 128. Guevara in Topyca Cicer. §. 13. num. 4. Sexto nam per vsum iuris incorporalis quis cõstituitur, in quasi possessione eiusdem iuris, cum iste vltus loco traditionis sit l. quoties *la segunda*. ff. de serui. denegata igitur præstatione in continenti creditor illa, quasi possessione dicitur spoliari: ideo experiri posse videtur possessorio, vel quasi. Septimo facit, quia negari nõ potest, quin saltem imponatur quidam status, qui si violenter, & iniuste fuerit immutatus, agi poterit, vt fiat restitutio secundum Antonium in dict. C. querellam. Pro quo facit tex. in cap. si Episcop. 3. quæst. 2. ibi: Ante in pristinum statum restituere, & ibi, Præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur. Neq; obstat, si dicatur statum illum esse, quandam quasi possessionem non iuris, sed illius vsus, in quo statu defenditur: quia contrariũ probat tex. in cap. si diligenti de præscriptio. ibi, Si tu fueris in quasi possess. iuris exigendi. E contra vero iuris Cæsarei professores ab antiquis temporibus, cõstanti animo sustinuerunt possessoria remedia non dari pro præstationibus personalibus. Sic Cynus in. l. sciendum in fine. ff. qui satis cogantur, & in. l. si certis annis. C. de pactis, & ibi Alber. num. 8. Faber. in. §. præiudiciales num. 37. instit. de actio. & in princip. instit. de interdi.

Ioan.

Ite et in eodem num. 48. veruicul. at secundum, institut. eoder
 Ioan. Andr. Cardinalis, & Ancharra. in
 cap. peruenit de censib. Bart. in l. solēt.
 §. non vero prope finem. ff. de offi. Pro-
 consulis, & legati, & ibi Bald. 2. lectur.
 Bart. in l. 2. & 6. Ripa nu. 3. ff. quorum
 bonorum. Bald. in l. iubemus nullam.
 notab. C. de Sacrosanct. Ecclesijs, & in
 l. 1. colum. 6. versic. sciendum est autē.
 C. de seruitutib. & aqua, & in l. 1. C. de
 fideicommissis in princip. versic. quid
 ergo quod dicitur, & ibi Paul. de Castr.
 colum. 3. versicul. nunc etiam extra glo-
 ssam oppono. Vbertin. Zuchar. in l. vlti.
 C. de edicto D. Adriani tollendo. num.
 311. & 312. Tiraquel. de retract. ligna-
 gier. §. 31. glos. 1. num. 79. & Petrus Sa-
 lazar in tractat. de vsu, & consuetudine,
 cap. 9. plures cumulat testatus esse cre-
 briorem sententiam Menoc. de recupe-
 rand. dict. rem. 1. num. 78. Iacob. Vene-
 tus de annua prest. quæst. 3. Quæ senten-
 tia suis quoque prestidijs instructa, & ar-
 mata procedit. Princip. autem ex eo
 potest persuaderi, quod pro annua pre-
 statione quis dicitur personaliter obli-
 gatus. Roma. consil. 311. versic. quoad
 tertium. Igitur aduersus eam non pote-
 rit intendi remedium aliquod possesso-
 rium, cum aduersus debitorem obliga-
 tum personaliter, interdictum possesso-
 rium non competat. l. 2. ff. quorum bo-
 norum. Huic tamen argumentationi res-
 pponderi posset, negando interdictum
 possessorium, non comperere aduersus
 debitorem personaliter obligatum, nec
 tollit responsionem, text. in dict. l. 2. ff.
 quorum bonorum, quia prætor per id
 interdictum non prouidit, nisi aduersus
 corporum possessores, & ideo nõ com-
 petit aduersus debitores hæreditarios,
 vt voluit Angel. in dict. l. 51. certis an-
 nis, & explicat Iacobus Cuius. in paratit-
 la ad titulum ff. quorū bonorum. Quo
 circa non ex eo, quod interdictum quo-
 rum bonorum aduersus debitores here-
 ditarios non datur, inferri potest gene-
 raliter remedia possessoria, non dari cō-

tra debitorem personaliter obligatum,
 à particulari num. ad vniuersale non li-
 cet inferre cap. in Genesi de electione,
 & præsertim quod remedium legis vlti-
 mæ. C. de edicto. D. Adrian. tollendo
 possessorium sit, & referatur inter re-
 media adipiscendæ Menoch. de adipif-
 cen. possess. rem 4. & nihilominus tamē
 competat aduersus debitores hæredita-
 rios Angel. in §. quadrupli. num. 39. in
 fine instit. de actio. Alexan. in l. vltim.
 num. 25. C. de edicto. d. Adria. tollendo
 Menoch. dict. tract. de adipiscenda, re-
 med. 1. num. 74. & 75. quinimo reme-
 dium dict. legis vltimæ competit hære-
 di aduersus eos, à quibus defunctus quid
 annuū exigebat, & sic reponatur in sta-
 tū defuncti, Angel. in dict. l. si certis an-
 nis Aretin. in §. 1. institu. de interdictis,
 colum. 3. Barbac. in additioni à Bald. in
 l. iubemus in princip. C. de Sacrosanct.
 Ecclesijs, Octauia. decis. Pedemontan.
 99. num. 49. ad finem.

Secundo petitorium, & possessoriū
 sunt correlatiua, & nam correlatiuorū
 est, quod vbi non competit vnum, nec
 reliquum l. 1. in princip. ff. de adquiren-
 da possess. §. sic itaque discretis instit. de
 actioni. Igitur vbi non habet locum pe-
 titorium, nec habebit possessorium: sed
 pro personalibus præstationibus nõ ha-
 bet locum petitorium, quia requirit
 duo extrema, dominium agentis, & pos-
 sessionem, vel quasi rei conuenti l. vni-
 ca. C. de alienatione iudicij. l. in rem a-
 ctio. in prin. l. qui petitorio, & l. si autē
 ff. de rei vindicatione, Menochius in
 præludijs de recuperanda. n. 20. Cæsar
 Contardus in repet. legis vnicę. C. si de
 momentanea possessione fuerit appel-
 latum quæst. 13. & apud debitorem nul-
 la reperitur possessio: igitur neque pos-
 sessorium potest habere locū. Hanc ve-
 ro argumentationem diluit dupliciter
 Angel. in dict. l. si certis annis col. vlti.
 primū quia in præstationibus mere per-
 sonalibus est dabile petitorium, & quē
 admodum in reali agitur, & concludi-
 tur ad declarationem iuris realis. l. &

ex diuerso. n. de rei vindicatione. Ita in personali potest agi, & cōcludi ad hoc, vt declaretur quem debitorem esse. l. quid tamē. §. si arbitrer ibi nota. per docto. ff. de arbitris, & in l. si p̄tor in princip. ff. de iudicijs, vbi sententia arbitri, vel iudicis declarat Titium non teneri, & sic est mere declaratoria, sicut etiam in reali, vnde in his legibus ad id actum fuit, alias non potuisset ita ferri sententia, vt valeret. l. ex fundus. ff. communi diuidendo. l. vltim. ff. de fideicommissa libertati. l. diui fratres. ff. de libera causa. l. male agitur. C. de p̄scrip. 30. volum. 40. annorum. Secundo respondet Ange. negando consequentiam, quia vbi nullum est petitorium, locum habere potest possessorium, contra spoliante enim, qui nullam possessionē est adeptus, nec voluit adipisci, non competit petitorium dict. l. r. C. de alienatione iudi. & tamen competit possessorium. l. r. §. ex interd. ff. de vi, & vi armata. Cū ergo vtraq; opinio fluctuet, nec firmis videatur consistere fundamentis effectū est, vt autores varias constituerint concordias inter vtranq; Ange. enim Aret. in princ. instit. de interdictis, colum. penult. versic. vel die, secundo censuit distinguendum esse, an p̄statio annua ratione rei immobilis, vel ob possessionē rei mobilis esset, vt primo casu possessorium iudicium restitutionis causa cōcedatur, posteriore non. Sequitur Ripa in l. rem quæ nobis, nu. 16. ff. de adquir. posses. quam distinctionem rejicit Menoch. dict. remed. 1. de recuperand. nu. 88. ex eo quod in quæst. proposita res esset sine difficultate cū ratione rei mobilis, pensio p̄staretur, nam si ad possessionem rei mobilis non conceditur interdierum recuperandæ, minus cum illius causa aliquid annuum p̄statur, alij quoad of̄cium iudicis, vel remedium. C. reintegranda arbitrantur esse veram opinionem Canonistarum. Falsam autem quoad interdictum recuperandæ, quod placuit Francisc. de Ripa in dict. l. 2. ff. quorum bonorum, & Me

nochi, vbi supra, & in l. p̄m. de iur. iur. Pontificij professorum traditionem, quam ni fallor ab impugnationibus omnibus liberaui superius, & in portum securum, tranquillumque deduxi.

At dicet aliquis disputationem hanc, in qua versamur materia, omni prorsus carere difficultate annua enim p̄statio, quæ occasione census redimibilis persoluitur realis. C. & ratione rei immobilis debetur, id circo perspicuū est pro illa competere omnia remedia possessoria. Nihilominus tamen vtilitatem habet, non modicā ipsa disputatio, quia memini me libro, primo huius commentarij, cap. 8. resoluisse censum ex natura rei, atque seclusa Extrauaganti constitutione Pij Quinti constitui, & creari posse in sola, nudaque persona. Quo circa in ea specie pro exigendis pensionibus denegatis intendi, poterit recuperandæ possessionis interdictum. Vt tamen agens recuperandæ interdicto pro redditibus annuis possit obtinere, debet probare non vnicam, sed plures solutiones, vt docuere Anto. Imol. Panorm. Ripa, & Rebuf. in cap. cū Ecclesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis explorata contraria sententia Ange. de Perusio in l. si certis annis. C. de pactis, cui ad stipulatur Ludou. Roma. consil. 311. in fine, Ifern. Cassan. & alij, quos refert, & sequitur Alexan. Rauden. dicto cap. 39. num. 159. idem, vt non vna, sed plures p̄stationes requirantur, docuit Paulus de Castro consil. 130. versic. secundo, volum. 2. Ripa in l. 2. ff. quorum bonorum, num. 5. Iacob. Venetus dict. tractat. de annua p̄stat. 1. par. quæst. 6. qui omnes vnanimi cōsensu, resoluunt numerum p̄stationum, relinquere arbitrio iudicis. Sed quæ fructum, quamve vtilitatem percipiet creditor remedia intendens possessoria pro annua p̄statione: certe non modicam, causa enim possessoria summaria est. l. momentanea, & ibi Bart. C. vnde vi, Marant. in speculo aureo. 4. par. 9. distinctio. iudi. num.

num. 43. in causis summarijs multo sunt specialia introducta, quæ late prosequitur Marant. dict. 9. distinct. iudicio. Deinde quia in causis possessorijs sufficiunt semiplenæ probationes, Bart. in l. admonendi, colum. penul. ff. de iure iurando, & in l. 1. C. quorum bonorum, & in l. 2. §. vltim. C. vbi in re actio. Cuma. in l. 1. §. vltim. ff. de prætorijs stipulatio. Matthæ. sing. 2. Afflictis. decis. 364. num. 5. Beroi. consil. 43. num. 46. l. 3. Decius in cap. de appellatio. in fine de appellati. Socin. consil. 266. numer. 26 lib. 2. Alexander consil. 91 in princ. lib. 5. & consil. 103. colum. 2. lib. 7. Decius consil. 28. colum. 2. & consil. 135. colum. 2. & consil. 252. colum. 2. & consil. 663. colum. 1. & in l. videlicet. C. de Carboniano edicto, numer. 2. Carolus Ruin. consil. 32. num. 7. volumi. 4. Aymon in Sauillia. consil. 158. num. 12. Petr. Dueñas regul. 299. num. 10. Marsilius singu. 433. Sarmiento de redditib. Ecclesia. 1. par. cap. 4. numer. 3. id tamen non audeam affirmare pro certo, quoniam video plures, & grauissimos autores abijisse in trinam sententiam, vt sint necessariæ plenæ, & legitimæ probationes, Bart. in Extrauag. ad reprimendum, verbo summaria, glos. Odofre. Iacob. Butri. Cyn. Bal. Ange. Salycetus in l. 1. C. quorum bonorum. Lanfranc. de Oria in l. admonendi, columna vltim. & ibi Curc. Senior colum. 87. ff. de iureiurando, Deci. in capit. causam quæ, colum. 2. de iudicijs, Anchar. in Clementina sepe, de verbor. significatione. & ibi lino la colum. 41. & Gregorius Natta in. §. quæ omnia, colum. 15. & dicit communem opinionem Alexander consil. 187. in fine lib. 7. sequuntur Plotus de iuramentum iurando, num. 115. Rolan. à Valle consil. 50. num. 16. lib. 2. Menoch. de recuper. possessione, remedio. 15. numer. 408. Vanci. de nullitati. senten. titul. de nulli. ex defectu processus numero. 38. Octauia. decisione Pedemontana 99. num. 12. Menoch. de recup. quæst. 32. num. 48. remedio 15. Ioseph. Ludouic.

decision. Perusi. 59. num. 2. doctissimus & elegantissimus Ioannes Garfi. in tractatu de nobili. glos. 1. num. 51. articul. tamen istud optime præter alios discutit Cæsar Contardus in repetitione. l. vnica. C. si de montanea possessione fuerit appellatum ad rationes dubitandi, & decidendi, quem poteris consulere.

Denique quem à sententia lata in possessorio, non licet appellare. l. vnica. C. si de momentanea possessio. fue. appellat. vbi glossa, verbo momento. l. vlti. ff. de appellatio. recipiendis. l. quisquis. C. quorum appellatio non recipiantur. Omnes in cap. 1. de caus. possessionis, & proprietatis, dicit communem Roland. à Valle consil. 77. volum. 2. Octauia. decisio. Pedemontana 25. Ioseph. Ludouic. decisio. Perusina. 20. Lancelot. in copioso, & erudito tractatu. de attentatis. 2. par. cap. 12. de attentata. appellatio. pendente limita. 15. num. 1. & sequentibus. Bouerius singul. appellatio. 22. Capicius decisione 34. num. 1. Menoch. de adipis. remedio 4. num. 828. Antoni. Gomez in l. 45. Tauri numero vltim. Horatius Carpanus, in lucubrationibus in ius municipale, quæ appellant statuta Mediolani, ad cap. 150. glossa non possit appellari, num. 47. 48. 49. & 50. ideo sententia lata pro creditore agente remedio possessorio, pro denegatis pensionibus decursis, non obstante appellatione mandabitur executioni, quod etsi in specto iure ciuili procedat, tamen iure Pontificio locum non habet, Viuius opinio. 22. Couarra. in practica. cap. 23. num. 7. autores proxime relati, probat rex. & ibi glossa, verbo interdictum, in cap. 1. de sequestratio. possessio. & fructu. Clementina vna de causa possessionis, & proprietatis: Clementina vna de sequestration. possessionis, & fructuum, quibus in locis expresse cautum est in possessorijs admitti appellationem, quoad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuum, Decius consil. 28. Parisius consil. 108. colum. 3. volum.

lum. i. Ripa in cap. saepe, num. 3. de re-
stitutione spoliatorum, Ioannes Corra-
sius in l. naturaliter. §. nihil commune.
ff. de acquirenda possessione num. 26.
Caesar Contardus in dict. l. vnic. C. si de
momenta. posse. fuerit appellat. limi-
tatio. 3. Huberti. Zuchar. in l. ultim. C.
de edicto Diui Adriani tollendo, num.
441. quicquid contra senserit Meno-
chius dicto remedio 4. de adipiscenda
num. 849. quinimo iure nostro Regio
cessabit ea utilitas. Quoniam in causis
possessorijs eo iure frequens est appel-
latio. Iacobus Sahagun in cap. i. de se-
questrationi. possessi. & fructu, num.
78. ita tamen vt pronuntiatu duabus sen-
tentijs conformibus non liceat ulterius
appellare, vt affirmant Antonius Go-
mez, & Couarruias vbi supra. Igitur
si creditor pro redditibus annuis inten-
det recuperandæ possessionis reme-
dium, obtinueritq; duas sententias con-
formes iure nostro regio, poterit impe-
trare executionem aduersus debitore,
quam illi iudex, denegare non poterit,
licet debitor condemnatus appellatio-
nem interposuerit.

EPITOME

Capit. II.

- 1 **N**triquo iure civili, vbi plu-
res certam quantitatē pro-
mittebant simpliciter, erāt
obligati solum pro virili,
vbi vero in solidū promittebant, vel
actum erat, quod essent duo rei de-
bendi, in solidum tenebantur.
- 2 Nouiori iure authenticorum plures
rei debendi, etiam si fuerint obligati
in solidum, non possunt in solidū con-
ueniri, nisi alter sit absens, vel inops,
idque procedit iure regio septem par-
titarum.
- 3 Agitur de interpretatione text. in
lege i. titul. 16. lib. 5. nouæ Compil-
latione.

- 4 Creditor, cui plures res ierant iure
hypotheca obligatae, potest aduer-
sus quemlibet ex pluribus earun-
dem rerum possessoribus in solidum
agere.
- 5 Obligatis in solidum pluribus res de-
benti creditor liberam electionem
habet, vt quemlibet in a possit in soli-
dum conuenire, quod conuenio vno
contra quem egerat primo, post illū
ad alium reuerti possit.
- 6 Refertur sententia Aretini in l. 2. n.
4. versic. secunda solutio. ff. de duo-
bus reis. & resellitur.
- 7 Tam in bonæ fidei contractibus, quā
stricti iuris à Justin. inductum est de
nouo in lege vltim. §. idemque. C. de
fideiussor. electione, petitione, &
condemnatione vnus ex pluribus
reis debendi, non liberari ceteros
correos.
- 8 Si debitor suos nominauerit credito-
res, & petierit illis satisfieri ex bo-
nis suis, & vnus creditor, qui habet
alios obligatos in solidum instrumen-
tum debiti presentauerit, & senten-
tia quartum, vel quintum locum ob-
tinnerit, nihilominus poterit agere
aduersus alios correos, quousque sibi
integre satisfiat.
- 9 Creditor, qui via ordinaria conuenit
vnum ex pluribus reis debendi, eun-
dem libere poterit conuenire via exe-
cutiua, etiam coram alio iudice.
- 10 An si cum vno creditor pactus. si
ne petat, liberati sint alij correi de-
bendi.
- 11 Ex communi sententia, quando de-
bitum processit ex causa onerosa, sol-
uens in totum repetit ab alij correis,
si nullam sensit utilitatem, si vero
totam in nihilum, si vero partem pro
parte.
- 12 Qui nullam ex contractu sensit utili-
tatem excipere poterit, vt ille qui to-
tam utilitatem habuit, suis expensis
excutiatur, etiam si debitor sit ex in-
strumento quarentigio.
- 13 Vbi vero ex causa lucratua debitor
habuit

habuit or. vinem, communis schola
soluēt negat omnino repetitionem.

14 Refertur Molinai sententia aduer-
sus communem.

15 Reprehenditur Ronchegallus, quod
generaliter dixerit corream qui ro-
rum soluit, nihil posse à correo repe-
tere.

16 Si vnus ex tribus reis debendi solue-
rit insolidum ex iure cesso à credito-
re, poteritque mlivet ex alijs conue-
nire insolidum excepta sua parte.

17 Late differitur, in corream debendi,
fideiussor, vel possessor fundi specia-
liter obligati offerendo sortem cum
vsuris possit cogere creditorem, vt il-
lis cedat ius redditus ipsius.

18 An qui ius redditus annui emit à
creditore, possit à correo debendi exi-
gere redditus insolidum.

19 si reus debendi redemptionem cen-
sus obtinuerit à creditore, non vero
cessionem iuris, non poterit exigere
redditus à correo.

20 An si duo insolidum redditum con-
stituerint, alterque receperit totam
pecuniam, alteri instrumentum in-
demnitatis expedierit, promiseritque
redimere redditum intra certum tē-
pus, vel alias eximere ab obligatione
cessante debitore principali, alter va-
leat redditum sibi comparare, & co-
gere ipsum debitorem ad redimen-
dum, & nihilominus quādiu differet
redimere exigere redditum.

C A P V T II.

De duobus reis debendi in censu constitu- tis.

Requens est in instrumento
censuali cōstitui plures reos
debendi: ideo tractandum
est qualiter sint obligati, in-
solidum, an pro virili: & si vnus soli-

dum soluit, an solidum possit ab alijs
exigere. Igitur vt distincte, & diluci-
de procedamus iura digestorum, & co-
dicis separanda sunt à iure authentico-
rum. Antiquo enim iure, vbi plures
certam quantitatem simpliciter pro-
mittebant, erant obligati solum pro vi-
rili, vbi vero insolidum promittebant,
vel actum erat quod essent duo rei de-
bendi, insolidum tenebantur, & insoli-
dum poterant conueniri. l. reos. 11. §.
cum tabulis. ff. de duobus reis, vbi Pa-
pinianus sic affatur. Cum tabulis esse
comprehensum illum, & illum centum
aureos stipulatos, neque adiectum ita,
aut duo rei stipulandi essent, virilem
partem singuli stipulati videbantur, &
è contrario cum ita cautum inuenire-
tur, tot aureos recte dari stipulatus est
Iulius Carpus. Spondimus ego Anto-
ni. ac ille, & Cornelius Dius, partes vi-
riles deberi, quia non fuerat adiectum
singulos insolidum spondisse: ita vt
duo rei promittendi fuerint. Vbi glos-
sa Odo. Ryner. Bartol. Alberi. An-
gelus, Imol. Paulus de Castro, & Ron-
chegall. ad animaduertent, text. in. l.
3. §. vbi duo. ff. eodem titul. l. creditor
l. exprimere. C. de duobus reis. l. reos
culi. §. idemque. C. de fideiussori. no-
uiori autem iure authenticorum ab Im-
peratore Iustiniano constitutum est, vt
duo pluresque, rei debendi, etiam si fue-
rint obligati insolidum, nequeant in-
solidum conueniri, sed solum pro viri-
li, nisi alter sit absens, vel inops, authen-
tic. de duobus reis in principio, & §. se-
quenti, collatione 7. authentic. hoc ita.
C. de duobus reis, leg. 10. titul. 12. parti-
ta. 5. vbi Gregorius Lopez, Antonius
Gomez. 2. tomo variarum capite. 12.
de duobus reis, Ioann. Gutierrez in tra-
ctatu de iuramento confirmatorio, pri-
ma parte, capite. 23. numero octauo,
nono, & decimo. Olanus in Concor-
dia antinomiarum iuris communis, &
Regij, litera I. numer. 28. Iacobus Cu-
iacius nouella 99. qua in re consonat
ius Regium partitarum posteriori iuri
civilis,

Libe Tertius

ciuili, licet contrarium perperā existi-
 mauerit Villalob. quem merito repre-
 hendit Olanus dict. num. 28. non tamen
 satis expeditum est, an iure Regio no-
 uiori recessum sit ab eo quod auth. hoc
 ita. C. de duobus reis Iustinia. statuerit
 & iure 7. partitarum fuerit dispositum.
 Dubitationis causam præbet. l. 1. tit. 16.
 lib. 5. nouæ Compilatio. quæ sic habet.
*Establecemos, q̄ si dos personas se obli-
 garen simplemente por contrato, o en
 otra manera alguna, para hazer y cum-
 plir alguna cosa, que por esse mesmo be-
 cho se entiendã ser obligados cada vno
 por la mitad, saluo si en el contrato se
 dixere que cada vno sea obligado insoli-
 dum, o entre si en otra manera fuere
 conuenido è igualado; y esto no embar-
 gante qualesquier leyes del derecho co-
 mun, que contra esto hablan, y esto sea
 guardado assi en los contratos passã-
 dos, como en los por venir.* Ex qua. l. col-
 ligi videtur teneri insolidum, & insoli-
 dum conueniri posse duos reos deben-
 di, si fuerint obligati insolidum. Ideoq;
 apparet correctam esse iure Regio no-
 uiori authentic. hoc ita. C. de duobus
 reis, & legem. 10. tit. 12. par. 5. ac proin-
 de non esse necessariam hodie renūtia-
 tionem illius authen. & reliquarum le-
 gum de duobus reis debendi loquen-
 tium, quæ passim à tabellionibus publi-
 cis adijcitur instrumentis. Circa cuius
 legis veram intelligentiam, video con-
 certantes graues, & perdoctos autores
 huius Regni, magnus enim ille vir Gre-
 gor. Lopez in. l. 8. tit. 12. partit. 5. gloss.
cada vno dellos, censuit prædictam. l. 1.
 titul. 16. lib. 5. nouæ Compilat. non age-
 re de duobus reis debendi obligatis in-
 solidum, sed solum de pluribus fideiuf-
 soribus insolidū obligatis, moueturq;
 Gregor. Lopez ad sic sentiendū: quo-
 niam. l. illa Regia derogat iuri cōmuni,
 & iure cōmuni statutū erat duos reos
 principaliter obligatos pro virili tene-
 ri, si simpliciter essent obligati, & insoli-
 dum si insolidum, ex l. 2. l. reos. §. cum
 tabulis. ff. de duobus reis debendi. Igi-

tur apparet ex Gregor. Lopez senten-
 tia hodie in nostro Regno plures reos
 debendi insolidum obligatos, insoli-
 dum posse conueniri, & plures fideiuf-
 sores obligatos insolidū similiter abs-
 que vlla renuntiatione. Gregor. adhæ-
 rent Ioann. Matienço in dict. l. 1. gloss.
 1. & vltim. Olanus in sua concordia an-
 tinomia. Iuris communis, & Regij lite-
 ra F. num. 36. & 37. Greg. tamen dis-
 sentit Ioannes Gutierrez in tractatu de
 iuramento cōfirmatorio. 1. par. cap. 23.
 num. 10. versiculo multo minus mihi
 placet. Existimatque Regiam decisio-
 nem loqui de duobus reis debendi, & in
 ea specie testatur se vidisse praxi recep-
 tam. Quæ sententia meo iudicio præ-
 stat opinioni contrariæ, quia verba le-
 gis perspicue illam probant esse verā:
 & quia non recte sensit Gregor. iure
 communi plures reos debendi insoli-
 dum obligatos, insolidum posse conue-
 niri, quoniam, vt paulo antea animad-
 uerteram, iure authenticorum, & Re-
 gio. 7. partitarum, non poterant con-
 ueniri insolidum, nisi vbi alter esset ab-
 sens, vel pauper. Quocirca stat recte
 eam legem nouæ Compilationis, de
 duobus reis debendi agere, & iuri com-
 muni derogare. Quare hodie si plures
 rei debendi obligentur insolidum, in-
 solidum poterunt conueniri, absque vl-
 la legum renuntiatione, quod Grego-
 rius Lopez, Matienço, & Olanus, dif-
 fiteri non videntur, ex quo sequitur,
 quod si in censuali instrumento plu-
 res insolidum se obligauerint, insoli-
 dum possunt conueniri, etiam si tabel-
 lio renuntiationem legum, quæ de duo-
 bus reis debendi loquuntur, non ap-
 posuerit, & quod magis est, si omnes
 dona sua ad census præstationem sub-
 iecerint seorsum, poterunt insolidum
 conueniri, tametsi expressam non ad-
 iecerint obligationem solidi. Creditor
 enim, cui plures res fuerunt iure hy-
 pothecæ obligatæ, potest aduersus quæ-
 libet ex pluribus earundem rerum pos-
 sessoribus insolidum agere, ad inte-
 gram

gram debiti solutionem, nec potest cogi contra omnes actionem hypothecariam, aut contra eorum quemlibet prorata deducere in iudicium. l. Moschis, & ibi gloss. & Bartol. ff. de iure fisci. Corne. consil. 135. lib. 1. Ferrara in pract. libel. responsionis ad actionem hypothecariam. §. exceptionem, num. 24. Ias. in. §. item si quis in fraudem, num. 128. Institut. de actio. Negufant. de pignorib. primo membro. §. partis principal. num. 50. Redoa. de reb. Ecclesie, rubrica de constitut. annuo. censuum, numer. 30. plures refert Couarru. lib. 3. variarum cap. 7. num. 7. de quo ipse copiosius differam suo loco. Quod si aliquis ex pluribus reis debendi obligatis in censu deserit res iure pignoris, vel hypothecæ obligatas possidere, non poterit conueniri in solidum, vbi non fuit expresse adiecta obligatio solidi.

5 Obligatis autem in solidum pluribus reis debendi creditor liberam electionem habet, vt quemlibet ita possit in solidum conuenire, quod conuenio vno, contra quem egerat primo, post illum ad alium reuerti possit.

Quandiu enim creditor solidum, & integrum debitum non exegerit, remanent ipsi creditori actiones integræ, & personales, & hypothecariz aduersus alios reos debendi, ita vt ex vnus electione præiudicium creditori aduersus alium non fiat. l. reos l. generaliter. §. idemque. C. de fideiussor. ex quo. §. idemque animaduerti frequentissime solet, quod si creditor vnum ex pluribus reis debendi conuenierit in solidum aduersusque ipsum debitorem pro solidum fuerit sententia condemnatorie lata, poterit nihilominus alium, vel alios correos debendi conuenire quousque integre, & per omnia fuerit sibi satisfactum, neque illi conuenienti alios obstabit, quod prius alium conuenierit, & condemnauerit, gloss. Rayn. Bart. Albe. Ange. Imol. & Paul. de Castro in. l. 2. ff. de duob. reis, & ibi latissime Ronchegallus num. 90. 91. & 92. Philip. Corne.

6 consil. 67. colum. 2. & 3. volum. 3. vbi asserit commune Doctorem, placitum esse per solam petitionem etiam secuta sententia condemnatoria, contra vnum ex pluribus reis debendi porrectam alios non liberari, sed necessariam esse solutionem integri debiti. Panormitan. consil. 72. num. 3. volum. 2. Bartol. in l. ex duobus num. 11. & 17. ff. de duobus reis, Alciat. in l. 2. §. si tamen hominem num. 9. ff. de verborum obligatio. l. si creditores. C. de pactis, vbi præ cæteris Alexand. Riminal. Ias. Decius, & Curc. iunior, Ronchegallus in dict. l. ex duobus, num. 2. 4. & 6. Fulg. in l. si per imprudentiam. §. si plures. ff. de euictionibus. Quam in re eleganter, & subtiliter notat Aretin. in l. 2. numero 4. versicul. secunda solutio. ff. de duob. reis eam obseruationem non viguisse tempore Jurisconsultorum, & iure digestorum sed à Iustini. fuisse noue introductam in dict. l. vltim. §. idemque C. de fideiussorib. ex illis verbis eiusdem textus: *Idemque in duobus reis promittendi constitutum, & ibi, si enim pactis conuentis hoc fieri conceditur, & in vsu quotidiano, semper hoc versari aspiciamus.* Quam Aretini considerationem ingeniosam videtur profligare rescriptum Dioclecian. & Maximi. in 23. l. reos C. de fideiussorib. cuius verba sunt: *Reos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere, vel pro parte conuenire, vel satis non faciente, contra quem egeras primo, post illam ad alium reuerti (cum nullus de his electione liberetur) licet,* quibus verbis Cæsares Dioclecian. & Maximianus, vt rem exploratam rescripsisse, videntur, longe ante Iustiniani tempora petitione, & electione vnus rei debendi, non liberari alios. Dioclecianus autem & Maximi. vt ex Henrico Glareano, Sigiberto Concio. & Genebrardo constat Iustinianum præcessere fere tercetum annis: quocirca idem Aret. vbi supra censet in proposito distinguendos esse contractus bonæ fidei à contracti-

Libe Tertijs

tractibus stricti iuris, ut primo casu, ante Iustiniani aetatem petitio, & electio vnus ex pluribus reis debendi, quoad alios non praedudicaret, ex l. 1. §. si apud duos. ff. de politi. vbi Vlpian. Iuriscultus scribit: *si apud duos sit deposita res, aduersus vnum quemque agi poterit, nec liberabitur alter, si cum altero agatur, non enim electione, sed solutione liberantur*: facit textus in l. si vt certo. §. si duob. veliculum. ff. commodati, in illis verbis: *Sed esse verius ait, & dolum, & culpam, & diligentiam, & custodiam in totum me praestare debere, quare duo quodammodo rei habebuntur, & si alter conuentus praestiterit, liberabit alterum, & ambobus competet furti actio*. In secundo vero casu in contractibus inquam stricti iuris electione, & petitione, vnus aduersus alios creditori fieret praedudicium, & recursus praeccluderetur, ex l. 2. ff. de duob. reis, ibi, Ideoque petitione, & acceptilatione vnus tota soluitur obligatio, & in l. si per imprudentiam. §. 1. §. vltim. ff. de euictio. Vbi Vlpian. sic ait: *Si plures mihi in solidum pro euictione teneantur, deinde post euictionem cum vno iure expertus, si agam cum ceteris, exceptio ne me esse repellendum Labeo ait* Aretinum sequitur Ronchegallus in dicta l. ex duobus, num. 4. aduersus quam distinctionem Aretini facit, quod textus in dicta l. vltim. §. idemque. C. de fideiussori. loquitur generaliter & indistincte, et si Iustinian. veterem, & antiquam dispositionem, in contractibus bonae fidei vigentem extenderet, eo in loco ad contractus stricti iuris proculdubio de veteri obseruatione quoad bonae fidei contractus mentionem fecisset. Quam cum silentio inuoluat, argumento est, illum generaliter disponere de nouo, tam circa bonae fidei contractus, quam circa contractus stricti iuris. Praeterea distinctionem Aretini oppugnat l. C. responsum in dicta l. si per imprudentiam §. vltimo ff. de euictione. quo videtur ostendi tempore l. C. & digesto-

rum iure, in contractibus bonae fidei electione, & petitione vnus ex duobus reis debendi liberari reliquos. Quae enim de euictione actio est bonae fidei, & non stricti iuris est, & eo praesertim quod euictionis remedio contrahentium bona fides dederit initium. Antoni. Quae sada diuersa. quaestio. iuris cap. 10. numer. 2. Sed respondet subtiliter Aretini. textui in dict. l. si per imprudentiam. §. si plures agere de stipulatione duplae, quae magis est stricti iuris, quam bonae fidei, ex l. emptori. l. Vaccae. ff. de euictio. Quae Aretini responsio licet vera sit, non tamen omnino tollit difficultatem, quoniam adhuc non leuiter vrget Iustiniani Caesaris rescriptum in dict. l. vltim. §. idemque. C. de fideiussoribus, quamobrem ipsi indistincte constituo, non solum in contractibus stricti iuris, sed etiam in bonae fidei Iustinia. in dict. §. 1. demque statuisset de nouo, vt electione repetitione, & condemnatione vnus ex pluribus reis debendi, reliqui correi minime liberantur, sed creditori aduersus alios, actiones integrae manent, quandiu sibi de toto debito non fuerit satisfactum. Quod videtur non lauisse Odofredum, qui in eius legis initio asserit esse nouam dispositionem. Nec me conturbat antiquius rescriptum Diocleciani, & Maximi. in dict. l. reos. C. de fideiussori. quia pro eius explicacione animaduerto Iuriscultorum temporibus, & ante Iustiniani tempora, celebrem fuisse differentiam inter fideiussorem, & mandatorem: electe enim reo principali eo tempore, fideiussor, eiusque haeres liber erat, non idem in mandatoribus obseruabatur, vt docuit Paulus Iuriscultus. lib. 2. receptarum sententiarum ad filium, titul. 17. ad finem, & ibi obseruat Iacob Cuiaci. quod ergo aiunt Caesares Diocle. & Maximia. in dict. l. reos, ita se habet, vt electo reo principali, possit creditor mandatorem conuenire, & electo mandatore ad reum principalem recurrere, neque agant de reis ipsis inter se conueniendis, sed solum

lum de reo principali, vel mandatore, quod ostendunt illa verba, Reos principales, vel mandatores, dictio enim illa *principales*, dilucide probat tex. non agere de reis ipsis debendi, nec docere creditorem, vno electo posse alterum convenire, sed electis reis principalibus, licere creditori ad mandatores confugere. Neque etiam obstat tex. in dict. l. 1. §. si apud duos. ff. de positi. & in l. si ut certo. §. si duob. vehiculum. ff. de commo dati, quoniam ut utrobique interpretatur Bart. Alberic. Paul. Fulgos. & Salycet. illi duo tex. non de principali tractant obligatione, sed de secundaria, que ob dolum, vel culpa contrahitur, in qua etiam iure digestorum fuit longe diversa observatio, quam in ipsa obligatione principali, que ad rem ipsam competit restituendam. Tradidit receptum Ronchegallus in l. eandem in princip. num. 264. & pluribus alijs. ff. de duobus reis.

8. Ex qua resolutione in facto responderant, quod si debitor suos nominaverit creditores in iudicio, peteritque ex suis bonis illis satisfieri pro crediti antiquitate, & privilegio, & unus qui alijs quoque habet obligatos in solidum, comparuerit, & instrumentum debiti presentaverit, & sententia quartum, vel quintum locum obtinuerit, poterit libere habere recursum aduersus alios correos obligatos in solidum, quousque sibi integre satisfiat. Quoniam nec petitio, nec sententia aduersus unum ex pluribus reis debendi liberat alios dicti. §. idemque; &

9. autones relati superius. Deinde infero, quod si creditor vnum ex pluribus reis debendi convenit via ordinaria, eundem poterit via executiva convenire, nec electione impediet, & iudicium executivum illis coopta, & pendens via ordinaria. An

10. Massa Gallefi ad obligationem informam cameræ. p. 3. q. 2. num. 2. las. professus esse memoriam veritatem, sicut Evangelium consil. 9. versicul. tertio, num. 2. volum. 1. & consil. 28. num. 3. eodem volumine. Suarez de Paz in praxi 4. par. primi tom. cap. 2. numer. 3. Rebus.

1. tomo ad consilium Gal. tractatu de literis obligatio. articul. 2. glos. 1. num. 2. 1. secutus Roman. consil. 133. & articul. 6. glos. 5. testatus esse veriorē opinionem, plures recenset Azebed. in l. 1. titul. 2. 1. lib. 4. nouæ Compilatio. à nu. 143. & sequentibus late disputans, qui magis deflectit in hanc partem, & preferit vbi debitor conuentus via ordinaria solutioni restitit, & contradixit; quinimo si coram vno iudice creditor, aduersus deuitorem peterit executionem, libere potest in alio loco, & iudicio aduersus eundem executionem impetrare, & obtinere, nec obtabit litis pendentia in alio loco, & coram alio iudice. las. dict. consil. 9. & 28. volum. 1. Neuf. consil. 4. num. 13. Anton. Massa, Gallef. & Suar. de Paz vbi supra, Lancel. de attentatis. 2. par. cap. 4. limita. 3. num. 76. Anto. Natta ad Alex. consilio 130. num. 15. additione 6. lib. 4. An autem si creditor cum vno pactus sit ne peteret, sint alij prorsus liberati, dubitatum est, sed dubitatio facile absoluitur pactum, & liberationem prodesse alijs correis, pro ea parte, pro qua regressum, & actionem habent contra liberatum, ut puta si tota pecunia ad eum peruenerit, vel utilitas tota, censeantur in totum ceteri liberati, & possunt hac exceptione repellere creditorem agentem contra eos. Si vero pars pecunie, vel utilitas ad liberatum peruenerit, pro ea parte sint omnino reliqui liberati, glos. & Bart. in 4. §. si nuda effectus. ff. de libera legat. glos. 1. in l. eadem in duobus iuncto. tex. ff. de pactis; & ibi Bart. Paul. & Orosi. Bartol. in ill. ex duobus, num. 22. ff. de duobus reis; Angel. Imol. & Ronchegallus num. 14. in l. eandem. §. si quis. ff. eodem titulo. Ioan. Curier. allegatio. 2. resoluens num. 7. quod si duo, vel plures rei essent obligati in solidum ex aliqua causa lucratiua, pactum, vel liberatio vni ex correis facta non ex creditur a d alios, sed reliqui tenentur in solidum, quia in hac specie solues contra liberatum nullum habet regressum ex text. in l. falcidia, ff. ad l. falcidiam.

T Quæ

Libe^r Tertius

Quæ cum ita sint nunc videndū est, pro qua parte reus qui soluit solidum, interpellare possit, & conuenire cæteros correos, qua in re cõmunis schola causam onerosam distinguit, & separat à causa lucratiua. Ex communi enim interpretum nostrorum placito vbiunque debitum originem traxit ex causa onerosa, eiusque utilitas æqualiter peruenit ad omnes reos debendi, soluens dumtaxat, potest repetere ab alijs pro suis partibus, si vero ad solventem tota peruenit utilitas, nihil potest exigere, etsi ad ipsum nihil, totumque peruenit ad reliquos, solidū repetet. l. 1. C. de dub. reis. l. 3. ff. de exercitoria. l. habeant. §. vltim. cum. leg. sequentib. ff. de instito. gloss. in l. vir. & vxori. §. mulier ff. ad Velleia. Bart. in l. reos. ff. de duob. reis, in l. Modestinus. ff. de solutio. & in l. si constante, nu. 35. ff. solut. matrimo. vbi dicit cõmunem las. n. 48. Palac. Rubios in cap. per vestras, de donationib. inter vir. & vxor. §. notabil. nu. 11. Anton. Gomez. in l. 61. Taur. nu. 3. & 1. tom. variar. c. 12. de duob. reis nu. 3. Roma. cõsil. 114. & in l. generaliter. ff. de fideiussi. crimen sic singu. 39. qui allegat tex. quæ dicit esse singularem in l. sed Iulia. §. item si duos, versiculo ad quem. ff. ad Macedon. vbi ante docuerat Guid. de Cug. Hippol. sing. 1. & in rubr. de fideiusso. nu. 437. Tiraquel. de retract. lign. §. 31. glos. 1. nu. 8. Ioan. Gutier. d. allegatio. 2. Anto. de Lara in l. si quis à liberis. §. si quis ex his nu. 104. 105. & 106. ff. de liber. agnoscen. cuius ratio vera est, quod in hac specie fucus esse intelligitur, quæsitoque colore contrahitur, & duo rei dicuntur, qui rei vere non sunt, sed magis reciproci fideiussores. Bart. in l. reos, nu. 1. ff. de duob. reis, eleganter Sforcia conf. 41. nu. 66. 67. 68. & 69. sit vt si creditor agat aduersus illū, qui nullam ex contractu percipit utilitatē, excipere poterit, vt ille qui totam utilitatem habuit, prius conueniatur, & excutatur suis sumptibus, & expensis, text. optimus in l. vnde quæritur. 7. ff. cõmo

dati, vbi Vlpia. Juriscon. sic scribit, vnde quæritur, si alter furti egerit, an ipse solus debeat cõmodati conueniri, & ait Celsus, si alter cõueniatur qui furti non egit, & paratus sit periculo suo conueniri, alterum qui furti agendo lucrum sensit, ex re cõmodata, debere eū audiri, & absolui, ex quo text. sic notarunt frequentissime autores supra relati, & plerique alij, quod an habeat locum aduersus instrumentum guarentigiam, difficile videbatur? & præsertim quod plerique senserint excussionis exceptionem nõ admitti in via executiua, Alex. consil. 114. num. 8 volum. 6. & ibi Marcus Anto. Natta, Azebedo in l. 1. titub. de las entregas, y execuciones, lib. 4. no. uæ Compilationis, nu. 178. Ipse tamen magis puto locum esse exceptioni aduersus guarentigiū instrumentū, quoniam frequentius placuit doctrinā tuperiorem obtinere, quamuis diuisionis, & excussionis, beneficio renūciatum sit, vt colligi potest ex Antoni. Gomez. d. c. de duobus reis, nu. 2. ad fin. quid quid contra sentiat Parladori. quem postea vidi lib. 2. rerum quotidianarum, capit. vltim. §. par. §. 11. num. 49. & 50. ¹³ Vbi vero ex causa lucratiua debitum processit, communis schola recepit solventem nihil posse repetere, Bartol. in l. 4. §. nunc defectu. ff. de liberatio. legata, num. 6. & in l. in legē falcid. hoc esse feruandum. ff. ad lege falcidiam, & ibi Paul. numer. 3. idem Bartolus, Paulus, & Aretinus, in l. reos. ff. de duobus reis, vbi testatur esse cõmunem sententiā Ronchegallus num. 40. & multis sequentibus, Satycerus in l. 11. num. 3. C. eodem titul. & ibi Bald. num. 3. las. in l. si tibi homo. §. 1. nu. 2. ff. de legat. 1. Anton. Gomez d. cap. de duobus reis, nu. 3. & 1. tom. cap. de legatis num. 17. limitat. & testantur quoque receptam sententiam esse Carol. Molinæ. lectio. Doct. na. 2. Ioan. Gutier. allega. 2. n. 10. Ripa in l. si ex toto. §. 1. n. 10. ff. de lega. 1. Pro qua sententia cõmuni solet induci responsum difficile Vlpia. l. C. in l. in lege

ge falcidia hoc esse seruandum 62. ff. ad legem falcidiam, ad quam species facti formatur communiter à Doctõribus in hunc modũ. Titius, & Seius promiserunt Sempronio decem in solidũ, decessit Titius instituto hærede Seio, correo debendi multis ab eo legatis relictis, petentibusque ab eo legatarijs, ipsa legata dubitatum fuit, qualiter Seius hæres deberet falcidiam detrahere, & an illa decem ad rationem falcidiæ, teneretur computare in bonis hæreditarijs, & Vlpia. l. C. breui compendio absoluit difficultatem respondens, & distinguens, quod si sortij erant debitum, debet actiue, & passiuè diuidi, & de illa dimidietate falcidia ampliari, & detrahi: aut sortij non erant, & impendenti est vtrius in bonis computabitur summa de vita actiue, vel ex cuius bonis detrahetur, aut soluetur passiuè. Igitur Iurisconsultus differentiam constituit, an fuerint sortij, vel non, & in secũdo casu rationem falcidiæ pendere a futuro, & vètu docet, scilicet. Absolutione, & ex actione, quæ in electione hæredis, & qui eligere potest, an debitũ soluat vt hæres, an vero correo debendi, & sic totũ deditum imputet hæreditari, & de illa prius deducat, soluendo, prius illa mille de bonis hæreditarijs, & de reliquo quartam, ac de residuo legatarijs pro rata residui dumtaxat satisfaciat: an vero totam ille soluat de suo, nihil propter hoc imputando, nec detrahendo legatarijs. Cõstat ergo probari ex eo textu correum debendi, ex causa lucratiua soluentẽ, nihil a correo exigere, & de correis debendi ex causa lucratiua, Iurisconsultus intelligi apparet, quod hæres soluens nomine suo, nihil imputat hæreditati: alias enim si essent correi debendi, ex causa onerosa imputasset partem hæreditati, quæ inductio, & textus ponderatio nimis violenta videtur esse. Quo circa acutissimus ille vir Carolus Molinæus lectio. 2. Dolona. cum suscepisset aperiendum re cõditum, & abstrusum sensum Iuriscons. in dicta l.

in lege falcidia, hoc esse seruandũ, multis rationibus elegantissimis opugnat, & expugnat peruulgatam Doctõrũ traditionem collectam, ex eo text. defendit itaque nullam esse differentiam inter correos debendi, ex causa onerosa, & correos debendi ex causa lucratiua, & quemadmodum correo debendi ex causa onerosa solidum soluens, partem repetit à correo debendi, ita correum ex causa lucratiua repetere posse: inducit autem Carol. Molinæ. pro sua sententia, tex. in l. si rem aliquam. §. si duo ff. de nouat. vbi in correis non distinguendo an causa sit lucratiua, vel non indistincte dicitur, ius stipulationis esse inter eos cõmune, & in l. qui hominẽ. §. si duo. ff. de soluti. vbi inter correos obligatio dicitur esse cõmunis. Quod vero Accursi. & post eũ ceteri cõmuniter existimauerint in specie legũ illarum correos fuisse sortios, parũ facit. Quoniam leges illæ indistincte loquuntur, ideoq; ipsi nõ debemus distinguere. l. de pretio. ff. de publicia. in re actio cum vulga. si ergo inter correos cõmunis est obligatio, & ius stipulandi, seu crediti cõmune, & debitor cõmunis, locum habebit actio cõmuni diuidendo contra eum qui totum recepit, vel accepto tulit. l. 1. & per totum. ff. cõmuni diuidendo. l. antepenultima. l. penul. C. de nego. gestis, nisi ad eum commodum, vel incõmodum totum obligationis cõmunis redundare debeat, vt in l. si non singuli. C. si certum petat. l. propter mutuã. C. de duobus reis: ad text. vero in dict. l. in lege falcidia, hoc esse seruandũ respondet Molinæus, verba illa impendẽti esse nõ respicere electionem soluendi in qualitate hæreditaria, vel propria, sed respicere ius ipsum obligationis, qua de agitur. Videlicet in cuius bonis, & pro qua parte imputari debeat, quando hoc per certa societatem, quæ nõ est, vel de qua nõ apparet, liqui dari non potest, & tunc non dicit text. Quod hæres ipse habeat ius eligendi, vel declarandi, imo hoc repugnat, quia

Liber Tertius

tunc nihil staret impendenti, sed statim quod sibi commodius videretur, eligeret, aut declararet. Verum text. dicit quod donec de incerto portionem, vel mutui recursus inquisitum, seu liquidatum, si :falcidia super hoc artic. manet impendenti, hoc est partium iura integra, & in statu suo. Et sic interim locus est cautioni ex edicto prætoris, de quo in l. 1. §. si annos. ff. ad l. fal. & latius in l. 1. & per tot. ff. si cui plusquam per legem falcidi. cum vero ipse librarem attente Molinæi sententiam, & peruulgatam Doctorum traditionem, videremque mentem iuris. C. in dict. l. in l. falcidiam hoc esse seruandum, esse longe alienam, ab eo que vulgo creditum est, reluctans Molinæi opinioni consentire sum adactus, nihil enim absque. l. aut fundamēto probabili statuendum est, cumque utroque communis sententia sit destituta, quod ab illa recedam vitio tribuendum non est. Ex quo etiam Senatus Pedemontanus hanc Molinæi sententiam probauit, ut testatur Antoni. Thesaur. decis. 191. quem post hæc typis excussa vidi. Non tamen probo Ronchegalli sententiam, qui in l. reos in principio. ff. de duobus reis generaliter constituit corream debendi qui totum soluit, nihil posse à correo repetere, aduersus enim illum facit Paul. responsum in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obliga. ibi sed quo casu vnus ex hæredibus solidum præstiterit, repetitionem habebit à cohæredes familiæ erciscundæ iudicio, tex. in l. hæres 25. §. igitur ff. familiæ erciscundæ, ibi igitur quia singuli in solidum tenentur, officio iudicis cautiones interponi deberet: ut si quis ex his conuentus litis æstimationem præstiterit, id pro parte à cæteris consequatur. l. inter cohæredes 44. in fine ibi non esse iniquum Iulianus, ait familiæ erciscundæ iudicium dare, ut pars impendiorum boni viri arbitrato præstetur. l. 3. ibi cumque qui præstiterit, societatis iudicio cæteris cōsecuturum. ff. de exercito. l. habeat. 13. §. vltim. ibi, & quicquid is præstiterit

quo conuentus est, societatis iudicio, vel communi diuidendo consequetur. l. idē erit 14. ibi, & quod quisque præstiterit eius partem societatis, vel communi diuidendo iudicio consequetur. ff. de institutori. l. creditor. C. de duobus reis. Igitur ut hanc disputationem accomodemus instituto nostro, si vnus ex pluribus reis debēdi pro redditu annuo fuerit exactus in solidum, isque processerit ex causa onerosa, partem poterit à correo repetere, quod si redditus annuus ex causa lucratiua originem habuerit, nihil repetet si communi placito Doctorum assentiendum est. Secundū vero sententiam nostram, partem consequetur; cum autem alio redditum annuum habere posse originem ex causa lucratiua, non sentio censum, ex titulo donationis creari posse, quoniam tunc erit donatio, & nō census, ut scripsi lib. 2. cap. 5. versic. quæ vero de redditu annuo. Superior itaque resolutio procedit, quando corream debendi, qui totum soluit, agit ex cap. suo: quoniam tunc solam partem cōsequitur à correo, secus vero vbi creditor correo soluenti solidum celsisset iura, quia eo casu longe aliter statuendū est: pone enim esse tres reos debendi obligatos in solidum in contractu censuali, quorum vnus soluit in solidum, isque utiq; ex iure cesso creditoris, quemlibet poterit conuenire in solidum etiā via executiua, excepta tertia parte, quæ ad ipsum spectabat, glossa, Dyn. Bartol. Angel. Imola & Paulus de Castro in l. Modestinus. ff. de soluti. gloss. Cynus, Faber. Bal. Salyc. Cuman. in l. 1. C. de duob. reis. Alexan. cons. 38. in fin. volum. 5. Greg. Lopez, verb. *deue tomar*, in l. 11. tit. 12 partita. 5. in illis verbis. *E después que le fuere otorgado este poder en su escogēcia, es de mandar a cada vno de los otros fiadores aquella parte que pago por ello*, quoniā non loquitur de fideiussoribus obligatis in solidum, ut obseruat Grego. ibi dict. verb. *deue tomar*, ad fin. Nos vero agimus de pluribus reis debendi, aut fideiuss.

ius obligati in solidum. Egregie Par-
ladori. quem post hæc scripta vidi, lib.
2. rerum quotid. cap. vlt. 4. par. §. 6. Vn
de Alberici doctrina in l. idem est, ver-
bo si autem videbitur. ff. ad Vellei. quã
sequitur Ronchegallus in l. reos. 9. nu.
34. versic. cæterum. ff. de duob. reis, &
& decisio Sacri Palatii. 112. num. 7. r.
par. quæ contrarium innuere videtur
in dispari specie procedit, & nõ vbi cor-
reus agit ex iure cesso creditoris, vel
imitanda, & declaranda est, secundum
nostram resolutionem, prout etiam li-
mitat, & declarat Ronchegallus in dict.
l. reos, à nu. 36. quod si duo sint rei de-
bendi dumtaxat vnusque soluerit inso-
lidum, ex iure cesso, ita demum poterit
exigere solidum à correo, si tota ad ip-
sum spectauit utilitas, quod si nulla ni-
hil, si aliqua, pro ea parte dumtaxat, vt
Barrol. Angel. Imola, & alij volunt in
dict. l. Modestinus. Nec distinguo, an
debitum processerit ex causa onerosa,
vel lucratiua, tamen si Doctores com-
muniter differentiam duxerint statuen-
dã. Quibus sic statutis ad alia huic ana-
lysi coniuncta erit transeundum, quare
in ipso limine pulchra, & egregia qua-
estio discutienda se offert, an correus de-
bendi, qui vt se à creditore liberaret, cẽ-
sum emit ab altero debendi correo, pos-
sit redditus annuos in solidum exigere,
an vero deducere partem teneatur, sibi
contingentem. Cuius quæstionis expli-
cacio alterius præmittit disputationem,
an correis debendi, fideiussoribus, vel
possessoribus, fundi specialiter obligati
offerentibus sortẽ cum vsuris, creditor
teneatur cedere ius redditus ipsius. Hu-
ius vero quæstionis posterioris partem
agentem confirmat, & stabilis text. in l.
fideiussori. 17. ibi, Fideiussoribus sucu-
ri solet, vt stipulator comppellatur ei,
qui solidũ soluere paratus est, vendere
cæterorũ nomina. l. cũ is qui. 36. ibi, sed
nõ ita est, non enim insolutũ accipit, sed
quodammodo nomẽ venditoris vendi-
dic. ff. de fideiussorib. l. cũ alter. l. scrip-
to. C. eodem. l. cum possessor. ff. de cen-

sibus. Quibus in locis dilucide proponi-
tur creditore tenore ad venditionẽ no-
minis. Secundo redemptioni inest re-
uenditio, sed creditor tenetur ad patien-
dum, & præstandum, vt à se redimatur.
Igitur reuendere tenetur, quia necessa-
rio inest tanquam correlatiuum. l. cum
emptio. ff. de rescinden. vendi. l. fin. ff.
de accepti. & reuenditioni inest vendi-
tio, & venditioni nominis cessio. l. 2. C.
de actio. & obligat. l. ex nominis. C. de
hæredita. vel actio. vendi. l. si cũ empto-
re. ff. de pactis. Igitur creditor reuen-
dere, & cedere tenetur ius redditus ip-
sius. Tertio facit, quod creditor absque
villo damno, & dispedio cedere potest
ius ipsum reddituale. Igitur tenetur fa-
cere, ex regula text. in l. in creditore.
ff. de euictione, & in l. iure succursum.
ff. de iure dotium.

E contra vero partem negantẽ pro-
bat, quod beneficium cedendarum in-
troducitur, & datum fuisse videtur so-
lum contra eos, qui tanquam sibi debi-
tum, & exigibile recipiunt, & recepe-
runt, & his qui quod siue in totum, siue
in parte ab alijs, & à se exigere potest, vel
poterat, soluunt, vel soluerunt: sed dum
creditor sortem iure redemptionis, seu
reuenditionis accipere compellitur, nõ
accipit, quod sibi debetur, nec exigit,
sed exigitur: & facit ad id, quod inui-
tus tenetur, & cogi potest: igitur non te-
netur cedere pereuntes actiones, quia
nullo iure cauetur, imo videtur in se in-
iustum, quia satis est debitore id præsta-
re, & facere ad quod dũtaxat tenetur,
& hoc faciendo soluitur in totũ omnis
obligatio, tex. in princ. instit. quibus mo-
di tollitur obligat. nec vltra quicquam
exigendũ. Præterea creditor redditua-
lis nõ est creditor, nisi quoad exactionẽ
reddituum præteritorum, quoad futu-
ra enim incertum est debitum. 121. &
sit pro præteritis, & debitis cessio, & re-
uenditio potest locum habere dumtaxat:
quod vero suppressionem census,
redemptionemque ipsius nõ creditor,
sed debitor est, qui cogi potest. l. debi-

Libertarius

tor. ff. de verb. signif. cum ergo te obligauerit ad meram, & nudam suppressionem redditus, reponendo in statu, qui erat ante emptionem, & creationem redditus, sequitur quod hoc faciendo omni obligatione eximitur, ac per consequens nullas actiones cedere cogendus est, sed sufficit, quod res ad pristinum statum redeat, quod de se facilius, & procliuus, est cap. ab exordio. l. Th. dict. l. si vnus. §. pactus ne peteret in fine. ff. de pactis.

In qua questione statuendum, est creditorem teneri cedere huic correo debendi suas actiones, ut ius iure cello valeat à correo exigere redditum annuum, ipsum ad eius continuationem cogere, & asstringere, quod præter argumenta producta superius, pro parte affirmatiua probat rex. egregius in l. fideiussor. ff. de distractio. pigno. & in l. Paulus. ff. de fideiussor. Quæ resolutio, non solum habet locum in correo debendi respectu alterius correi, sed etiam in fideiussore quoad debitorem, vel tertium pignoris possessorem dict. l. Paul. ff. de fideiussor. l. in creditore. ff. de euetio. l. 2. C. de fideiussor. quo casu earantum tenetur cedere quæ habet, & qualia habet. Bartol. & Bald. in d. l. in creditore. Bartol. in l. Modestinus. §. q. vers. item puto. ff. de solutio. Alberici in d. l. 2. C. de fideiussor. Vincen. de Franchis decis. Neapol. 427 num. 1. & 2. quinimo, & debitori ipsi cedere creditor cogendus est, si debitoris inter sit, ex his quæ docuit Bart. in l. 1. §. cū prædium ff. de pigno. & in l. Aristo. questio. 3. ff. quæ res pignori obli. possunt, pone debitorem census vendidisse prædium redditus annui præstationi subiectum eo adiecto onere, atq; cōditione, quod emptor solvere ipsum redditum teneatur, debitoremque impeteri, & molestari ab ipso creditore, qui molestiam hanc pertesit, & exorsus mauult redimere redditum, sibi que comparare, adq; ideo sortem creditore offert cū vsuris petēs iura, & actiones sibi cedi, planè creditor cogendus

est debitori cedere iura, & actiones omnes sibi cōpetēs ad reddiū percipiendum ab emptore fundi, cū opere prædicto. Deniq; id ipsum procedit in quolibet tertio pignoris possessore, quātā debitoris intuitu, quam fideiussoris, vel tertij possessoris pignoris alterius respectu, potest ipsum cōpellere creditore, ut sibi cedat iura, & actiones, etiā contra ipsum creditore possidentem rē aliquam ex pluribus sibi hypothecatis, si tertius possessor iam ante cōparauit hypothecā, Faber. in l. iubemus. C. ad Velleia. Speculat. de renun. & conelu. nu. 22. vers. sed pone emi. Deci. cor. f. 104. Vincen. de Franchis decis. Neapol. 427 nu. 8. Nec vim habent argumenta cōtraria, quia in censu creditor nō est solus redditus, & annuæ præstationis creditor, sed etiam sortis ipsius, nō copulatiue, nec alternatiue, sed subiectiue, seu subordinate vel analogice, quia redditus non debetur creditore præcisse, sed cōditionaliter, nisi debitor malit sortē reddere & donec eā reddat, quæ plane obligatio quasi similis est obligationi noxali. l. 1. & per totum. ff. de noxalibus actio. l. miles. §. de tem. ff. de re iudicat. & alteri, de qua in l. si quis stipulatus fuerit. ff. de solu. ut enim illicita hic vnū est in obligatione, nimirum ipse redditus, alterū in solutione, videlicet restitutio sortis, quæ cū sit in libera facultate debitoris, obligatio ad reddiū non est præcissa, nec stabilis, sed semper cōmutabilis, & resoluibilis sorte oblata, ac ex consequenti cōditionalis, quo circa licet restitutio sortis non sit pure in obligatione, saltem est in obligatione cōditionaliter, scilicet si debitor nolit continuare debitū, sed ab obligatione liberari. Nec obest, quod illa cōditio posita sit in potestate debitoris, ac proinde impedit omnē obligationē etiā cōditionalē. l. stipulatio nō valet. ff. de verb. oblig. quoniā hoc ipsum locū habere posset, si cōditio illa collata esset in meam debitoris volūtatē, vel in liberū eius arbitriū; secus quando voluntas non est libera,

libera, sed ceaso casu astringitur. Et quā
uis admitteretur debitorem nullo mo-
do obligatum ad sortem formaliter, &
distincte loquendo, tamen negari non
potest, quin effectiue, & conditionali-
ter sit obligatus ad sortem, & quin hæc
conditionalis, & effectiua obligatio sit
formaliter pars detractiua, vel modus,
& diminutio obligationis formalis con-
tinuandi redditus. Quamobrem si cre-
ditori offeratur fors, non dicitur offer-
ri, quod ei non debetur, sed quod mo-
daliter, effectiue, & conditionaliter de-
betur. Kursus cū fors ipsa vera sit æsti-
matio, & pretium apretiatū iuris cōti-
nuationis redditus, sitq; in debitoris po-
testate offerre pretium hoc, plane non
dicitur debitor redimens offerre aliud
à debito, sed veram, & conuentionalē
æstimationem rei debitæ pro redemp-
tione debitæ, ideo non est mirum, si vel
hoc respectu creditor redditus dicatur
creditor sortis ipsius.

Altera etiam quæstio, quæ fuerat pro-
posita principio, continet vtique non
minorem difficultatem.

28 Plurima enim sunt hinc inde, quæ il-
lam videntur anticipitem, & dubiam
efficere. Namque quod possit reddi-
tus exigere vi cessionis istius, probare
videtur illud, quod cessionarius succes-
ferit in omne ius creditoris ipsius. l. cū
secundus. ff. de distractione pignoris. l.
si potiores. C. de his qui in principio
credito. locum succeffe. ergo quemad-
modum creditor poterat exigere red-
ditus ipsos, poterit quoque cessiona-
rius. Quia subrogatum gaudet omni iu-
re, & privilegio, in cuius locum subro-
gatur. §. fuerat ante, instit. de actio. C.
Ecclesia Sanctæ Mariæ, vt lite penden-
te: facit text. in l. creditor qui prior. §.
sciendū. ff. qui potiores in pignore ha-
beantur ibi, *Sciendum est secundo cre-
ditori rem teneri etiā inuito debitore,
tam in suum debitum, quam in primi
creditoris, & in vsuras suas.* l. cū prior
3. ibi, & vsuræ medij temporis. ff. de di-
stracti. pigno. text. in l. fideiuss. 2. ff. eo

dem titul. vbi Papini. sic scribit. *Fideiussor conuentus, officio iudicis affectus est, ut emptionis titulo prædium credi-
tori pignori datum susciperet, nihilomi-
nus alteri creditori, qui postea sub eo-
dem pignore contraxit, offerendæ pe-
cuniæ, quam fideiussor dependit, cum
vsuris medij tēporis facultas erit, text.
in l. Paul. ff. de fideiussoribus. Quibus
in locis dilucide constituitur, omnem
illum, qui in prioris creditoris locum
succesit, vti eius iure, & tam sortem,
quàm vsuras medij temporis exigere
posse. E contra vero facere videtur,
quod si cessionarius iste vi cessionis ip-
sius redditus valeret percipere, non v-
num, sed multiplex commodum con-
sequeretur. Primum, quod si cessiona-
rius secundus creditor est, conseruat,
& confirmat pignus debiti sui pristini.
l. quærebatur. ff. qui potiores in pigno-
re habeantur. l. 1. l. prior. C. eodem tit.
Secundum, quia succedit in ius, & præ-
rogatiuam hypothecæ, priuilegijque
personalis pro summa creditori solu-
ta, vt in ea præferatur omnibus quibus
ipse creditor præferabatur. l. si potio-
res. C. de his qui in principio credi. lo-
co successionis, vtique eodem iure v-
ditionis, pignorum vti possit. l. cum se-
cundus. ff. de distrat. pigno. Tertium,
quia vltra hæc lucraretur fructus dicti
iuris, & facultatis redimendi, quæ tan-
quam existens in bonis debitoris, sibi
hypothecata erat, & vi cuius hypothe-
cæ obtulit, & redemit, quod absurdum
videtur. In qua quæstione sunt qui pu-
tent generaliter verū esse, vt is cession-
narius exigere possit in solidū redditus
annuos, ex eo quod creditoris personā
repræsentat, eiusque iure, & privilegio
fungitur, & quale penes creditore erat
ius, tale vi cessionis est penes ipsum ces-
sionariū, cum actio, quæ erat in cedente,
eadē numero sit in cessionario d. l. cū se-
cundus. ff. de distracti. pigno. & latissi-
me resoluunt omnes in l. 1. ff. si cert. pe-
tat. Ipse tamē nimis effusam istam asser-
tionē probare non possum, & quæstio-*

nem ipsam distinctione complectendā, & dissoluendam arbitror. Nam si cessio facta fuerit in posteriorem creditorem ab eo qui prior est, plane cum nihil ob stare possit, cessionarius iste insolidum percipiet redditus omnes, ex dicta. l. quærebatur. ff. qui potiores in pignore. l. 1. & l. prior. C. eodem titulo. Idemque statuo in fideiussore, qui si ut fugeret molestiam, & vexationē creditoris, redditum sibi comparauit, perfungens cesso iure creditoris, insolidum à debitore principali, poterit redditus annuos exigere. l. fideiussor. ff. de distractio. pigno. l. Paul. ff. de fideiussoribus, quod locum obtinet in tertio rei hypothecata possessore, qui si censum redemit, aduersus debitorem, vel fideiussorem, insolidum agere valebit pensionibus ipsis, argumento text. in dict. l. Paul. facit text. in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignori. & in l. Paulus. §. ff. quibus modis pignus, vel hypothec. soluitur, quinimo si debitor census principalis rem aliquam distraxerit, adhibita pactione, ut emptor ad pensionis annuæ præstationem sit obstrictus, debitorque ipse censum emerit, cesseritque in eum creditor omnia iura, & actiones, ab emptore solidum pensiones annuas exigere poterit, ex his quæ docuit Bartolus in l. 1. §. cum pradum. ff. de pignoribus, & in l. Aristot. questio. 3. ff. quæ res pignori obligari possunt. Vbi verò vnus ex pluribus correis debendi redditus annui emptionem, & cessionem à creditore obtinuerit, aliter statuendum est. Nam si totam primi contractus utilitatem sensit cessionarius iste, in nihilo poterit agere aduersus ceteros correos, si vero nullam, insolidum, sin autem partem pro ea parte, qua ad illum peruenit commodum ipsius contractus, ex his quæ docuit gloss. in l. vir uxori. §. mulier. ff. ad Velleia. Bartol. Angelus, Imola, & Paul. de Castro in l. Modestinus. ff. de solutionibus, & scripsi hoc capite, versicul. quæ cum ita sint, numero. 11.

Sed hoc ita demum procedit, si ex causa onerosa redditus traxerit originem, secus vero si ex causa lucratiua, ex communi Doctorum sententia, quam ipse supra reieci arbitratus nullum esse discrimen statuendum inter causam onerosam, & causam lucratiuam, quod si res hypothecæ subiectæ ad plures deuerint tertios possessores, vnusque censum coemerit, aduersus reliquos pignorum possessores insolidum agere excepta parte, quæ potest illum contingere, quoniam repelli potest pro ea parte exceptione actionum cedendarum in ipsum. Idque extendendum est ad fideiussorem, respectu aliorum fideiussorum. Superior autem resolutio vera est, quando facta est realis, & vera emptio, & venditio redditus ipsius, & cessio omnium iurium, & actionum creditori competentium: sed non procedit quando in forma solius redemptionis peractum negotium est, tunc enim redimens nullos poterit redditus exigere, quia redemptione census extinctus est. Idcirco consulendum est his, qui simul cum alijs ad redditus annui præstationem tenentur, ne cupientes eo nexu liberari, censum redimant, sed illius cessionem, emptionem, venditionemque obtineant à creditore. Præterea inuestigandum occurrit, an si duo insolidum redditum constituerint, alterque receperit totam pecuniam, & alteri instrumentum indemnitis expediuerit, promiseritque redimere redditum intra certum tempus, vel alias eximere ab obligatione, cessante debitore principali, alter valeat redditum sibi comparare, & cogere ipsum debitorem principalem ad redimendum, & nihilominus quandiu redimere differt, exigere redditum, prout facere poterat creditor? Quod posse locum habere persuaderi potest, ex eo quod hic cessionarius habet duo iura, & gerit diversas personas, & debitoris, non interest magis, quam si creditor non cessisset, vel cessisset extraneo. Imo æquius ferre debet, ut commodum

n. sicut datus cedat fideiussori ad-
 tori suo, a quo in eque cessurum ext-
 neo. Nec terendus est, si inuideat ho-
 fideiussori, cui fidem non seruat, cuius
 officium impensum non debet esse di-
 nosum, contra tex. in l. sed si quis. si
 quemadmodum testam. aperian. l. v.
 delicet. ff. quibus ex causis maio. l. si ser-
 uis communis. §. idemque euidenti-
 ff. de furtis, quod utique esset, si non li-
 ceret ei cessionem efficacem obtinere
 a creditore. Sed nihilominus contrariū
 statuendum est, hunc inquam cessiona-
 rium, non posse debitorem cogere ad
 redimendum, & simul quandiu differ-
 tur redemptio, exigere redditum. Cu-
 ius assertionis ratio est, quia implicat
 pugnantiam, redditum currere, deberi,
 exigique posse, & debitorem compelli
 ad redimendum, & ratio rationis est,
 quia ut varijs in locis huius tractatus
 scripsit, in censu libera facultas redimē-
 di debet esse posita in manu, & potesta-
 te debitoris, atq; eo ipso quod hic ces-
 sionarius effectus, creditor est quocun-
 que titulo, siue vniuersali, siue particu-
 lari, siue lucratiuo, siue oneroso, & se-
 mel ac iure creditoris vult vti, & sic pe-
 siones percipere seipsum vicissim obli-
 gat, ut debitori perpetuo quandiu vo-
 let sortem habere, eaque frui liceat, in
 vna enim, eade inq; persona nequeunt
 simul conuenire, & coniungi ista duo,
 scilicet ius redditum percipiēdi, & ius
 sortem repetendi. Præterea obligatio
 principalis, & fideiussoria in eodem
 subiecto concurrere non possunt, sed
 fideiussoria principalis obligationis ad-
 uentu extinguitur. l. si reus promitten-
 di. ff. de duobus reis. l. hæres. §. seruo,
 & §. sequenti. ff. de fideiussoribus: igitur
 semel ac cessione fideiussor adqui-
 sioit ius percipiendi redditum annuum,
 extincta fuit prorsus fideiussoria obli-
 gatio & quæ ex illa dependebat: adeo
 quidem, ut si fideiussor alijs postea ce-
 deret aut venderet illum redditum, fi-
 deiussoria obligatio semel extincta nõ
 reuiuisceret. l. qui rem. §. arca. ff. de so-

lutionibus. Ergo repugnat fideiussorẽ
 simul posse debitorem cogere ad redi-
 mendũ, & ab illo percipere pensiones
 annuas. Si vero a redditus perceptio cõ-
 cessare voluerit, elegeritque debitore
 ad redimendum cogere, poterit utique
 si expressim actum a principio est inter
 debitorem, & fideiussorem. Quod si so-
 lam indemnitate debitor fideiussori
 promiserit, non potest cogere redime-
 re, quia simplex promissio indemnita-
 tis intelligitur secundum naturam obli-
 gationis principalis.

Denique dubitari potest, an creditor
 accipere possit pecuniam, ut liberet v-
 num ex pluribus reis debendi, vel ut
 renuntiet hypothecæ alicuius prædij,
 illudque eximat ab obligatione. In qua
 dubitatione arbitror distinguendum,
 quod si creditor a debitore principali
 pecuniã acceperit, ut prædium aliquod
 liberet ab hypothecâ, debeat pecuniam
 imputare, saltem in redditus debitos, aut
 currendos. Quia licet ea summa sit da-
 ta, tanquam pretium remissi pignoris,
 est tamen fructus pignoris, seu eius oc-
 cassione acquisita creditori, & sic non
 debet cedere eius lucro, sed imputari.
 l. si pignore. ff. de pignoratitia actione,
 & præsertim in his redditibus, in qui-
 bus prohibetur quidquam ultra consti-
 tutũ exigere a debitore. Si vero creditor
 a fideiussore, vel correo debendi aliquid
 acceperit, ut illos eximat ab obligatio-
 ne, ita demum lucrabitur datam pecu-
 niam, si subsit imminens periculum sor-
 tis, & redditus in persona debitoris prin-
 cipalis, vel alterius rei debendi, alias ces-
 sante periculo lucrari non poterit.

EPITOME

Capit. III.

Regula est fideiussorem nõ
 conueniri, non excusso de-
 bitore principali, qui præ-
 sens, & soluendo est.

T 5

Vbi

- 1 Vbi renunciatum est excussionis beneficio, fideiussor conueniri potest, non excusso debitore principali.
- 2 Si fideiussor se obliget, vt principalis, y haziendo de deuda agena suya propia, conueniri potest non excusso debitore principali, etiã si non renunciauerit excussionis beneficio.
- 3 Fideiussor, qui soluit redditum annuum, duplici actione potest illum reperere a debitore principali, altera est actio mandati, & altera cessa a creditore principali.
- 4 Fideiussor, cui sunt actiones cessa a creditore, gaudet omni priuilegio, quo gauderet creditor, & ideo preferri debet omnibus, quibus preferretur creditor.
- 5 Explicatur qualiter procedat, quod dictam est, si fideiussorem, cui sunt a creditore actiones cessa, potiri eius iure, & priuilegio.
- 6 Dispositio textus in lege 11. titulo 12. partit. 5. extenditur ad eam, qui lege pecuniam pro alio se soluturum constituit.
- 7 An creditoris sola confessio de recepta pecunia sufficiat, vt fideiussor conuenire possit debitorem principalem, & gaudere creditoris priuilegio.
- 8 An fideiussor, qui ex contractu censuali diu fuit in obligatione, debitorem cogere possit, vt eum eximat ab obligatione, & fideiussione.

C A P V T III.

De fideiussore in censu.

IN censu posse fideiussorem interuenire lib. 1, cap. 4. huius commentarij, ostendi aduersus Bartholomæum de Albornoz, contrarium perperam existimantem, eumque teneri, & conueniri posse pro redditibus decursis, ideo ne repetitione eiusdem rei fastidium,

molestiamve lectori nostro parat disputatio, abstinendum decessit, & alio properandum. Inquiram autem in principio, qualiter possit fideiussor conueniri: in quo iuris explorati est, non excusso debitore principali, qui præsens, & soluendo est, non posse fideiussorē conueniri, authentica præsente. C. de fideiussori. authentic. de fideiussoribus. si quis igitur, & §. non solum authentica hoc si debitor C. de pignorib. l. 9. titul. 12. partit. 5. Hippol. de Marsil. singul. 210. optime Ioannes Gutierrez in tractat. de iurament. confirmat. 1. par. cap. 32. num. 1. 2. & 3. late disputans numer. 7. de interpretatione tex. in l. 3. titul. 18. lib. 3. fori, quæ iuris ciuilis, & Regij partitarum dispositioni cōtraria videtur, quod si excussionis beneficio renuntiatum sit, fideiussorem conueniri posse, non excusso principali debitore, praxis quotidiana recepit, & communem sententiam esse profitentur Gregorius Lopez in l. 10. titul. 12. partit. 5. glossa, su parte. Antonius Gomez. 2. tomo variarum cap. 12. num. 2. Quinimo si fideiussor se obliget, vt principalis, vt passim fit, non est aliqua excussio necessaria, nec requiritur beneficij excussionis renuntiatio, Alexan. consil. 32. volum. 4. & ibi Marcus Antonius Natta in additioni. ad eum. Ias. consil. 58. col. 2. volum. 3. Gregor. Lopez in l. 9. verbo, primeramente, titul. 12. partit. 5. & in l. 57. glos. 1. titul. 18. parti. 3. Dueñas regul. 335. limit. 5. & 18. Ioann. Gutierrez dict. cap. 13. numer. 8. quia addendi sunt Marsillis in rubr. de fideiuss. num. 62. Decian. consil. 72. numer. 5. lib. 2. & Bald. in l. 1. num. 16. C. de comm. Fisci debito, lib. 10. & alij adducti per Gabrielem in titulo de fideiuss. conclus. 1. limit. 28. num. 29. Idque verius esse arbitror, quicquid cōtra putauerint Specula. titul. de renuntia. & conclu. §. 1. verificul. sed si fideiussor, & glossa in authentica de fideiussoribus, in principio. Cynus, & Salycetus, in authentica præsente. C. de fideiussoribus, Petrus Rebenas
lingua

singulari. 201. quorum sententia proce-
 deret, quando fideiussor se obligaret,
 vt principalis seorsum, & in alia scriptu-
 ra, quia tunc fideiussor ipse non posset
 conueniri, non excusso debitore princi-
 pali, vt explicant Alexan. Gregor. Lopez,
 Duēnas, & Ioannes Gutierrez vbi
 proxime. Et ideo cauendum censeo
 ab Sforzia. consil. 41. numer. 52. & 57. 5
 & 69. docenti in contrarium esse com-
 munem opinionem, quod in ea specie
 excussio requiratur: fallitur enim ex al-
 legatis superius. Cum ergo frequentis-
 sima sit in censualibus instrumētis fi-
 deiussorem, simul cū debitore, eodem-
 que tempore obligari vt principalem,
y haziedo de deuda egena suya propia, 8
 plane consequitur conueniri posse pro
 redditibus decursis, non excusso debito-
 re principali, etiam si non renuntiasset
 expresse beneficio excussiois, exactus
 vero fideiussor à debitore principali,
 duplici actione repetere potest pensio-
 nes, quas soluit pro ipso, altera est man-
 dati actio, qua tenetur ex mādato prin-
 cipalis debitor. l. rogatus. §. qui fidem.
 l. si remunerandi. §. si passus. ff. mandati
 altera est cessa à creditore principali. l.
 Papinianus. ff. mandati. l. cum alter. C.
 de fideiussoribus. l. mandati. C. eodem
 titul. l. 11. & 12. titul. 12. partit. 5. Due-
 ñas regul. 337. Ioann. Gutierrez allega-
 tio. 4. num. 3. vbi autem fideiussor intē-
 deret aduersus debitorem principalem
 actionem mandati, via ordinaria tene-
 retur agere, quod si actione cessa à cre-
 ditore experiretur, debitorque debeat
 ex instrumento garentigio, ipsam via
 executiua posset adsoluendum cōpel-
 lere, vt late resoluit Auiles in cap. præ-
 tor. cap. 10. glossa execution. num. 38.
 restatus quotidiana praxi receptum es-
 se, quod vtique iure optimo procedit,
 quia fideiussor per cessionem succedit
 in locum, & ius creditoris ipsius. l. emp-
 tor. C. de hæreditate, vel actione ven-
 dita. l. cum secundus. ff. de distractione
 pign. l. si potiores. C. de his qui in prio-
 credito. locum success. igitur quemad

modum creditor aduersus debitorem
 habebat executionem paratam, sic quo-
 que habere debet fideiussor, qui succes-
 sit in loco eius. l. vltim. C. de executio.
 rei iudicatæ: facit sententia Baldi in l.
 quod dicimus. ff. de solutio. scribentis,
 quod quando fideiussor soluit, promp-
 tam, & expeditam debet habere execu-
 tionem in recuperatione. Ex qua reso-
 lutione illud consequitur quod fideiuf-
 sor, cui sunt actiones à creditore cessæ,
 gaudet omni priuilegio, quo gauderet
 creditor. l. mandati actio. C. mandati. l.
 si prior. §. à Titio. §. qui potiores in pig-
 nore habeantur, Paulus de Castro in l.
 Modestinus, num. 2. ff. de solutionibus,
 quo circa fideiussor, cui sunt actiones
 cessæ à creditore, præferendus erit om-
 nibus alijs creditoribus, quibus credi-
 tor præferretur, licet eorum obligatio
 præcesserit tempore solutionem fide-
 iussoris, vt copiose & apposite cōpro-
 bat Ioann. Gutierrez dict. allegatione
 4. a num. 4. vsque ad vndecimum. Hoc
 autem non est generaliter, & indistin-
 cte accipiendum, quoniam admittit ex-
 plicationem, & restrictionē. Vbi enim
 fideiussor dixit se soluere pro debitore
 principali, inutilis cessio est, nec illius
 vi poterit fideiussor debitorem conue-
 nire, nec creditoris iure priuilegio ve-
 potietur, glos. Oldral. Dinus, Rayneri.
 Bartol. Albericus, Angelus, Imola, &
 Paulus de Castro in dict. l. Modestinus:
 ff. de solutionibus, tex. optimus in l. 11.
 titul. 12. partita. 5. Qua in re ius Regiū
 consonat cum iure civili, vt animaduer-
 tit Olano in concordia, & noua redu-
 ctione antinomi. iuris communis, & re-
 gij, litera F. num. 39. & ratio est, quia
 solutione facta nomine debitoris extin-
 cta, & perempta est principalis obliga-
 tio, ac per consequens nihil est quod
 cedi possit. Si vero fideiussor dixerit ex-
 pressim se soluere nomine suo, utilis
 cessio est, quamuis ex interuallo facta
 fuerit, quoniam primitiua, & principa-
 lis obligatio adhuc manet. & viuit, nec
 sublata est fideiussoris solutione. l. Pa-
 pinian.

pinian. ff. mandati. l. Stichum, aut Pamphilum. §. si mandatum. ff. de solutionibus dict. l. 1. r. tit. 1. 2. partit. 5. Dubium autem fuit inter veteris iuris Cæsarei præfessores, an sit utilis celsio facta ex interuallo, quãdo fideiussor soluit simpliciter, nec expressit, quo nomine solueret, & Accursius in dict. l. Papinianus negauit celsionem utilem esse, ex dict. l. Modestinus, cuius sententiã fuit etiã Azo vberitimus ille, & perennis fons iuris in summa, num. 13. C. de fideiussoribus: è contra vero comunis Schola professorum iuris Cæsarei affirmauit utilem esse celsionem, vt Gregorius Lopez, Olano, & Ioannes Guierrez vbi proxime restantur, Ioannes Orosci. in l. nisi hoc dictum est nu. 5. ff. de pactis, sed apud nos inualuit Azonis, & Accursij opinio, & approbata est dict. l. 1. r. tit. 1. 2. partit. 5. ad finem, quæ expresse docet tunc fore in hac specie utile celsionem, quando fieret in cõtinenti, secus vero quando ex interuallo. Cuius legis dispositionem extenderem ipse ad eum, qui pecuniam pro alio se soluturum constituit, vt enim iure cesso possit conuenire debitorem principalem, & perfrui priuilegio creditoris cedentis necessum est, vt in acta solutionis ex primat se soluere pro sua obligatione, alias si expresse nomine debitoris soluerit, celsione nihil proficere poterit, vel si simpliciter non expresso quo nomine, nisi in cõtinenti facta fuerit. Pro qua sententia facit tex. in l. vltim. C. de constitutu. pecunia. Vbi Iustinianus Imperator rescripsit beneficium diuisionis, quod competit pluribus fideiussoribus, competere pluribus constituētibus pro alio, ex quo text. Doctores ibi colligunt disposita in fideiussore, locum habere inconstituentepro alio. Nec nouũ est legem nouam disponentem in vno, ex æquiparatis locum habere in altero. I quod vero. ff. de legibus. l. si quis seruo. C. de furtis, iuncta. l. & tantum. §. vltim. ff. de seruo corrupto, glos. vltim. in dict. l. si quis seruo, Iason in authentica

nouissima, numer. 38. C. de inofficioso testamento, & in l. iubentis, num. 10. C. de testamentis, & in authentica. quas actiones, num. 23. C. de Sacrosanct. Ecclesijs, tex. in l. vltim. C. de indicta vidui. tollen. Burgos de Paz in l. 3. Tau. 1. par. num. 71. & ibi Tello Fernandez. 4. par. num. 16. quo circa dict. l. 1. r. tit. 1. 2. partit. 5. quæ de fideiussore loquitur, erit extendenda ad eum quoque, qui pro alio se soluturum constituit pecuniam. Faciunt quæ notant glos. Bal. Alberic. & Salycet. in authen. presente. C. de fideiussor. Aufred. ad Capellam Tolosan. quæst. 10. Controuersum tamen videtur fuisse, an creditoris sola confessio de recepta pecunia sufficere debeat, vt fideiussor conuenire queat debitorem principalem, & creditoris iure potiri. In qua controuersia fertur sibi contrarius fuisse Bartolus Antesignanus noster, & glossa in l. duobus reis. §. in fideiussore, verbo solutionis. ff. de iure iuran. docet eam confessionem non sufficere, sequuntur Bartolus ibi, & in l. cum filius in fine principij. ff. de verbor. oblig. Roman. in l. prædia. ff. de acquirenda possessio. Fulgosi. in dicta. l. duobus reis, Angelus in l. Vranus. §. vltim. ff. de fideiussoribus, Iafredus Balbus decis. 305. profitentur esse communem sententiam Alexan. sibi contrarius in dict. l. duobus reis. §. quod autẽ reus num. 2. Antoni. Gomez. 2. tom. variar. cap. 13. num. 17. contrarium, imo sufficere eam confessionem defendit idem Bartol. consil. 160. magisque probant Salycet. Paulus de Castro, Romanus, Alexan. & Iason in dict. l. duobus reis. §. 1. Felinus in cap. si cautio, num. 98. de fide instrumento, & multis relatis profitentur esse verio rem, & receptio rem opinionem Antoni. Gomez dict. num. 13. Auiles in cap. pretorũ, cap. 10. glos. execution. numer. 38. & 39. Franciscus Viuius lib. 6. communium opinionum, versic. fideiussor potest agere contra suum principalem, & versicul. fideiussor repetens à debitore principali, & ibi

ibi K. chon. verficul. fideiuffor si ha-
 buerit confessionem, & Michael Graf-
 sus, verficul. clarum est, quest. 1. Ioann.
 Gutierrez de iuramento confirmato-
 rio 1. par. cap. 63. & hæc posterior sen-
 tentia frequentissime recipitur in pra-
 xi. Quam licet in iudicando, & consu-
 lendo ducam amplectendam, tamẽ de-
 sidero iudices cautos, & circumspectos
 esse, vt quãdiu sinistra aliqua suspicio,
 vel ex ipso instrumento, vel ex alijs ac-
 tis processus colligi possit, eam confes-
 sionem non curent, neque illam man-
 dent executioni. Quotidiano e im di-
 dici experimento confessiones istas de
 recepto fictas, & simulatas esse, fraudẽ,
 atque dolum continere.

Libet pro coronide huius capituli in-
 uestigare, an fideiuffor qui in contra-
 ctu censuali fuit diu in obligatione, de-
 bitorem cogere possit, vt eum eximat
 ab obligatione, & fideiussione. Pro cu-
 ius rei cognitione reuocandũ est in me-
 moriam fideiufforem, non posse agere
 contra debitorem principalem, vt eum
 eximat, & liberet a fideiussione ante-
 quam soluat, vel condemnetur. l. inde-
 bitam. ff. de conditione indebiti. l. fide-
 iuffor pro venditore. ff. de fideiuffor. l.
 Lucius ff. de mandati. l. si proca. C. eo-
 dem titul. cap. vltim. de fideiuffor. l. 14.
 titul. 12. partit. 5. & ibi Gregor. Lopez,
 Nicolaus Bellonus in 8. si quid autem,
 num. 3. institu. de fideiuffor. Antonius
 Gomez. 2. tom. cap. 13. num. 10. Aluar.
 Valascus consultatione 36. Quæ regula
 solet a Doctotibus perstringi, & limita-
 ri multis in casibus, quos refert text. in
 dict. l. si proca. & in cap. vltim. de fide-
 iusso. tex. in dict. l. 24. titul. 12. partit. 5.
 & in l. 8. titul. 18. lib. 3. fori. Duenas re-
 gul. 336. ex quorum numero ille præ-
 cipuus habetur, vt quando debitor diu
 indebiti solutione, cessauit, ipseque fide-
 iuffor diu stetit in obligatione, possit co-
 gere debitorem principalem, vt eum
 eximat a fideiussione, textus in dicta l.
 Lucius. ff. de mandati, & in dicto cap. vlti-
 mo de fideiufforibus, & in dicta l. 14.

titul. 12. partit. 5. & licet res sit opinio-
 nibus diuisa, quando dicatur fideiuffor
 diu stetit in fideiussione: tamen fre-
 quentiori calculo receptum est, id re-
 linqui iudicis arbitrio, ex Accursio in
 dict. l. Lucius, & Bernardus in dict. ca-
 pit. vltim. de fideiuffor. vbi Panormit.
 num. 5. Bald in dict. l. si proca, num. 12.
 Afflictis decis. 241. num. 3. Villalobos
 inter communes opiniones, lib. 6. verfi-
 cul. fideiuffor potest petere. 1. tomo, &
 post Menoch. & Antoni. Gomez, Al-
 barus Valasc. dict. consulta 36. num. 2.
 qui eam communem resolutionem ex-
 tendit, eleganter ad plures reos debendi
 obligatos in solidum, quod procedit
 iure communi: nam iure Hispano lege
 diuersa vrget obseruatio. l. numer. 8.
 tit. 18. lib. 3. fori dicitur fideiuffor, diu
 stetit in obligatione, qui stetit per an-
 num, vbi Montaluis, Antonius Gomez
 dict. cap. 13. nu. 10. Villalobos vbi pro-
 xime, qui omnes videntur quasi pro cer-
 to constituere, prædictam legem fori,
 vsu, & consuetudine receptam esse,
 ipse tamen, quoniam sentio Doctori,
 quantumuis excellenti, & celebri atte-
 stanti de consuetudine, non esse fidem
 adhibendam, vt præclare Alexand. in l.
 post doctrin. num. 29 ff. soluto matimo-
 nio, & in l. 2. §. mutui datio, num. 14. ff.
 si certum petatur, Aretin. 1. consil. 133.
 Roman: singul. 367. Iason in l. de qui-
 bus. ff. de legibus, colum. penultima, &
 ibi Ioann. Oroscius, num. 99. testatus es-
 se receptiorem sententiam, Decius in
 cap. ex parte ad finem, de rescrip. & cõ-
 filio. 402. num. 17. Purpuratus in dicto
 §. mutui datio, num. 37. Alciatus in l. an-
 nulus. 2. ff. de verbo. signific. Rochus
 de Curte. in cap. vltim. de consuetudi.
 in glos. vltim. verficul. quinto quæro,
 Mantua. consil. 231. nu. 51. & sequent.
 volum. 2. magis arbitror legẽ fori præ-
 dictã non esse seruãdam, nisi in specie
 eius vsus probetur Quod sensisse vide-
 tur post Villalob. Olano in concordia,
 & noua reductione antinomiarum iu-
 ris communis, & Regij, litera F. nu. 30.

quin-

quinque tamen annorum ipse non sufficiens, ut tempus erit, ut debitor cogatur fideiussorem liberare, ut in specie probat Alvarus Valascus dict. consult. 36. ex qua resolutione secure videbatur dicendum, cum qui pro alio fideiussit in contractu censitico, diuque stetit in obligatione, posse agere aduersus debitorem principalem, ut eum eximat & liberet ab obligatione. Quonia qui regulam pro se habet, suam habet fundatam intentionem. l. i. ff. de regulis iuris. Sed ipse contra puto, ut hic fideiussor etiam si per centum annos, & ultra steterit in obligatione, non possit debitorem cogere ad eum eximendum ab obligatione, ratio est. Quia cum redditus annui continuatio, habeat obligationem successiuam, quandiu non fuerit fors redempta, idque partes praeuiderint a principio, plane ex natura, ipsius actus fideiussor tenetur in perpetuum, nec potest iure petere se liberari eximique a fideiussione. Ex quo generaliter notare soleo fideiussorem, qui diu stetit in obligatione, non posse agere aduersus debitorem principalem, ut eum liberet a fideiussione, si obligatio successiua est. Quocirca qui fideiussit pro tutore, vel curatore, non potest ante finitatem tutelam, vel curam agere, ut eximatur ab obligatione, animaduertit Antonius Gomez dict. cap. 13. de fideiussore, num. 10. versicul. tertio infero quod si quis, quia & obligatio, & fideiussio, certam habet temporis durationem, & metam, ad quam usque fideiussio ipse videtur se obligasse.

EPITOME

Cap. III.

Inquiritur an res quae annui redditus onere sunt affectae sint loco solius hypothecae, an vero se habeant ad modum seruitutis.

- 2 Resoluitur, *in unum*, ut *in* hypothecae, & generaliter ad *veri* loco fideiussoris, vel pignoris pro securitate.
- 3 A principio non potest in aliquo fundo census constituti, nisi praecesserit obligatio personalis.
- 4 Quemadmodum hypotheca, vel pignus separari, & diuidi possunt a principali obligatione, & e conuerso: ita quoque in censuali contractu diuelli separarique potest obligatio personalis, ab ea quae contracta est, ex fundi suppositione.
- 5 Quemadmodum creditor qui non idoneum pignus accepit, non amittit executionem sibi debitae quantitatis, in quam pignus, seu hypotheca non sufficit, sed exigere potest actione personali, quod deficit ex pignore, ita quoque in contractu censuali creditor exigere potest a debitore actioni personali, quod defecerit ex rebus censu praestationi suppositis.
- 6 Sicut agi non potest via executiua, aduersus tertium possessorem pignoris vel hypothecae, nisi adiecta sit clausula de non alienando, ita quoque in contractu censuali.
- 7 Ostenditur clausulam de non alienandi debere esse generalem, & non limitatam ad certas personas, ut instrumentum censuale, possit executioni mandari aduersus tertios pignorum possessores.
- 8 Emptor redditus annui, potest omisso tertio fundi possessore agere aduersus ipsum constituentem, vel eius heredes, & iam si non possideant rem, super qua census fuerit constitutus.
- 9 Constituitur differentia inter hypothecam censualem, & alias hypothecae.
- 10 Mulier pro dote agere potest hypothecaria aduersus tertios bonorum mariti possessores, non excusso marito, quod etiam locum habet in fisco.
- 11 Disputatur an plures possessores rerum

11. *prohibetur in insolidum conueniri valent, & resoluitur affirmative.*

12. *Tractatur questio frequentissima, an tertius possessor decem vel viginti annis, cum titulo, & bona fide prescribat a tuersus actionem hypothecariam, & a quo tempore incipiat talis prescriptio.*

13. *Agitur de intellectu textus in l. 2. C. de pignoribus.*

C A P V T I I I I.

De hypotheca in censu.

Dubium apud autores esse videtur an res, quæ annui redditus onere sunt affectæ, sint loco solius hypothecæ, an vero ius aliquod reale admodum seruitutis in ipsis producat, & operetur census constitutio. Quoniam Ioann. Faber. in §. item seruiana, colum. 9. inst. de actio. docuit in rebus ipsis causari ius quoddam reale affixum, & inhærens illis, ideo quæ fundi suppositionem non esse loco solius hypothecæ, sed fortiori diuersum ampliorem, & fortiorem effectum idem voluit Speculator in titol. de emphyteut. §. nunc aliqua versicul. octuagesimo sexto, sequuntur Gregorius Lopez, Simancas, Auendaño, Padilla, Ioannes Parla. Navar. & plurimi alij, quos recensui lib. 1. cap. 4. num. 3. & cap. 8. num. 19. Qui omnes opinantur censum esse accidens, & qualitatem, affixum, & inhærentem fundo, velut quandam seruitutem, ac proinde perempto, & destructo fundo, perimi, & extinguere censum, è contra vero solius hypothecæ vicem fundum gerere, magis probant Conrad. de contractibus, quæst. 74. & 75. Ioann. de Medina in C. de restituti. cap. de censib. colum. 5. Ioan. Maior. in 4. dist. 15. quæst. 44. Couarru. lib. 3. variar. cap. 7. num. 5. versic. quarto, & numer. 6. Soto lib. 6. de iustitia, & iure. q.

6. articul. Michael de Palacio lib. 4. de contractib. cap. 7. & 8. & adde Maienço in l. 7. titul. 11. lib. 5. nouæ Compilatio. glos. 1. num. 17. referentem ad idem Speculat. Didac. del Castillo, & Palac. Rub. voluit Auendañi respons. 12. numer. 4. & omnes alij qui defendunt, licitos esse contractus personales. Inter quas opiniones sunt qui tenent mediam sententiam, vt scilicet fundi, in quo census constituitur, census sit accidens, & qualitas, ac velut seruitus. Reliqua vero bona, quæ specialiter, & generaliter redditus annui præstationi subiiciuntur, iure hypothecæ censeantur. Ipse vero memini cum disputarem. l. 2. cap. 3. quæst. 7. an in re communi possit census imponi, comprobasse diffusum censum non esse seruitutem, nec reale, nec personalem, nec mixtam, nec se habere admodum illius. Quo circa adducor ad existimandum fundum absolute, & generaliter in censu adijci loco fideiussoris, vel pignoris pro securitate, facit textus celebris in l. fundus quæ, & ibi Barr. ff. de annuis legatis. Rursus contractus censualis totam haurit iustificationem, ex eo, quod est contractus emptionis, & venditionis, sed venditio, vt sit iusta, non exigit fideiussorem, pignus, neque hypothecam, sed solum ad securitatem, consequitur, ergo fundum adijci contractui censuali pro sola tuitione, & securitate debiti, proque certiori, & saniori solutione, ac proinde solius hypothecæ loco esse. Quoniam hypotheca nihil aliud est, quam rei suppositio ad certiore, & saniore solutionem debiti, vt explicant Negusan. de pignor. 1. part. in princip. num. 2. Hugo Done. capit. quid sit pignus, vel hypotheca, Baldi. cap. 1. eodem tractat. de pignorib. cui etiam opinioni consentiunt Aymõ Crauer. consil. 217. num. 4. Redoan. de rebus Eccles. rubric. de consti. annui redd. num. 6. & sequentib. Ex quo primum infero à principio, non posse in aliquo fundo censum constitui, nisi præcesserit obligatio personalis, cui possit adiungi

adiungi, & adherere fundi suppositio. Pignus enim, seu hypotheca ab initio subsistere non potest, nisi subsit aliqua personalis obligatio, cui accedat. l. Iulianus in principio. ff. de legat. 3. l. grege. §. cū pignori. ff. de pignoratitia actione. l. 2. C. si pignus pignori datum sit. Secundo infero, quod quemadmodū hypotheca, pignusve separari, & dividi possunt ab ipsa principali obligatione, & è conuerso, Bart. in l. fideiussor obligari in princip. ff. de fideiussoribus, Negulanti. de pignori. 6. part. 2. membro, numer. 5. fol. 165. inferentes cedi posse hypothecariam sine actione personali. Ita quidem, vt in dubio cessa actione personali, non intelligatur ipsa hypothecaria, glos. & Bartol. in l. si pignori. versicul. contra. ff. familiae Eriscundæ, idem Bartol. in l. si hæres pecuniam in princip. & ibi Paul. ff. ad Trebelia. Petrus Salazar in tract. de usu, & consuetudine, cap. 11. num. 36. facit tex. in l. 21. C. de luitione pignoris, vbi Gordianus Imperator scripsit in hæc verba. Intellegere debes vincula pignoris durare personali actione submota. De cuius intellectu videndi sunt Alex. in l. debitor. ff. ad Trebelianum. Petrus Quénas regul. 17. Dominus Francisc. Sarmiento lib. 2. selectarum interpretationum, capit. 9. Iacobus Cuiacius lib. 6. obseruation. 5. capit. 35. ita quoque in consuali contractu diuelli, separarique potest obligatio personalis ab ea, quæ contracta est ex fundi suppositione, & ex consequenti perempto, & destructo fundo manere potest integra personalis obligatio ad redditus percipiendos, vt variis in locis resolui, atque sine personali actione viuere, & durare potest ius in prædio constitutum. Tercio infero quod quemadmodum creditor, qui nõ idoneum pignus accepit, non amittit executionem sibi debitam quantitatis inquam pignus, seu hypotheca non sufficit, sed exigere valet actione personali, quod deficit ex pignore. l. creditor qui non idoneum. ff. si certum petatur.

l. aduersus. C. de actionib. & ibi. Zamoni. Vbi glos. Bart. & Bald. ita quoque constituendum est in contractu censitico, vt etsi valor rerum annui redditus præstationi subiectarū inferior sit, vel sorte principali, vel pensionibus ipsis, exigi à debitore possit actione personali, quod ex rebus ipsis defecerit. Quo circa dissentio libenter à Petro de Salazar dicto cap. 11. num. 74. qui eam esse voluit differentiam inter alias hypothecas, & fundi suppositionem in censu, quod in reliquis creditor, qui non idoneum pignus accepit, non amittit executionem quantitatis sibi debitæ. Quia potest exigere personali actione, quod deficit ex pignore, in censu vero minime. Cuius ratio nititur fragili, & falso fundamento, vt satis superque demonstraui lib. 2. ca. p. 4.

6 Quarto infero quod sicut agi nõ potest via executiua aduersus tertium possessorem pignoris vel hypothecæ l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebelian. vbi Bart. Bald. Ang. Alexan. & Ripa, Rodericus Xuares in l. post rem iudicatam. ff. de re iudicata in declaratione legis regni limita. 1. num. 5. Couarr. lib. 3. variarum cap. 7. num. 6. versicul. hinc etiam ad finem, Ioann. Gutierrez in l. nemo potest num. 38. ff. de legatis 1. Góçalus Xuares de Paz in sua praxi. 4. parte primi tom. c. 1. num. 49. Petrus Salazar d. c. 1. num. 63. Marañ. de ordine iudiciorum 6. parte de executione sententiæ num. 32. & 33. resoluentes adiecto pacto & clausula de nõ alienando hypothecam executionem ex instrumento guarentigio habere locum aduersus tertium possessorem hypothecæ. Eadem ratione dicendū erit, vt etiam ex instrumento guarentigio non admittatur, neque procedat executio contra tertium possessorem rei suppositæ censu præstationi, nisi adiecta fuerit clausula & pactio de nõ alienando, vt etiam adnotarunt in specie plerique ex autoribus proxime connumeratis. De quo remitto lectorem ad

ea, quæ ipse animaduerti, lib. 1. cap. 10. numero tertio: cautos tamen vellem esse iudices, & circumspectos hac in re. Vide enim passim, & absque delectu mandari executioni instrumenta censualia vulgari forma confecta aduersus tertios hypothecarum possessores. Quod plane longe alienum est a iure atque ratione. Nam etsi in censualibus instrumentis vulgari forma confectis debitor promittat non alienari hypothecas, id tamen non promittit simpliciter, & absolute, sed dumtaxat obligat se non vendere certis quibusdam personis, quæ quidem obligatio, & promissio efficere non potest, ut executio locum habere possit contra tertium possessorem, requiritur enim absoluta, & generalis promissio de non alienando, & vendendo. Ideoque notarij consultius facerent, ut reiecta forma vulgari, adijcerent clausulam generalem de non alienando, quæ iuxta receptiorem sententiam tribueret vim executiuam instrumento garantigio contra tertium possessorem. Nec te moueat, quod Foller. in prag. de censib. verb. tanquam res iudicatas, numero 12. 16. & 39. docuerit executionem pro censu habere locum contra tertium, possessorem, quia loquitur in terminis illius pragmatice, quæ expresse hoc ipsum permittit.

Quinto infertur posse annui redditus emptorem, si voluerit, omisso tertio fundi possessore agere ad annum redditum, aduersus ipsum constituentem, vel eius hæredes, etsi non possideant rem, super qua redditus fuerit constitutus, ut recte declarat Couarru. libro tertio variarum cap. 7. numero. 6. versiculo. hinc etiam. Ioanes Gutierrez in practicis quæstion. super leges Regias nouæ Compilationis libro. 2. quæst. 177. numero. quarto, quidquid contra sentiat Valas. de iure emphytheu. quæst. 32. numero. 14. ratio vero colligi potest ex text. in l. aduersus C. de actio. & oblig. & in leg. hypothecis C. de distract. pign. cum alijs relatis

per gloss. ver. integra in d. l. aduersus. Vnde improbanda est quorundam nimia subtilitas, qui aduersus præiudicatas opiniones ad ingenij gloriam aucupantur noua, & inutilia tentant, tueri quæ contendunt re alienata liberari prorsus debitore, & hæredes eius, nec posse pro redditibus decursis conueniri, quorum contentio audienda non est tanquam vana, & inutilis, atque communi intelligentiæ contraria. In eo tamen differt hypotheca censualis ab alijs hypothecis, quod licet in reliquis possessor tertius conuentus hypothecaria possit opponere excussionis nondum actæ exceptionem authentica hoc si debitor C. de pignori. authentica, sed hodie C. de acti. & obligatio. l. 14. tit. 15. partita. 5. Mayne. lib. 2. actio capite. 18. Gonçal. Suarez de Paz in sua praxi tertio tomo capite secundo §. quarto, numero 35. & 36. Negusan. de pigno. octaua parte numero nono, & 10. Antonius. Gabriel. lib. tertio communi. conclusio. tit. de fideiussoribus conclusio 1. num. 12. Rolandus consilio 85. nu. 21. & 23. lib. 2. possessor tamen prædij affecti onere annui redditus conueniri poterit ad eius solutionem etiam nulla excussione præmissa, quia hæc redditus constitutio hypothecam inducit fortiore omnibus alijs quoad hunc effectum absque præiudicio priorum creditorum, ut scripsere Guido Papa q. 42. & quæst. 376. Cassa. in consuetudin. Burgu. Rubrica. 11. §. 6. in princip. numer. 2. & in versicul. aduerte. numero. 16. & Rubrica. 5. §. 2. numero. 33. Couarru. libro. 3. variarum dict. capit. 7. numero. sexto, Petrus. Salazar. d. ca. 11. numero 47. Valas. de iure emphy. quæst. 32. numero 14. Petrus Foller. in prag. Regis Alfonsi de censibus, verbo. tanquam res iudicatas numero 12. 16. 36. & cum alijs, Ioann. Gutierrez practica. quæstionum super leges regias nouæ Compilationis libro secundo quæst. 167. n. 4. Gonçalus Suarez de Paz d. §. 4. n. 38. Azeue. in l. 1. tit. 15. li. 5. noue. Cóp. gl.

Liber Tertius

Sobre su heredad. Nec credendum est hoc esse peculiare in sola hypotheca censuali. Quoniam & alij casus sunt, in quibus agi potest aduersus tertios pignorum possessores non excusso debitore principali, quāuis non sit renūtiatū excusationis beneficio: dotalem enim hypothecam hoc priuilegio gaudere, ut non excusso marito locum habet aduersus tertios eius bonorum possessores docuere Alberi. in l. vbi adhuc C. de iure doti. Roma in principio, & Iason num. 207. & 208. in l. si constante. ff. soluto matrimonio. Baldus. Nouell. de dote 8. parte priuilegio ultimo, quinimo, & fiscus agere potest aduersus tertios possessores non excusso debitore principali. l. Moschis. ff. de iure fisci. l. 1. C. decurioni. li. 10. l. libertus §. 1. ff. ad municipalem: emptor ergo redditus annui poterit experiri aduersus tertios pignorum possessores non excusso debitore principali via ordinaria, & non executiua, nisi, ut dixi, fuerit adiectum instrumento pactum absolutum de non alienando.

11 Occurrit tamen inquirendum, an si hypothecę deuenerint ad plures possessores, quilibet possit in solidum conueniri, an vero debeat solum pro virili excuti, qua de re autores nostri videntur dissensisse, quoniam Dynus in l. Moschis. ff. de iure fisci docuit expresse creditorem in specie proposita solum agere posse pro virili aduersus quemlibet possessorem, quod sequutus est Ioan. Faber in §. item si quis in fraude numero 26. in situ. de actioni. Cassanæ. in consuetud. Burgund. Rubrica 5. §. 2. numero 37. & profiteretur esse æquiozem opinionem, eamque seruari in Regno Neapolitano Matthæ. de Afflictis in cōstitutio. Neapolit. lib. 1. Rubric. 17 numero 26. & maximam æquitatem habere scribit Couarruias dict. lib. tertio variarum cap. 7. num. 7. Vincen. de Franchis in additioni. ad decisiones Neapolit. a se confectas prima parte decis. 5. referens ex Matthæo de Afflictis Ferdin

Neap. Regem primum fecisse decretum, quod diuideretur debitum contra possessores pro rata. Contrarium vero, imo, quod in solidum possit agi aduersus quemlibet possessorem tenent re gloss & Barto. in d. l. Moschis, Corn. consilio. 135. lib. primo, Ferrara. in practica libell. responsionis ad actionem hypothecariam. §. exceptionem numero 24. Iason in dict. §. item si quis in fraudem, numero 128. Negusan. de pigno. primo membro 8. partis principalis numero 50. dicit magis communem Couarruias dict. numero septimo, & sequitur appellans communem Petrus Salazar dict. cap. 11. numero 85. Didacus Perez in proœmio tit. 2. lib. 8. ordinam. pag. 35. Valascus de iure emphy. quest. 32. num. 15. Azevedo in dict. l. tit. 15. lib. 5. nouæ Compi. gloss. in cōmissio num. 14. & 15. quam sententiam probat text. in d. l. Moschis ponderando dictionem omnem, quæ cuiuslibet in solidum actum tribuit, ut tradidere Bartol. Imola, & Doctores in l. hoc artic. de hæredi. instituend. & accedit, quod pignoris obligatio indiuidua est. re hæreditariam ff. de euetio. l. pignoris ff. de pigno. Bart. in l. quādiu. C. de distraetio. pigno. explicat Francisc. Baldus ad leges 12. tabula. cap. 38. colum. 2. & in tractatu de pigno. cap. 20. Carol. Molinæus in labyrintho diuidui, & indiuidui 3. part. nume. 52. & in labyrintho sexdecim legum ad l. si communem numero 35. Nec autem desunt autores grauisissimi, qui communem hanc sententiam asserant non habere locum in contractu censuali, existimantes non nisi pro virili posse conueniri tertios pignorum possessores, ex quorum numero sunt Guido Papæ quest. 432. Cassanæ. d. §. secundo numero 35. Imbertus Rupellanus, lib. 1. forensi. institutio. capi. 10. quos magis prouat Couarr. d. ca. 7. num. 7. Petrus Salazar dict. cap. 11. num. 85. & 86. qui expendunt pro hac parte decisionem Pontificiam in capite constitutus de religio. domibus, vbi Pa-

nor

*Ita iura
prostant
traximus*

normitanus numer. 8. & Ancharranus numer. 13. huic sententiæ plurimum suffragantur, ait enim Panormitan. dicto numero 8. quod quando vna pensio constituitur pro pluribus rebus, tacite videtur distributa in singulas res, vt sic quælibet res tenetur pro rata ad pensionem constitutam, inferens numero 9. quod si plures scholares conduxerunt hospitium, & promiserunt locatori certam pensionem, tenentur pro parte, & non in solidum, & Ancharranus dicto numero. 13. sic scribit decimo sexto notabili, quod cum debet fieri vna solutio certi census, siue pensionis, respectu plurium rerum, videtur dicta pensio, siue census concernere vnamquamque rem pro rata. Ipse vero non inuenio iustam rationem, differentię inter hypothecam, quæ in censu apponitur ad securitatem contractus, & illam quæ reliquis conuentionibus solet adijci.

Quinimo efficaciter probari potest, hoc ipsum debere magis locum habere in hypotheca censuali. Nam si fortior, & firmior est hypotheca censalis ceteris alijs, vt Couarruias admittit, plane magis dicendum videtur, vt quod in alijs conceditur, admitti debeat in hypotheca censuali, alias debiliior esset. Quo circa idem Couarruias dicto numero. 7. agnoscit iudicum sententia frequentissime alteram opinionem probatam fuisse. Neque obest text. in dicto cap. constitutus, quam obtinet in censu & pensionibus constitutis super pluribus Ecclesijs, quo casu materia subiecta exigit ex mente contrahentiũ, quod quælibet Ecclesia pro parte illud onus sentiat. Neque loquitur responsum illud pontificium de nostro censu, sed de alio, inter quos longa differentia est, quæ resolutio locũ habet etiam in pluribus rebus contentis sub hypotheca generali, ex his, quæ tradit Couarrui. dicto capite. 7. ad finem. Quæ quidem cessaret, si plures possessores vna sententia simpliciter condemnaretur, quia

tunc non in solidum, sed pro virili tenerentur. l. 1. C. si plures vna sententia. l. 4. titul. 27. p. 3. quod sæpe numero habui in facto.

Præterea solet in foro dubitari frequentissime, an tertius possessor, qui decem, vel viginti annorum spatio possedit, cum titulo & bona fide, prædium onere census affectum, præscriptionis beneficio liberetur, tam à sorte principali, quam à redditibus ipsis: in qua dubitatione animaduerto rem esse exploratam, quod tertius possessor hypothecæ, cum titulo, & bona fide decem annis inter præsentem, & viginti inter absentes præscribit aduersus hypothecariam actionem, illamque prorsus excludit, & à debiti solutione omnino liberatur. l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem l. 27. titul. 29. partita. 3. l. 39. titul. 13. partita. 5. tradidere copiose Franciscus Balbus in tractatu præscriptio. 4. par. 4. partis quæstio. 3. per totam, Roland. consilio 79. numero. 7. volumine. 1. Castillo, Palacios Rubios, Cifuentes, & Antonius Gomez in l. 63. Tauri, Gregor. Lopez in dict. l. 27. titulo 29. partita. 3. Menchaca lib. 2. controuers. illustri. capit. 60. Gomez de Leon in sua centuria informationum, decisionum, & responsoforum iuris allegatione, seu responsione 30. Parladori. rerum quotidianarum capite primo. §. decimo sexto. Petrus Salazar dict. cap. 11. numero. 50. & sequentibus. Azebedo in l. 6. titul. 15. libro 4. nouæ Compilationis, numero quadragesimo tertio, & quadragesimo quarto, Ioannes Gutierrez libro primo, quæstio. practica. super leges Regias nouæ Compilationis, quæstione 90. a numero. 2. qui omnes vnanimi consensu resoluunt legem Tauri 63. quæ hodie est. l. 6. titul. 15. *de las prescripciones*, lib. 4. nouæ Compilationis, non procedere in hac specie, sed solum in debitorum principali, eiusque hærede, neque correctam esse dispositionem text. in dict. l. 1. & 2. C. si aduersus credito. & in dict. l. 27. titulo 29. partita tertia, & dict.

Liber Tertius

dict. l. 39. titulo. 1. partit. 5. Quocirca dicendum secure videbatur tertium possessorem rei affectæ onere census cum titulo, & bona fide decem annis inter presentes, & viginti inter absentes præscribere ius, & hypothecam cæsus, omninoq; liberari, & à sorte, & ab usuris. Sed rem ipsam conturbavit Petrus Salaçar dict. cap. 11. num. 56. 57. 58. & 60. Qui existimans censum seruitutem esse affixam, & inhaerentem prædio constituit tertium possessorem, non utiliter præscribere, nisi per decem annos re tronegauerit annuam pensionem, & exinde creditor acquieuerit, ex his quæ resoluunt glossa, & ibi Petr. Cyn. Guiliel. de Cug. Bart. Bald. Saly. Paul. & nouissimus Padilla in l. 1. C. de seruitu. & aqua, gloss. Bart. & omnes in l. qui luminibus. ff. de seruitu. urbano. prædio. Verumtamen opinio Petri de Salaçar me non conturbat, nec poterit me deterredere à crebriori sententia, qua obtinui habere locum receptam autorũ traditionem de tertio possessore præscribente hypothecã in redditibus annuis, & prædijs pro eorũ solutione suppositis. Quod in terminis docuere Specula. in titul. de loca. versicul. quadragesimo tertio, & in titulo de præscriptionibus, versiculo pone colonus, Henric. in cap. vigilantibus de præscriptio. Casançus in consuetudini Burgund. titul. descenses. §. 2. num. 36. Petrus Follerius in prax. censua. verbo huiusmodi census super rebus num. 108. Gomez de Leon dict. respõso, aut allegat. 50. Ioann. Gutierrez dict. quæstione 70. Nec me mouet, quod dixerit Petrus Salaçar censum seruitutem esse, quia varijs in locis demonstraui id verum non esse, & licet cõcederemus censum seruitutem esse, non tamen exinde conuinci posset ad eius præscriptionem necessariã esse debitoris possessorisve negationem, & creditoris patientiam. Quoniam si census seruitus, est affirmatiua est, non negatiua, & in affirmatiuis seruitutibus ad præscriptionem inducendam non est opus

negatione, contradictione, & prohibitione, quæ solum in negatiuis requiruntur, vt colligi potest ex autoribus proxime relatis, & docet perspicua. l. Regia. 15. titul. 31. partita 3. cui resolutioni coniuncta est alterius difficultatis explicatio, à quo tempore incipiat currere huiusmodi præscriptio, an ab eo tempore, quo debitor principalis cessauit in solutione, an autem ab eodie quo tertius cœpit rem ipsam, titulo, & bona fide possidere? Qua de re obseruauit tres opiniones inter se discrepantes. Vna est hanc præscriptionem non incipere nisi ab eo die, & tempore quo debitor principalis, eiusve hæres cessauit in solutione. Quam tenuere Alexand. consilio 58. columna penultima in fine, volumine quinto, Matthæus de Afflictis decisione Neapolitana 139. columna tertia. Ioannes Crotus in l. si is qui pro emptore, numer. 57. de usu Capione, Casançus vt supra, Parladorius dicto. §. 16. ad finem, pro qua facit quod cum redditus annuus domino semper fuerit persolutus per debitorem principalem, ipse dominus non poterat habere recursum ad hypothecam in defectum solutionis, ac proinde quandiu facta fuit solutio, non potest dici nata hypothecaria actio ad rem ipsam, & sic non valenti agere, non currit præscriptio. l. 1. §. si quis autem propter inundationem. ff. de itinere, actuque priuato, & ideo dicit Baldus in l. 1. quarta oppositione. C. de bonis maternis, quod si quis impediatur rem in iudicium deducere, non currit contra eum præscriptio. Præterea ubicunq; debitum principale solutum est creditori, non potest ipse creditor intendere actionem hypothecariam contra tertium possessorem. l. solutum cum l. sequentibus. ff. quibus modis: pignus, vel hypotheca solui. glossa verbo actione in l. intelligere. C. de luitione pignorum, ergo quandiu creditori solutus est redditus annuus per debitorem principalem, non potest dici quod fuerit

fuerit orta hypothecaria actio aduersus tertium possessorem. Tertio sicut impedito agere non currit prescriptio, ita nec illiqui si ageret repelleretur exceptione secundum Felinum, in ca. ex transmissa penulti. columna in fine de prescriptio. Qui allegat Ancharran. consilio. 5. sed si creditor vellet agere aduersus tertium possessorem non excuso debitori principali repelleretur exceptione excusionis non factae authentica hoc si debitor. C. de pignoribus. Igitur aduersus illum non currit prescriptio. Quarto probatur, quia prescriptio annui redditus non incipit currere, nisi ab eo tempore, quo cessatum est in solutione. l. cum notissimi §. in his C. de prescriptio. 30. vel. 40. anno. Sed cessatum in solutione dici non potest, quando aliquis etiam non principalis soluit. l. soluendo. ff. de negotijs gestis l. solutionem ff. de solutioni. Igitur quandiu debitor principalis soluit, non potest perfici neque induci prescriptio redditus annui. Quinto solutio simpliciter facta per principalem debitorem in dubio cesset facta nomine omnium, qui conueniri possent, vt sic omnes liberentur l. modestinus, & ibi omnes ff. de solutionibus: ergo solutione debitoris principalis liberatus est tertius possessor.

Secunda opinio est hanc prescriptionem inchoari, & incipere ab eo die, quo tertius possessor cepit rem ipsam census onere affectam possidere. Ita specula. & Henri. vbi supra Cuma consilio. 92. columna prima Decius in capite cum inter columna. 7. versiculo, & pro ita de exceptione. Socin. Iunior consilio 17 per totum volumin. 2. Ioann. Grotus sibi contrarius in l. 15. constante 1. lectura, numero 100. ff. soluto matrimonio. Paul. Parisi. in capite transmissa in fine de prescriptionibus, & consilio 50. columna prima volumine primo Aymon Crauet. consilio 148. columna fina. in principio & consilio 265. columna 6. in principio Balb. in d. tractatu de pres-

criptionibus. quarta parte, quarta partis principalis tertia quaest. numero sexto Negusan. de pignori. 2. membro sexta partis columna tertia versiculo secundo quaeritur, Rolandus a Valle. d. consilio 79. numero 17. & 18. Gregorius Lopez in d. l. 27. titulo 29. paruta tertia, Gomez de Leon d. allegatione 50. Quae quidem sententia ex numero & autoritate Doctorum videtur esse crebrior, & probatur primum, quoniam illa pro dolutio, quod impedito agere non currit tempus, prastringitur vbiicumque poterat, quis impedimentum remouere, & non remouit capit. vltim. de electione. Roma. consilio 352. Felinus. in capite ex transmissa colum. prima de prescriptionibus. Mexia referendus plura ad propositum erudite cumulans, & praesertim a num. 89. sed creditor facili negotio potuit remouere extensionis non factae impedimentum debitorem principalem, excutiendo: igitur aduersus illum currit prescriptio etiam si debitor soluerit. Secundo facit doctrina Roman. in consilio 85. circa medium versiculo secundo per id quod dicimus scribentis, quod licet prescriptio non summat initium contra conditionale debitum, nisi demum post conditionis euentum l. cum notissimi §. illud C. de prescriptionibus. 30. vel 40. anno. l. vlti. §. si autem C. communia delegatis, tamen illud est virum, nisi esset talis conditio, cuius implementum foret in potestate creditoris, vt puta quia potestatiua, tunc enim si implementum per creditorem negligenter differatur, prescriptio summat initium etiam conditione pendente l. §. qui sub conditione. ff. si quis omnia causate testamenti & ita ibi per illum text. notat Bald. post Guillel. de Cugno. sed in potestate creditoris est excutere debitorem principalem, & illo excuso conuenire tertium hypothecae possessorem ergo nihil est quod impediatur prescriptionem. Tertio confirmatur, & alia doctrina Romani consilio 9. vbi resoluit, quod non

auditur petēs reductionem ad arbitriū boni viri post terminum statuti, licet dicat se fuisse impeditum petere reductionem propter iuramentum de non petēdo appositum in compromisso, cum pendente termino potuerit petere absolutionem, & si non fuit, stetit per eum. Quarto confirmatur ex doctrina Baldi in cap. primo de præscriptionibus, ubi dicit, quod præscriptio currit excommunicato, quanuis non potuerit agere, si potuit patere absolutionem, & non curauit, sequitur Mexiā ad legem Regiam Toleti, *de los terminos*. 9. partis. 2. fundam. num. 92. Quinto confirmatur ex sententia Paul. consil. 294. scribentis quod actioni etiam nondum ortæ potest præscribi, quando est in facultate partis illam oriri facere, quia qui potuit facere, ut possit agere, potuisse videtur l. qui potest facere ff. de regulis. iuris: Inter quas duas opiniones extremas medium se interponit Petrus Hollerius d. verbo huiusmodi census super rebus nu. 117. quod si tempore alienationis hypothecæ nullam creditor notitiā habuit de tali alienatione, quod in dubio præsumitur l. verius ff. de probatio, aduersus illū nulla currat præscriptio, & hac in specie procedat prior opinio. Quod si creditor sciuerit, tacuerit, permiseritque labitantum tempus, eo casu inducta præscriptio fit, licet autem doctissimus Ioannes Gutierrez d. q. 90. numero. 6. huius difficultatis resolutionem cogitandam reliquerit. Tamen semper fuit procliuor in secundam opinionem supra relatā, eamque intrepide sustinuit, & legendo, & iudicando, & consulendo. Quæ verior esse proculdubio apparet inspecta vulgari forma, qua solent instrumenta confici, in quibus quotidie renuntiatur beneficio excussionis, & diuisionis, qua renuntiatione aperta liberū est creditori non excusso debitori principali conuenire tertium pignoris possessorem, quinimo, ut superius resolui, hypotheca censualis hoc

speciale habet, ut creditor regressum liberum habeat contra tertium hypothecæ possessorem non excusso principali debitore;

Neque præiudicant huic sententiæ, quæ adducta sunt pro contraria parte, quoniam ad primum respondeo videri falsum, quod hypothecaria actio nõ fuerit nata, nisi postquam cessatum fuerit in solutione; scio enim perspicuum esse iuris documentum actionem hypothecariam oriri indistincte a die ortæ obligationis personalis l. res hypothecæ. l. grege §. penulti. & l. sequenti. ff. de pigno. Barto. in l. fideiussor obligari in principio. ff. de fideiussor. erudite Negusan. in tractatu de pigno. tertio membro octauæ partis numero 4. & quinto: exceptio autem excussionis non impedit ortum, & natiuitatem actionis hypothecariæ, licet obstat executioni, & quamuis quoquomodo creditor videatur impeditus agere aduersus tertium possessorem hypothecæ, non excusso debitore principali, id impedimentum non obstat, quominus præscriptio debeat admitti, quia ut superius dixi, impedito agere currit tempus quotiescunque potuit impedimentum amouere, & adde Baldum in lege, sed etsi per prætorem §. primo. versiculo sed nec ad eos, ff. ex quibus caus. maiores, & in capite vltimo de electione, & in leg. quibus diebus in principio de condition. & demonstration. & ibi Paul. de Castro.

Neque etiam obstat secundum argumentum ex leg. soluitur cū leg. sequentibus ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solui. & gloss. verbo actione in lege intelligere. C. de luitione pignor. quoniam hæc iura procedunt in eo debito, quod vnica solutione consumitur; sublato enim tunc per solutionem debito principali, tollitur etiam actio hypothecaria: secus autem est in eo debito, quod habet tractum successiuum, quale est debitum redditus anuui. Cuius obligatio successiua,

& con.

& continua est, quousque fors principalis fuerit persoluta. Tunc enim solutis pensionibus etiam plurium annorum, durat, & personalis, & hypothecaria actio. Quæ cum à prima census constitutione fuerit orta, præscriptione tolli excludique potuit.

Non etiam obest tertium argumentum desumptum, ex doctrina Ancharrani consilio quinto, & Felini in capit. ex transmissa penultima columna in fine de præscriptioni. Quoniam Ancharrani, Felinique sententia procedit, ita demum, quando quis non potuit amovere impedimentum, quod sibi poterat parari per exceptionem, alias enim præscriptio currit illi, qui potuit tale impedimentum removere. Quo circa cum facile creditor impedimentum, non factæ excussionis potuerit removere, & præsertim hac tempestate, qua necessum non est debitorem excutere, secundum vulgarem formam instrumentorum, aduersus illum momentum habere præscriptio potest. Præterea non officit, text. in dicta. l. cum notissimi. §. in his. C. de præscription. triginta, vel quadraginta annorum, ubi probatur annuæ præstationem non incipere ab exordio obligationis, sed ab eo die, quoquo cessatum est in solutione.

Quoniam textus ille loquitur quando agitur de præscribendo in totum redditu annuo, tunc enim non exordium obligationis inspicitur, sed dies quo cessatum est in solutione, in nostra vero specie, non agitur de præscribendo prorsus, & omni ipso redditu, sed solum de excludenda actione hypothecaria, ne locum habeat aduersus tertium possessorem, manente ipso censu. Et ideo ad hanc speciem nequit applicari decisio. textus in dicto. §. in his.

Denique non obstat textus in l. modestinus. ff. de solution. Quoniam soluendo debitor liberat dumtaxat, quo ad pensiones decursas, & præterea re.

tex. loquitur de eo debito, quod unica solutione potest consumi, non vero in eo, quod habet continuationem, & tractum successiuum. Denique se offert inquirendum in proposito, an creditor qui habet in censuali instrumento specialem hypothecam, & generalem simul, omissa hypotheca speciali, possit ex bonis comprehensis hypotheca generali debitum exigere. Cui dubitationi responderi facile potest, ex textu celebri in l. 2. C. de pignoribus, non posse creditorem decursas pensiones exigere ex bonis contentis sub generali hypotheca, quando non excuserit hypothecam specialem. Quem text. dicit non esse alibi, Bald. in capit. 2. de officio delegati, & Cremenensis singul. 54. qui docet in specie text. in dicta. l. 2. C. de pignorib. obligationem omnium bonorum esse conditionalem, & subsidiariam, ideoque minorem utilitatem continere, quam si solum fuisset generalis per textum in l. qui generaliter. ff. qui potiores in pignore habeant. Et vide Didacum de Couarru. libro. 3. variarum capit. 18. & Ludouicum de Molina in lib. de Hispanorum primogenijs, capit. 7. à numer. 21. eleganter, & copiose ornantes materiam eius textus, quibus adde Octavian. decisione Pedemontana. 159. numer. 1. 2. 3. 5. & 6. Ripam in l. priuilegia numero. 19. ff. de priuilegijs credito. Donel. in tractatu de pigno. titulo qui potiores in pignore, numero tertio, & quarto, eius vero legis decisio procedit respectu posterioris creditoris, qui se opponere potest priori creditori agenti, aduersus bona comprehensa sub generali hypotheca, relicta speciali, non vero respectu debitoris, aut tertij possessoris, quibus non licet priori creditori obijcere in proposito exceptionem non factæ excussionis, ut scripsere ibi communiter Doctores Didacus Couarru. dict. capit. 18. numero 2. versiculo quinto animaduertendum est. Molina dicto capit. 7. numero. 22.

Octavianus dicit. decisione Pedemontana 19. à numero, neque etiam procedit illius legis secundæ dispositio, quando in instrumento apposita est clausula, quod generalis hypotheca non deroget speciali, nec è contra, vt Senatus Neapolitano decisum fuisse, tradit Vincencius de Franchis decisione Neapolitana 5. par. 1.

EPITOME

Cap. V.

- 1 **Q**uædam creditum dupliciter considerari potest: vnum est, quod sola innititur actione personali, alterum quod simul cum illa hypothecam, habet vel tacitam, vel expressam, vel generaliter, vel specialem, aut vtranque simul.
- 2 Priuilegiorum quedam sunt personalia, & quedam realia, & personalium, quedam concessu personæ tantum, & quedam tributa quibusdam personalibus actionibus ratione contractus, vel quasi, ex quibus proficiuntur.
- 3 Priori legi realia sunt in duplici differentia, quedam concessa rebus, quibus coherant, & quedam concessa iuribus quæ habentur in re.
- 4 Si concurrant plures creditores, quorum vnus habeat solam actionem personalem, & alter habeat hypothecam præferri debet hypothecam habens, licet alter sit prior tempore, & priuilegiatam actionem habeat.
- 5 Quando vna, & eadem res simul pluribus obligatur, concurrunt, omnes in hypotheca.
- 6 In pignoribus, & hypothecis qui prior est tempore potior est iure.
- 7 Prioritas hypothecæ, non solum procedit agendo, sed etiam excipiendo, vel replicando.

- 8 Prior creditor habens tacitam hypothecam præfertur habenti expressam posteriorem.
- 9 Prior creditor habens tacitam hypothecam præfertur habenti expressam posteriorem, ita demum si tacita hypotheca prior contenta sit in instrumento publico.
- 10 In pignore prætorio concessio pluribus creditoribus ex diuersis titulis procedit regula, qui prior est tempore potior est iure.
- 11 Hypotheca prior præfertur posteriori etiam si prima sit generalis, & secunda specialis.
- 12 Prior creditor præfertur fisco, & Reipublicæ posteriori, quinimo Imperatori, & Regi.
- 13 An in bonis quæ sitis post hypothecam fisci præferatur fisco priori creditori.
- 14 Prior creditor præfertur posteriori, etiam si secundus creditor conuenerit de vendenda hypotheca, vel pignore, & prior non.
- 15 Prior creditor præfertur posteriori, etiam si res hypothecata tradita fuerit posteriori.
- 16 Solius hora prioritas sufficit, vt creditor præferatur.
- 17 Prior creditor reuocare, & condicere potest pecuniam solutam posteriori creditori, & bona fide consumptam.
- 18 Prior creditor præfertur, non solum pro debito principali, sed etiam pro omnibus accessionibus.
- 19 Prior creditor in diem, vel sub conditione potior est creditore posteriore, cui ante diei, vel conditionis euentum fuit constituta hypotheca a pro debito puro.
- 20 Fideiussor obligatione prior licet solutione posterior, præfertur creditoribus reliquis post contractam fideiussionem.
- 21 Creditor prior in diem, vel sub conditione præfertur posteriori etiam ante diem, vel conditionis euentum.

Prior

22 Prior creditor præfertur in mercibus postea venditis à mercatore habitatis de pretio, & limitatur in specie triplici.

23 Vbi posterior creditor habet instrumentum de actuali numeratione, & prior nititur solum instrumento continentem solam confessionem, posterior præfertur priori.

24 An prior credito ex titulo lucratio præferatur posteriori, ex titulo oneroso.

CAPITULUM V.

Qui potiores in pignore habentur.

QVAE hac tempestate in foro sunt lites frequentiores, illæ videntur esse, in quibus debitor oppresso ex alieno & non valenti soluere, creditores eius bona persequuntur, & pro cuiusque debiti privilegio, & anterioritate solutione præcedunt. Quo circa ab instituto nostro alienum non putavi explicare breui cõpendio, & clara methodo qui potiores in pignore habeantur, plerumque enim maior pars æris alieni ex decursis pensionibus annuis procedit. Prius tamen quam ad alia gradum faciã præfari oportet omne creditum in proposito dupliciter cõsiderari posse. Vnum enim est, quod sola innititur actione personali. Alterum vero, quod simul cum illa hypothecam habet, vel tacitam, vel expressam, vel generalem, vel specialem, aut utramque simul. Deinde in memoriam reuocandam est privilegiorum, quædam esse personalia, quædam vero realia, personalia quoque bipertito cernuntur. Quædam concessi persona tantum, ut in l. magistrorum. C. de professor. & modi. lib. 10. & in toto titulo de privileg. schola. eodem libro, & in l. æta-

tem, & l. foram. §. quanquam. ff. de censibus cum similibus. Quædam vero concessa, quibusdam personarum actionibus ratione contractus seu quasi, ex quibus proficiscuntur, privilegia etiam realia sunt in duplici differentia, quædam enim dicuntur realia, quia concessa rebus, quibus cohærent, dict. l. ætatem. §. rebus, & dicto. §. quanquam, quædam autem concessa iuribus, quæ habentur in re, de quibus agitur in tit. l. ff. & C. qui potiores in pignore habeantur, & nos disputationem suscepturi sumus, sicque declarant glos. Odo. Dynus, Oldral. Reyne. Bartol. Alberic. Angelus, & Francisc. de Ripa in l. privilegia ff. de privileg. credito. Dynus, & alij, in regula qui prior de regulis iuris lib. 6. Petrus Vanderanus in tractatu de privilegijs credito. c. 2. quibus ita cognitis statuo primum, quod si cõcurrant vnus creditor habens solam actionem personalem, & alter habens hypothecam potior est, præferrique debet hypothecam habens, licet alter sit prior tempore, & privilegiatam actionem habeat, quotiescunque enim cõcurrunt ex vna parte privilegium personale, & hypotheca: semper privilegium personale cedit, facitque summiti hypothecæ, & ideo si vnus ageret ex deposito, & alter ex mutuo, sed hypothecam habens, potior esset qui ageret ex mutuo. l. eos. C. qui potiores in pigno. habeant. l. rescriptum. ff. de pactis, glossa magna ad finem in l. privilegia. ff. de privilegijs credito. vbi sequuntur Odo. Dynus, Bartolus, Angelus, & Franciscus de Ripa, numer. 64 l. procuratoris. §. si plures, versiculo plane. ff. de tributaria. l. pro debito. C. de bonis autorita. iudic. polysiden. vbi Baldus consil. 400. numero 8. volumine 5. & consil. 432. volumine primo, Paulus in l. si hominem. ff. depositi, & consilio 315. par. 1. Petrus de Vual. in tractatu de duobus fratribus. 8. par. num. 32. Benuentus Stracha in tractatu de Doctoribus, vltim. par. num. 1. & 2. & 15. Matienço

Liber Tertius

in l. 7. titul. 16. glos. 5. lib. 5. nouæ Com-
pilationis. Secundo cōstituo, quod quā-
do vna, & eadem res, simul pluribus
obligatur, concurrunt omnes in hypo-
theca, ita quidem, vt si fuerit singulis
obligata in solidum singuli possint in so-
lidum agere: si vero concurrant, partes
concursum faciant. Cæterum si quæstio
moueatur inter ipsos erit melior condi-
tio possidentis, vt scribit Vlpian. in l. si
debitor. 10. ff. de pignori. vbi Bartol. Sa-
lycetus, & Angel. si autem actum est,
vt per partes res obligaretur, cum diui-
sum sit inter creditores pignus, res ex-
pedita est non plus singulos, quam par-
tem dimidiam, aui vendicare, aut possi-
dere posse, dicit. l. si debitor, versicul. si
autem, quod si nihil est dictū in vtra-
que partem, magis est, vt nō in solidum,
aut partibus æquis, sed pro quantitate
debiti pignus, & vineare, & possidere
possent. l. si fundus 16. §. si duo. ff. de pig-
nor. Vbi Marcia l. C. sic affatur, si duo
pariter de hypotheca paciscantur, in
quantum quisque obligatam hypothe-
cam habeat, vtrum pro quantitate debi-
ti, an pro partibus dimidijs quæritur, &
magis est, vt pro quantitate debiti pig-
nus habeant obligatum, explicat Hugo
Donelus, in tractat. de pignoribus. titulo
qui potiores in pignore habeantur, nu-
mer. 2. & 3.

6 Tertio quoque statuo, quod in pig-
noribus, & hypothecis qui prior est tē-
pore, potior est iure, regula, qui prior
de regulis iuris lib. 6. l. quoties vtriusq;
ff. eodem titul. l. qui balneum in princi-
pio, & l. potior in principio. ff. qui po-
tiores in pignore habeantur. l. dicta
tractis, & l. sequenti. C. de pignoribus. l. 5.
& 17. titul. 20. lib. 3. fori, & l. 27. & 29.
titul. 13. partita. 5. late Dyn. in dict. regu-
la qui prior Francisc. de Ripa in dict. l.
priuilegia, à num. 4. Catellia Cotta in
memoria, verbo creditor 7. Cepola cau-
tela 122. Negusan. de pignoris, secun-
do membro. 5. partis principalis, Hugo
Donelus dicto titulo qui potiores in
pigno. habeantur Franciscus Balduin.

7 tra & statu de pigno. in cap. 19. Petrus Due-
nas regula. 168. Iosephus Ludouicus
decisione Perusina 45. numer. 7. Ce-
pola. consil. 86. numer. 6. lib. 1. Benue-
nu. Stracha dict. par. vltim. de dicatori.
Matienço in l. 7. tit. 16. lib. 5. nouæ Com-
pilationis gloss. 5. numer. 5. Nicolaus
Valla. de rebus dubijs tract. 11. numer.
9. quæ quidem regula ampliatur pri-
mo, vt prioritas hypothecæ, nō solum
prosit agendo, sed etiam excipiendo,
vel replicando l. creditor qui prior. 2.
in principio. ff. qui potiores in pignore
habeantur, vbi Marcian. l. C. sic scri-
bit; creditor qui prior hypothecam ac-
cepit, siue possideat eam, & alius vin-
dicet hypothecaria actione, exceptio
priori utilis est, si non mihi ante pigno-
ris hypothecæ nomine sit res obliga-
ta: siue ab alio possidete prior creditor
vindictet hypothecaria actione, & ille
excipiat: notant Ripa in dicta. l. priuile-
gia num. 18. 13. ampliatione. Negusan-
dict. 2. membro, quintæ partis principa-
lis num. 2. ampli. 2. & consonat tex. in l.
27. & 29. titul. 13. partit. 5.

8 8 Secundo ampliatur, vt etiam præ-
feratur prior creditor, habens taci-
tam hypothecam habenti expressam
posteriorem. l. prima. C. si propter pu-
blic. pensita. l. hac edictali. §. his illud.
C. de secundis nuptijs, & ibi Baldus vlti-
ma columna. l. prima. C. de alie. ge-
ren. Dynus in dicta regula qui prior,
Negusantius dicto secundo membro,
numero decimo, ampliatione decima
quarta, Ripa in dict. l. priuilegia, nume-
ro quinto, ampliatione prima. Matien-
ço in dicta. l. 7. titul. 16. libro quinto no-
uæ Compilationis, glossa quinta nume-
ro decimo, quod ipse intelligere soleo,
ita demū verum esse quando tacita hy-
potheca prior continetur in instrumento
publico. Hoc est quod ita demū prior
hypotheca tacita præfertur posteriori
tacite vel expresse, quando de eo actu,
in quo pignus, vel hypotheca tacite
contrahitur, confectum publicum in-
strumentum est. Quo circa si is actus
solum

solum testibus probetur, aut scriptura priuata, tunc tacita hypotheca non debet præferri expressæ posteriori contentæ in publico instrumento: moueor ex text. in l. scripturas C. qui potiores in pignore habeantur, & in l. 31. tit. 12. partita quinta. Vbi probatur, quod hypotheca posterior expressa contenta in publico instrumento potior est, præferrique debet anteriori expressæ contentæ in instrumento priuato, vel illi, quæ testibus solum probatur. Igitur si expressa hypotheca testibus solum probata, vel instrumento priuato cedit posteriori comprehensæ publico instrumento, plane videtur idem statuendū de hypotheca tacita, quæ non maiorem vim & potestatem habet, quam expressa. Ex quo tentabam defendi posse, vt cum dos testibus solum probatur, non præferatur hypothecæ expressæ posteriori publico instrumento comprehensæ, qua de re aliquos vidi omnino dissentientes, & ideo non ausim affirmare pro certo, sed lector beneuolus, & studiosus vtriusque partis expendet fundamenta, & quod probabilius apparuerit, sequetur, & præsertim, quod lex partitæ superius relata solum procedere videatur in priuata scriptura solam confessionem continenti, vbibi Gregori. Lopez obseruauit, & quod magis est Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. vltim. §. part. §. 12. num. 62. resoluit praxi receptum dotem probatam testibus præferri creditoribus posterioribus habentibus publicum instrumentum. Et hæc secūda ampliatio adeo est vera, vt qui tacitam hypothecam habet, præferatur etiam posteriori habenti tacitam, & expressam etiā specialem l. potior in principio, & §. si colonus ff. qui potiores in pignore habeantur Tertio ampliatur, vt etiam procedat in pignore prætorio concessio pluribus creditoribus ex diuersis titulis: in his enim locum obtinet regula superior, vt prior tēpore sit potior iure l. 2. C. si potiores in pignore habeantur, & ibi Bart. & Saly. idem Bar.

in l. vnus veru. vemo ad secundū. ff. de bonis autoritate iudicis possidend. Ripa. in d. l. priuilegia num. 6. amplia. 4. Negusan. d. 2. membro quintæ partis principalis num. 6. ampliatione. 9. vbi declarat secus esse, si creditores sint eiusdem tituli; quoniam tunc vno immisso alij censerentur immissi, & essent equales ex sententia Dyni in d. regula, qui potior vltima columna verbi. si omnes prætorium, quinimo regulā procedit, vbi concurrunt ex vna parte pignus conuentionale, vel legale, & ex altera pignus prætorium: adhuc enim in hac specie, qui prior est tempore potior est iure. d. l. 2. C. si potiores in pignore habeantur, Baldui. in tracta. de pignoribus cap. 99. l. 3. C. vt in possessione legato, Hug. Done. d. tractatu de pigno. tit. qui potiores in pignore habeantur. Quarto ampliatur, vt hypotheca prior præferatur, etiam si prima generalis sit, & secunda specialis. l. 2. ff. qui potiores in pignore habeantur. Vbi Papi- nianus iuris consultus inquit, Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior est, cui postea prædium ex his bonis pignori datur, quanuis ex cæteris pecuniam suam redigere possit l. si generaliter. C. eodem titu. Ripa. in d. l. priuilegia numero 7. ampliatio 5. Negusan. d. 2. membro. numero. 14. Donnellus & Balduinus, vbi supra. Neque huic ampliatiōi obstat textus. in l. 2. C. de pignoribus, quoniam is textus intelligitur, quando primus creditor habet generalem, & specialem simul hypothecam, sed hæc nostra quarta ampliatio procedit, quando primus creditor solum habet generalē hypothecam, tunc enim præfertur secundo habenti specialem, etiam iure ipsa specialiter obligata, Corneus consilio. 247. libro primo columna penultima. Negusan. dicto membro 2. quintæ partis principalis numero 51. Salycetus, & omnes in d. l. 2. C. de pignori. Couarruu. libro tertio variarum cap. 18. numero secundo versiculo 7. constat, Hugo Donclus vbi

LIBER Tertius

vbi supra, & hęc interpretatio est,
 licet Nicolaus Valla. d. tractatu 11. nu-
 mero 8. aliter conciliet ea iure. Quan-
 to ampliatur, vt prior preferatur etiam
 fisco, & reipublicę, quinimo Impera-
 tori, & Regi. glos. & Baldus per text.
 ibi in l. si fundum C. qui potiores in pig-
 nore habeantur idem Bald. in l. 3. C. de
 remissione pigno. text. in l. vlti. §. vlt. ff.
 qui potiores in pigno. habeantur Ripa.
 in d. l. privilegia num. 7. Negusan. d. 2.
 membro. num. 11. Hugo. Donellus, &
 Franciscus Balduinus vbi supra, quod
 vulgo solet explicari, vt obtineat in bo-
 nis quęstis ante hypothecam fisci, se-
 cus vero in quęstis positis post illam
 tunc enim fiscus licet posterior prefer-
 retur auctore Bart. in d. l. vlti. in princi-
 pio. ff. qui potiores in pignore, & in l.
 si is qui ff. de iure fisci, quem sequitur
 Negusan. d. 2. membro. num. 5. & d. nu-
 mero 11. & Balduinus vbi supra. Licet
 enim regulare sit creditorem priorem
 preferri posteriori, etiam in bonis quę-
 stis post illius hypothecam. l. vlti. in
 principio ff. qui poti. in pigno. habeantur
 & ibi Bart. l. hac editali. §. his illud
 C. de secundis nuptijs, & ibi Bald. tamē
 fallita in fisco, qui priori præfertur in
 bonis quęstis post eius hypothecam.
 d. l. si is qui. ff. de iure fisci vbi Vlpi. scri-
 bit in hęc verba si his, qui mihi obliga-
 uerat quę habet, habiturusve esset, cū
 fisco contraxerit, sciendum est iure po-
 stea acquisita fisco potiore esse de-
 bere, Papinianum respondisse. Quod,
 & constitutum est. Præuenit enim cau-
 sam pignoris fisco. Maria. Soci. in tra-
 ctatu de oblatio. libello. 12. dicit com-
 munem Baldus. Nouellus de dote par-
 te 10. numero. 2. Couarruu. lib. 1. varia-
 rum capit. 16. numero. 2. cui tamen re-
 solutioni obstat responsum Scęuolę iu-
 risconsulti in d. l. vltim. in principio ff.
 qui potiores in pignore. Vbi Scęuola
 videtur respondisse creditorem prio-
 rem præferendum fisco in bonis etiam
 quęstis post vtriusque obligationem,
 ex quo text. Hugo. Donel. d. tit. qui po-

tiores in pigno. habeantur, discessit a cō-
 muni sententia ratus fisco nō esse præ-
 ferendum priori creditori in bonis quę-
 stis post fisci obligationem, & verba
 Vlpiani in dicta lege si is, qui mihi obli-
 gauerat, quę haberet, habiturusve es-
 set cum fisco contraxerit, idest, iam an-
 te contraxerit, quam mihi obligaret
 quę habeat, &c. Ideoque Hugo. Do-
 nellus arbitratur in d. l. si is qui obliga-
 tionem fisci priorē fuisse: sed huic Do-
 nelli interpretationi repugnant apertis-
 sime priora verba text. ipsius, & præfer-
 tum, quod si diceremus in specie propo-
 sita ab Vlpiano fisco prius contraxisse,
 nullam eius responsam dubitationē
 continuisset, contra text. in l. quod la-
 beo, ff. de carbo. edicto. quis enim dubi-
 tare potuit fisco priorem, potiore
 esse debere in omnibus bonis quęstis
 post ipsius obligationem? nullus profe-
 cto. Igitur necessario dicendum est o-
 bligationem fisci posteriorē fuisse, &
 Vlpianum iurisconsultis respondisse
 potiore esse debere in quęstis post
 illam, quia fisco pignoris causam præ-
 uenit, & licet varię interpretationes re-
 ferantur ad Scęuolę responsum in d. l.
 vltima, ipse aduersus præiudicatam opi-
 nionem magis sentio iurisconsultum,
 ibi non disputasse an Scęa. potior esset
 fisco in quęstis post fisci obligationē,
 sed an præferri deberet in quęstis post
 priorem obligationem Scęa, antequā
 esset cum fisco contractum, & Scęuo-
 lam in hac specie respondisse nihil pro-
 ponitur non esset præferenda, quam
 interpretationem facilem, & perspicuā
 efficiunt illa verba. textu. quęstum est
 An Scęa. præferenda sit fisco, & in illis
 rebus quas Titius tempore prioris obli-
 gationis habuit, item in his rebus, quas
 post priorem obligationem adquisiuit
 donec vniuersum suum debitum con-
 sequatur. Quibus apparet iurisconsul-
 tum, Scęuolam solum respondisse Scęā
 potiore esse fisco etiam in rebus quę-
 stis post priorem Scęa. obligationem:
 non tamen iurisconsultus explicat, an
 in quęsi-

- In qua sitis post fisci obligationem præferatur, quod ab Vlpiano declaratum est in dict. l. si is qui.
- 14 Sexto ampliatur etiam si secundus creditor conuenerit de vendenda hypotheca, vel pignore, & prior nõ, quia adhuc prior creditor præfertur. l. si prior. §. final. & ibi Bartol. ff. qui potiores in pignore habeantur, Ripa in dict. l. priuilegia, num. 8. Negusan. dict. membr. 2. num. 5. Donelas, & Balduinus vbi supra.
- 15 Septimo ampliatur, etiam si secundo creditori res hypothecata tradatur, quia adhuc in ea præferatur prior in tempore, cui non fuit tradita dict. l. si prior. §. vltim. Negusan. dict. 2. membr. numer. 5. versicul. sexto ampliatur, Benue- nut. Stracha in tract. de decocto par. vltim. num. 11.
- 16 Octauo ampliatur, vt prior solius horæ tempore præferatur posteriori, vt notatur in l. si pluribus. §. vltim. ff. de solutionibus, & scribitur plene Socinus in l. 1. num. 11. & sequentibus. ff. soluto matrimonio. Hippolytus de Marfilis singular. 319. Decius consil. 169. Benue- nutus Stracha dict. par. vltim. num. 13. vbi vero vna, & eadem hora instrumentum apparet confectum, prioritas ex ordine scripturæ colligeretur, Angelus in a- tholica de hæredi. & fisci. 9. etenim col- latione. 1. vbi dixit si in eodem instru- mento bona sunt obligata primo Seio, deinde Gaijo, hypothecam Gaij poste- riorem esse propter ordinem scripturæ, Bald in l. aduersus. C. de furtis, facit tex- tus in l. quoties. ff. de usufructu. & in l. si quis ex argentarijs. 9. initiu. ff. de ede- do, & quæ scribit Felius in cap. pasto- ralis, numer. 7. & sequenti de rescriptis, Negusan. de tractatu de pigno. 4. mem- bro 2. part. num. 125. Matthæus de Af- flictis decisione. 387. igitur in casu du- bio illa scriptura præsumitur prior, quæ in libro notarij præcedit.
- 17 Nono ampliatur, vt creditor prior re- uocare, & condicere possit pecuniam solutam posteriori creditori, & bona si- de consumptam. l. vltima. §. etsi præfa-

ctam, versiculo fin. vero creditores, & versicul. sequenti. C. de iure delibera- de qua tamen ampliatione deprehen- di professores nostros non conuenire. Plerisque enim placuit ampliationem istam habere locum, dumtaxat in credi- tore habente priuilegium, & hypothe- cam simul, non vero in habente solam hypothecam. Constituunt ergo hi au- tores, quod si prior creditor habet pri- uilegium, & hypothecam, simul condi- cere, & reuocare potest pecuniam solu- tam posteriori creditori, & bona fide consumptam. l. ex facto. §. vltimo. ff. de peculio. l. sed an hic. ff. quod cū eo, non autem possit, si solā absque priuilegio hypothecam habeat. l. pupillus. ff. quæ in frau. credito. l. si nõ expedit. ff. de bo- nis auctori. iudic. possiden. ita glos. in l. pecunia. C. de priuileg. fisci, & in dict. l. sed an hic, & in l. deferri. §. vltim. ff. de iure fisci, sequuntur Petrus Cyn. & Salycetus in dict. l. pecunia, & ibi Paul. de Castro, Iacobus de Arenis, & Batol. in dict. l. pupillus, Afflictis decis. Nea- politana 190. professus esse communem sententiam, Antoni. Capici. decisio. 78. Thomas Grammati. post decisio. suas quæst. 1. Parisi consil. 69. volum. 4. Co- uar. in practicis cap. 28. Cephal. consil. 86. num. 5. volum. 1. Iosephus Ludoui. decisione Perusina 45. num. 4. E contra vero Fulgosi. in dict. l. pecunia eleganter asserit, eius legis dispositionem so- lum obtinere in fauorem fisci, & in eo esse specialem, nec admittendam fore in fauorem aliorum creditorum quo- rumcunque, etiam quibus hypotheca cum prælationis priuilegio competit. Idem Fulgo. in l. cum fundus. §. seruum tuum, nu. 4. ff. si certum petat. & in l. ex facto in fine. ff. de peculio, & retasse vi- detur Cuma. in dict. l. pupillus, pro qua sententia expendit aliqua fundamenta Couarru. dict. cap. 29. dicens communem sententiam non esse omnino certam, & fortassis in fisco esse specialem decisio- nem, tex. in dict. l. pecunia, sed Benu- tus Stracha in dict. tract. de Doctorib. vltim. par. num. 29. docet creditorem

hypo

Tiber Tertius

hypothecam habentem, etiam si non habeat priuilegium, condicere, & reuocare posse pecuniam, solutam posteriori creditori, & bona fide consumptam, & profitetur, hanc esse magis veram sententiam, & allegat. text. quem dicit clarum, & expressum in dict. l. vltima. §. etsi præfatam. C. de iure deliberan. sequitur Matienço in l. 7. titul. 19. lib. 5. nouæ Compilationis, gloss. 5. numer. 15. ad finem. Et quidem meo iudicio verissima hæc sententia est, & probatur aperte ex dict. §. etsi præfatam in illis verbis, si vero hæredes res hæreditarias creditoribus hereditarijs pro debito dederint insolutum, vel per dationem pecuniarum satis eis fecerint, liceat alijs creditoribus qui ex anterioribus veniunt hypothecis, aduersus eos venire, & à posterioribus creditoribus secundum leges eas abstrahere, vel per hypothecariam, actionem, vel per conditionem, ex lege nisi voluerint debitum offerre: vide tamen Guterrium optime disputantem in practice, lib. 3. quaestion. 100.

18 Decimo ampliatur, vt prior creditor non solum præferatur pro debito principali, sed etiam pro omnibus accessionibus, nimirum pensionibus, lege insulam. ff. qui potiores in pignore, vel vsuris, aut interesse, lege Lucius, ibi respondit Lucium Titium in omne quod ei debetur, potiolem esse. ff. illo titul. qui potiores in pignore, & etiam in pœna commissa post obligationem secundi, vt affirmat Bald. in l. qui potiores. §. si paratus. ff. eodem tit. idque procedit, non solum si prior habeat hypothecam expressam, sed etiã si tacitam, nam etiam pro accessorijs ad illam tacitam debet præferri posteriori expressæ, quanquam accesserint post obligationem posteriorem, Bartol in l. eum dotem. §. si autem in sæuissimo ff. soluto matrimonio, Ripa in dict. l. priuilegia numero. 9. Negusan. dicto membro 2. numero. 10. ex quo Bartolus in dicto. §. si autem in sæ-

uissimo, docuit mulieri etiam pro alimentis competere tacitam hypothecam priuilegiatam sicut pro dote, sequuntur ibi Raphael, Paulus, & Alexander, Baldus in l. vnica. §. sed vt plenius. C. de rei vxoriae actio. late Negusan. in dicto tractat. de pignoribus membro 42. partis à numer. 47. sed contrarium voluit idem Bartol. in l. Lucius. ff. de aliment. & ciba. lega. & ante illum Ioannes Andreas in additio. ad Speculato. titul. de dote post diuortium restituens. §. formatis, versicul. sed nunquid bona viri, & versicul. pro dote, sequuntur Ludouicus Roma. in dicto. §. si autem, Imola in. §. si pater eiusdem legis, Panormi. consil. 43. ad finem libro secundo, qui omnes profitentur hypothecam, siue tacitam, siue expressam competentem pro debito principali, non competere pro accessorijs, docentque responsum Iuriconsulti in dicta. l. Lucius. ff. qui potiores in pignore habeantur loqui de hypotheca expressa, tam pro debito principali, quam pro accessorijs, Speculator autem in dicto. §. formatis, versicul. sed nunquid bona viri distinguit inter alimenta, quæ debentur constante matrimonio, & pro his docet competere tacitam hypothecam, & ea quæ debentur soluto matrimonio, & pro hijs hypothecam non dari, Speculatorem sequitur Paulus de Castro consilio octauo, volumine primo: veruntamen in hac opinionum varietate ipse animaduerti, ex hisque docte, & eleganter scripsere Franciscus de Ripa in dicta. l. priuilegia, à numero decimo, vsque ad decimum quintum, & Negusan. dicto 2. membro à numer. 10. & dicto. 2. membro partis secundæ à numer. 47. verius & receptius esse, tam hypothecam expressam, quam tacitam competentem pro debito principali etiam competere pro accessorijs, & ideo tacitam hypothecam pro dote habere locum pro alimentis. Quamuis doctissimus Petrus Barboza in l. 1. ff. soluto matrimonio,

trimonio 3. part. numero 28. doctrinā Bart. in d. l. Lucius sequatur, & veriorē dicat, illum tamen vide. d. 3. part. a num. 27. articulum hunc late, & dote discutientem.

¹⁹ Undecimo ampliatur, vt prior creditor idem, vel sub conditione sit prior creditore posteriori, cui ante diei, vel conditionis euentum fuit constituta hypotheca pro debito puro. l. qui balneū §. primo, & l. potior §. 1. ff. qui potiores in pignore habeantur, Ripa in d. l. priuilegia num. 17. Negusan. d. 2. membro num. 10. ampliatio. 16. quidquid dictum est de creditore sub conditione docet habere locum, quando conditio est casualis, vel mixta, non vero quando est potestatiua, quia illa nō trahitur retro, & ideo non facit præferri creditorem, sed attenditur tempus existentis conditionis, vt ex text. & ibi gloss. Bart. Angelus, & Salycetus in l. 1. ff. qui potiores in pignore habeantur. l. Titius, & ibi Barto. & omnes. ff. quæ res pigno. obliga. possunt l. 32. titul. 13. partit. 5. Bart. in l. si is, qui pro emptore nume. 46. & 47. de vsu capione pro emptore dicit communem Gregorius Lopez in d. l. 32. verbo, *la condición*, ex quo fit vt fideiussor obligatione prior licet solutione posterior præferatur creditoribus reliquis post contractam fideiussionem. Nam quemadmodum fideiussor a principio creditori tacite obligatus est sub illa conditione, si debitor principalis non soluerit, authentica præsentē C. de fideiussoribus, ita quoque principalis debitor ipsi fideiussori obligatus est actione mandati sub conditione, si soluerit pro eo l. pro ea C. mandati, ac proinde fideiussor creditor est conditionalis respectu debitoris ipsius. Cū ergo illa conditio si soluerit fideiussor casualis sit, pendens a calu & fortuna an debitor principalis sit soluendo, nec ne, proculdubio retrahitur, & fideiussor licet solutione posterior, debet præferri cæteris creditoribus, vt diffuse per tractat. Ioannes Gu-

tierrez allegatione. 4. quod plane sic intelligendum est, vt fideiussor ita demū præferri debeat creditoribus habentibus hypothecam fideiussione posteriorem, & anteriorem solutione, si fuerint illi omnes actiones cessæ a creditore, alioquin certum, & exploratum, est fideiussorem etiam si ante soluisset, non esse præferendum creditoribus habentibus hypothecam posteriorem, quoniam vbi fideiussori non sunt actiones cessæ, solum agere potest personali actione mandati. l. mandati actio. C. de fideiussoribus l. 11. & 12. titu. 12. Petrus Duenas regula. 337. & explorati iuris est creditori priori ex sola personali actione etiam priuilegiata præferri creditorem habentem hypothecam posteriorem. Neque obstat text. in l. 45. titu. 13. partita quinta. quæ docere videtur fideiussorem præferendum esse in actione personali non solum secundo creditori pure, sed etiam habenti hypothecam & pignus traditum, quoniam debet intelligi cessis actionibus per principale creditorem, alias non vt recte declarat Ioannes Guierrez d. allegatione 4 numero 20. Et hæc ampliatio duodecima adeo est vera, vt prior creditor in diem vel sub conditione præferri debeat posteriori, etiam ante diem, vel conditionis euentum. Ponamus enim vnum habere obligationem contra aliquem cū hypotheca bonorum, quæ fuit celebrata vlti. die mensis Ianuarij anni 1590. & solutio quantitatis promissæ destinata fuit in diem Diui Ioannis Baptistæ eiusdem anni, & cessit dies solutionis, illūque petiisse executionem aduersus debitorem. Cumque illa decreta, & facta huius debiti solutione totum debitoris patrimonium consumeretur, alter tanquam tertius se opposuit executioni præcedens debere præferri in bonis debitoris, quia instrumentum aliud cum hypotheca bonorum habeat aduersus debitorem confectum prima die mensis Ianuarij eiusdem anni 1590. cuius solutio distincta fuerat in diem Diui Bar-

Liber Tertius

Bartholomæi eiusdem anni, plane creditor, qui prior fuit obligatione etiam ante diem, merito petit anteponi creditori in obligatione posteriori, quavis priori in solutione l. 1. l. qui balneū. §. 1. l. potior §. videamus, & l. nūtius ff. qui potiores in pignore habeantur, Rodericus X Suarez in l. post. rem iudicatā ff. de re iudicat. limita. 7. numer. 4. Negufan. de pignoribus 4. parte nume. 15. Ioannes Gutierrez d. allegatione 4. numero 17. Gósalus Suarez de Paz in sua praxi. 4. part. primi tomi capite 4. num. 5. 6. & 7. licet contrarium magis probasse videatur Didacus del Castillo in l. 64. Tauri gloss. vltim. Neque obstat quod antequam cedat dies solutionis, non potest agi. l. 1. C. de conditio. ex l. qui mandauero in principio, & l. cum qui Kalendis ff. de verborum obligationibus l. cedere diem. ff. de verborū significat. quoniam interueniente causa legitima, vt pura, quia debitor erat suspectus de fuga, vel quia vniuersum eius patrimonium consumebatur in debito posteriori, potest agi ante diem l. quæsitum ff. de pignoribus, idque magis probauit Petrus Pechius in trac. de iure sistendi, in manuum iniectione capite. 4. numero 7. prudenter improbens Alberi. & Ias. cōtrarium de debito sub conditione perperam existimantes.

22 Decimotertio ampliatur, vt prior creditor præferatur in mercibus postea veditis a mercatore habita fide de pretio, & ita tenent Bart. Bald. Angelus, Alexander, & communiter Doctores, in l. si cum dotem §. vltimo ff. de soluto matrimonio text. in l. procuratori §. si plures versi. sed si dedi. ff. de tributo. l. quidam fundum de in rem verso, Iason dicens communem in l. creditor *la primera* ff. si certum petatur Ripa in l. si vtri §. in bonis num. 6. & sequentibus. ff. de priuilegijs credito. Negufan. d. tractatu de pigno. 4. parte numero 35. & 36. & d. 2. membro numero 13. Benue
23 nu. Stracha d. tractatu de docto. vltim.

part. num. 5. Matienço. in l. 7. titul. 16. lib. 5. nouæ Compilatio. gloss. 5. num. 6. fallit tamen hæc ampliatio in specie triplici. Prima est, quando veditor merces emptori tradidit nō habita fide pretij, quia tunc cum in emptorem dominium non transferit, reliquis omnibus etiam anterioribus venditor potior est Baldus, & Angelus in l. in rebus. C. de iure dotium, & autores proxime relati. Secunda est, vbi mercator cum iam consilium fugiendi iniisset, merces ab alio emit, habita fide pretij, quia tunc ex traditione non fuit in eum translātū dominium, & ideo venditor mercium debet in illis præferri tanquam dominus, Ange. & Alexand. in d. l. si cum dotem §. vltim. Negufan. Benuenu. Stracha Ripa, & Matieço vbi proxime. Tertia est, quando conuentum esset vt merces venditæ essent obligatæ venditori specialiter, quoad totum pretium solueretur, quia tunc venditor præfertur creditoribus etiā anterioribus per tex. in l. licet C. qui potiores in pignore l. quavis 2. C. de pignori. l. 30. prope finem titul. 13. partita quinta, & ex pluribus Matienço d. gloss. 5. numero. 7. disputans an sufficiat post traditionem rei venditæ hypothecam adijcere, & an hypotheca ista præferatur anteriori hypothecæ dotali: ex quo animaduertendum est, quod si res fuerit in cēsū redimibilem concessa ad numerum pretij contenti, fueritque obligata pro sorte, & reliquis venditor idemque dominus in re ipsa reliquis omnibus præferendus erit, quod sæpe numero vidi obseruatum in praxi. Plures alias eius regulæ ampliationes referunt autores relati superius, quas in præsentiarum non est animus recensere. Huicque capiti extremam manum imponam duplici limitatione contentus. Prima est, quotiescunque creditor posterior habet instrumentum de actuali numeratione, & prior mittitur solum instrumento solā cōfessio nē continenti, tunc enim posterior præfertur priori l. Titius ff. que res
24 pig-

EPITOME

Cap. VI.

pignori obligari poss. l. diuersi verbo data, iuncta glossa ibi. C. qui potiores in pignore, per quem text. monent ibi eleganter Baldus, & Angelus contrahentes, vt sint cauti in stipulando instrumenta de actuali numeratione, ita post alios superiorem regulam prestringunt, Franciscus de Ripa in dicta. l. priuilegia, numer. 23. & Cattellia. Cotta in memoriali, verbo creditor prior preferat, Gregorius Lopez in l. 27. glossa 1. ad finem, versicul. & signanter nota titul. 13. partita 5. Andreas Tiraquelus de vtroque retractu. titulo 1. §. 1. glossa 18. numer. 82. Ioannes Gutierrez de iura confir. 3. par. capit. 15. numero 21. quam tamen limitationem non esse praxi receptam testatur Matieço dict. glossa 5 numero resoluens nihil interesse, an instrumentum contineat numerationem, an vero solam confessionem.

25 Altera est quando inter se concurrunt duo creditores, quorum vnus ex titulo lucratiuo, & alter ex titulo oneroso sibi aliquid deberi contendit, hac enim specie creditor posterior, ex titulo oneroso præfertur in pignore priori creditori ex titulo lucratiuo, quod pluribus fundamentis persuadere conatur Ioannes Gutierrez dicto capite 15. à numero 20. Idque ante illum videtur voluisse Cumanus in dict. l. priuilegia. Sed contra hanc limitationem, videtur esse textus expressus in l. 1. C. de iure fisci lib. 10. vbi Alexander Imperator rescripsit in hæc verba, Si priusquam fisci rationibus pater vester obligaretur perfectam prædiorum donationem fuisse fuerit probatus, quod extra fraudem creditorum gestum est non, rescinditur, vbi gloss. Bartol. Iacob. Reb. Ioann. de Plate. & reliqui docuisse videtur, & magis in specie Hieronymus Gabriel consil. 82. num. 1. & 2. scribens generaliter nulla distinctione habita inter eos qui habent titulum lucratiuum, vel onerosum, priorem hypothecam habentes præferri, quod ipse verius puto.

- 1 **N** tertius possessor fundi hypothecati cogatur recognoscere dominum.
- 2 Dominus census non potest agere absolute, & simpliciter aduersus tertium possessorem, vt recognoscat censum, sed tenetur libellum concipere alternatiue, vt recognoscat censum, vel creditori dimitat rem affectam onere census.
- 3 Vbi tertius possessor recognouit, cogi potest, vt soluat præteritas pensiones.
- 4 Agitur an recognitio præiudicet recognoscenti, cum non appareat, neque constat de vero, & primordiali titulo, atque originaria census constitutione.
- 5 Recognitio ab vno facta, non præiudicat tertio possessori, quia ab eo titulum, & causam non habet.
- 6 Non solum recognitio formalis, & expressa præiudicat recognoscenti, & his qui ab eo causam, & titulum habent, ex sententia Aymonis consilio 217. sed contra resoluitur.
- 7 Disputatur, an qui vt tertius possessor recognouit dominum census re alienata, & translata in alium, absque fraude conueniri possit de cætero pro redditibus, & pensionibus.
- 8 An tertius possessor cogatur recognoscere sub garentigia.

CAPVT VI.

De recognitione.

1 **R**incipia ergo in dubium reuoco an tertius possessor fundi hypothecati, cogatur recognoscere dominum census, & soluere redditum annuum, qua in re

X

Petrus

Liber Tertius

Petrus Sala. in tractatu de usu, & consuetudine, cap. 11. num. 63. videtur voluisse tertium possessorem fundi, non posse cogi, ut censum recognoscat. Sed contra docuerunt plurimi autores, & quidem gravissimi, Guido inquam Papæ decisione. 43. & 576. Guillielm. Benedictus in cap. Raynuntias de testamētis, verbo & uxorem nomine Adelfia in numer. 444. Cassanæus in consuetudinibus Burgund. rubric. 11. §. 3. & §. 6. Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. gloss. 6. num. 21. Couarru. lib. 3. variarum. cap. 7. num. 6. Petrus Foller. in praxi censu. verbo huiusmodi census super rebus, nume. 96. 97. & 98. Achilles Pedrocha, consil. 2. num. 83. plurimos idem sentientes referens Crauet. consilio 217. Qui omnes vnanimi consensu. profitentur, tertium possessorem fundi hypothecati cogi posse, ut recognoscat censum, vel ut dimittat creditorem ipsum: quorum sententia in praxi frequentissime recipitur, & videtur confirmari Vlpiani responso in l. etsi forte. §. etiam ibi, Labeo autem hanc seruitutem non hominem debere, sed rem. Denique licere domino rem derelinquere scribit. ff. si seruit. vendit. & Marcian. in l. filius familias. §. apud Marcelum, ff. de legatis. 1. Docentis legatariū debere dimittere fideicommissario, cui aliquid annuum est relictum fundum, cuius causa oneratus fuit eo anno per testatorem, si nollit annuum præstare. Quo circa animaduerto, dominum census non posse agere absolute, & simpliciter aduersus tertium possessorem, ut recognoscat censum, sed tenetur libellum concipere alternatiue, ut recognoscat censum, vel creditori dimitat rem affectam onere census, ut de libello in actione hypothecaria tradidere Ias. Bal. Zafi. Corne. Benin. Misin. & alij, in §. item seruiana. instit. de actioni. Ideoque diebus superioribus cum essem in Curia Regia defendi nõ fuisse recte conceptum libellum, in quo aduocatus quidã petierat simpliciter pos-

sessorem cogi, ut recognosceret, laudauitque mirum in modum sententiam viri prudentissimi Licenciati Baraez, vnus ex iudicibus Regijs, qui dicunt *Alcaldes de Corte*. Qua in ea causa reum, & possessorem absoluit ab instantia iudicij, reseruans actori ius istud, ut meliori forma, & ratione illud, posset in iudicio proponere. Est enim verissimū cogi non posse tertium possessorem, ut recognoscat simpliciter: quoniam actio, qua agitur, ut tertius possessor recognoscat simpliciter, personalis est, quæ vim non habet contra tertium possessorem, Achilles Pedrocha vbi supra, numer. 131. & consil. 17. numer. 137. Quæ ratione admitti potest sententia Petri Salaçar dicto numer. 63. vbi vero tertius possessor recognouit, cogi potest, ut soluat præteritas pensiones Ancharan. consil. 386. col. 1. Craueta d. consil. 217. Afflictis decisio. Neapolit. 97. Felnerius dicto verbo huiusmodi census super rebus, numer. 97. declarans hoc locum non habere, quando ille qui debet consequi census præteritos potuisset exigere præteritas pensiones, & nõ exigit, quia tunc nouus possessor non tenetur, sed creditori imputandum erit, per tex. in l. iure ciuili. ff. de condictione. & demonstratio. & in l. in executione. §. penulti. ff. de verborum obligatio. & ea quæ in fortioribus terminis scripsit Socin. consil. 273. lib. 2. Surdus decis. 33. à nu. 4. Quinimo si recognitio cõtenta fuerit in publico instrumēto gaurentigio, aduersus illū obtinebit locū via executiua, poteritq; capi personaliter, quãuis contrariū perperã censuerit Salaçar d. c. 11. n. 63. nõ ex recognitione tertii possessorem manere obligatū personaliter, viuificare nemo potest. Quæ sane personalis obligatio cõtenta in publico instrumēto vim proculdubio executiua habet. Secundo dubitatur, an solare cognitio præiudicet recognoscenti, cū nõ apparet, neq; constat de vero, & primordiali titulo, adq; originaria census cõstitutione, & omissa lōga disputatio.

verius

verius, & receptius esse videtur solam recognitionem præiudicium parere recognoscenti eiusque hæredibus, & successoribus omnibusque his, qui ab illo causam & titulum habent, etiam si non appareat de prima cæsus origine, quod tradidere Guido Papæ decisione 272. & consi. 147. Guillel. Benedictus in capite Raynuntius de testamentis in verbo, & uxorem nomine Adelasiam numero 1006. & 1007. Iacobi de sancto Georgio de feudis, verbo dictique vassalli. numero 12. Andreas Alciat. libr. 3. responso consi. 15. numero tertio, Carolus Molinæ. in consuetudini. Parisien. §. 1. glos. §. numero 32. Petrus Rebuf. ad constitu. Gall. tractatu de cõstitu. reddi in fine numero octavo. Dominus Antonius de Padilla in l. cum falsa numero 5. C. de iuris & facti ignorantia Aluar. Valas. de iure emphytheu. q. 9. numero 18. Aym. Craueta. d. consil. 217. Petrus Follerius vbi proxime per text. in l. censualis C. de donationibus, vbi Baldus, Aretinus consil. 36. Boeri. in consuet. Bituricen. titulo de consuetudine feuda §. 12. Cassanæ. in consuetu. Burg. Rubrica 11. §. 13. verbo censetur numero 5. Ripa libro. 2. responso. capite 18. Roland. consi. 2. num. 109. libr. 1. Mascari. de probat. concla. 603. numero 37. volum. 2. Bursa. consi. 27. n. 9. & 10. volum. 1. Achilles Pedrocha consi. 39. num. 161. & 162. qui omnes in eam videntur sententiam consensisse, vt recognitio ita demum noceat recognoscenti, nisi constare possit re, pro qua fit, esse liberam, allodiam, & francam, exemptamque, & immunem a census onere, quia constituto de veritate nullum momentum recognitio habet, & ratio est, quia recognitio nihil disponit (quia non est facta animo aliquid disponendi de nouo) & ideo recognitio non est verus titulus, sed solum probationem inducit, vt docent Paul. de Castro in l. publici §. vltimo. ff. depositi, Carolus Molinæus in consuetud. Parisiensis §. 7. numero 22. Alciat. Respon-

forum. pro sexto consilio sexto numero 12. Alua. Valas. d. quæst. 9. numero. 18. ad finem, ac proinde contra probationem ex recognitione resultantem admitti probatio potest, eleganter Menochius consilio primo numero 89. & sequentibus volumine primo. Sed difficilius est, an recognitio ab vno facta præiudicet tertio possessori, qui ab eo titulum, & causam non habet, & licet Guido Papæ, dict. decisione. 272. sentire videatur indistinctè recognitionem etiam cuilibet tertio possessori nocere, & sequatur Aluarus Valascus dict. numero 18. tamen contrarium apparet esse receptis ex his, quæ scripsere Bald. in l. censualis, & in l. si functiones C. de donationibus, & consilio 368. libro. 1. Socinus consilio 276. volumine. Barba. consilio. 50. illud afferam libro primo, Corneus consilio 24. libro 4. quos secutus refert Andreas Alciatus, libro 3. consilio 15. num. 3. Aymon Craueta in responso pro genero nutner. 427. ad finem, Menochius consilio 395. volumine 4. numero 35. Nec quidem sola recognitio formalis, & expressa recognoscenti præiudicium affert, & his, qui ab eo causam, & titulum habent, sed etiam virtualis & tacita, qualis illa est, cū venditor in rei censualis venditione dixit se vendere cum onere soluendi census, vel in extimo, aut catastro hoc esse professus. Quod latè prosequitur Aymon Craueta dict. consilio. 217. nu. 7. & 8. quo in loco duplici argumèto vtitur: primum est, quia verba enuntiativa prolata per modum causæ inducunt dispositionem, Barto. in l. si socer. §. Lucius. ff. soluto matrimonio, Alexander consilio 46. columna 2. libro primo, Decius consilio 23. columna tertia & consilio 425. columna prima ad finem, & similiter disponunt verba enuntiativa, quando proferuntur per modum modi leg. cum eorum C. de sententia, & probant verba enuntiativa in his, quæ pendent a potestate partium, Bartolus in authentica si quis in aliquo column.

Liber Tertius

ultima, vericulo iuxta prædicta. quæro
 C. de edendo, Dectus consilio. 139. co-
 lumn. 2. post medi. versic. Tertio respó-
 detur, & non solum cõtra autorem, sed
 etiam contra singularem successorem
 causam habentem post talia verba enũ-
 tiatiua, Socinus consi. 12. column. 2. cir-
 ca medium, & consi. 82. column. 2. ante
 medium, lib. 3. alterum est, quia quan-
 do aliquis in extimo communitatis pro-
 fitetur, seu consignat bona nomine suo
 & alterius, acquiritur ius ei, cuius no-
 mine fit consignatio in odium, seu præ-
 iudicium cõsignantis, siue probatur ius
 competere alteri, quoad præiudicium
 consignantis l. censualis. C. de donatio.
 Bart. in l. iura. C. de omni agro deserto
 lib. 11. Alexander consilio 10. column.
 11. vericulo non probatur etiam volu-
 mine. 4. & consilio 147. column. ultim.
 circa medium volumin. 5. & consi. 57.
 column. 2. lib. 6. & consilio 57. colu. pe-
 nultima vericulo nunc dicam, & con-
 silio 182. column. 2. lib. 7. Socinus con-
 silio 46. column. ultima libro 3. & con-
 silio 6. column. 3. libr. 4. Corne. consil.
 165. lib. 3. & consilio 34. columna. 4. &
 consil. 315. ad finem lib. 4. Sed Guido
 Papæ decisione. 24. contra putat, nimi-
 ram solam venditoris asseuerationem
 rem esse affectam onere census nõ suf-
 ficere, vt possessor, & emptor teneatur
 ad censum, & probetur rem illam esse
 censualem: nisi alia concurrant, scilicet
 venditorem consueuisse soluere, vel
 alias dispositiue recognouisse, vel quid
 simile. Sequitur Guillel. Benedictus in
 d. capite Raynuntius, verbo, & vxorem
 rem nomine Adelasiam num. 444. Re-
 buff. in tractatu de constit. reddi. artic.
 2. gloss. vnica numer. sexto, Petrus Fol-
 ler d. verbo huiusmodi census super re-
 bus numero 98. & hanc partem proximi-
 mis diebus, vt veriorẽ, & receptiorẽ
 sustinui in quadam causa, quæ ex Epis-
 copatu Saguntino per appellationem
 fuerat deuoluta ad hanc curiam Com-
 plutensem.

Tertio inquirendum se offert, an qui

vt tertius possessor recognouit domi-
 nũ cõsus, eidẽque fecit titulum nouum,
 re alienata, & translata in alium absque
 fraude, conueniri possit de cætero pro
 redditibus, & pensionibus. Et in hac du-
 bitatione Carolus Molinæus in consue-
 tudinib. Parisiensi. §. 11. numero 19. do-
 cuit illum in futurum cõueniri nõ pos-
 se, Molinæum sequitur Couarruias li-
 bro tertio variarum, capite 7. numer. 6.
 vericulo hinc etiam deducitur. Quæ
 sententia vera est, licet ab illa discesse-
 rit Petrus Salaçar dict. cap. 11. num.
 66. nam recognitio personalis obliga-
 tio, & titulus nouus, nõ plus afficit, quo
 ad substantiam obligationis ipsum re-
 cognoscentem, quam is antea virtute
 possessionis tenebatur. Adijcitur enim
 ea obligatio, & recognitio, ex necessi-
 tate possessionis, & oneris adhærentis
 rei possessæ, & ideo est intelligenda so-
 lum, quatenus necessitas ipsa postulat,
 & præsertim, quia non fit animæ. du-
 cendæ nouæ dispositionis, sed ad effe-
 ctum vt possit competere ius executio-
 nis contra ipsum recognoscentem. Hoc
 autem præstringi posse censet Couar-
 ruias, quando instrumento recogni-
 tionis contrarium expressim ageretur.
 Nec mirum quia recognoscentis libere
 potuit obligare seipsum ad persoluen-
 dos redditus annuos, etiam re alienata,
 perempta, & destructa.

8. Ultimo loco dubitari potest, an ter-
 tius possessor cogatur recognoscere
 subguarentigia: & breuiter dicendum
 videbatur cogi non posse, ex his, quæ
 scripsere Barto. Angelus, & reliqui in
 l. si pupillus. ff. de nouatio. Ange. in l. in
 omnibus ff. de iudicijs, Bart. in l. si finit-
 ra. §. eleganter column. 2. & ibi Alexã-
 der numero. 30. 31. & 32. ff. de damno
 infecto, qui docent debitorem, licet te-
 neatur conficere creditori instrumen-
 tum iure suo, non cogi illud facere sub-
 guarentigia. Sequitur Roderic. Xua-
 rez in l. post rem iudicatam, in declara-
 tione ad primam regulam, q. 6. versic.
 item quæritur.

Dicit

De Censibus.

Dicit communem Antonius Massa Gallefi. ad formulam cameralis obligationis. 3. par. quæst. 3. quam sententiam in vna causa vidi seruata in hac Curia Complutensi. Sed re alius ponderata magis arbitror in proposito tertium possessorem cogendum esse recognoscere subguarentigia, quoniam vt proxime dixi, & Carol. Molina. & Couarruias recognitio interponitur ad effectum, vt possit cõpetere ius executionis contra ipsum recognoscentem. Et cum hæc sic mens, & intentio contrahentium, quin potius actus natu

ra proculdubio seruanda erit, & tertius possessor cogendus erit recognoscere sub guarentigia, quoniam alias instrumentum recognitionis non haberet paratam executionem, & facit, quod aduersus communem resoluit Antonius Massa Gallefi. dicta quæstione, num. 3. post Benedictum de Barcis in tractatu guarentigiarum in quinta quæstione primæ partis debitorem cogi posse, vt faciat instrumentum creditori sub guarentigia, & an hæres in usufructu. de usufructu. vide Pedroch. consilio. 7. à numero. 123.

2. T V

EPITOME
CAPIT. VNI.

CAPIT. VNI.

X 3 LIBER



LIBERTVS

EPITOME Capit. vnici!

AN oblatio sortis, & reddituum facta creditori congruo loco, & tempore vim habeat redemptionis.

- 2 Oblatio, & consignatio, vt iure consistat, debet fieri simul cum redditibus decursis prorata temporis.
- 3 An debitor liberetur offerendo tutori, vel curatori sortem, & reliqua, & dubitatio distinctione absoluitur.
- 4 Generaliter constituitur inutile esse redemptionem census factam ab eo, cui est prohibitum alienare.
- 5 Redimi census non potest ab herede grauato fideicommissio, idque locum habet in possessore primogenij.
- 6 Debiti annui redditus in dotem constituti si sortem, & reliqua solimantur persoluerit, liberationem non consequetur.
- 7 Neque a solo vsufructuario, neque a solo proprietario redemptionis fieri potest, sed debet fieri ab utroque simul.
- 8 Vbicunque pretium census redemptionis insumptum est in emptionem alterius redditus annui tati, & securi,

ditio caret redemptionis facta a tutore, & similibus personis.

- 9 An valida sit redemptionis facta per debitorem ab vno ex pluribus heredibus creditoris.
- 10 An si vnus ex pluribus heredibus debitoris redimat partem sibi contingentem, liber maneat a reliqua parte quae redempta non est.
- 11 An alius pro debitore possit offerre, & redimere censum.

CAPVT VNI. De redemptione.

Longam se offerrebat disputatio de redemptione census, sed quoniam multarum sollicitudinum onere premor, & his commentarijs finem exopto, mirum in modum illam breui complectar oratione contentus discurrere quae aliquas in praxi vtilis, & necessarias. Primum ergo placet in dubitationem reuocare, an oblatio sortis cum reliquis creditoribus facta congruo loco, & tempore vim habeat redemptionis, ita vt deinceps redditus non currant? In quo si standum est his, quae a maioribus nostris frequentissimo, & creberrimo consensu tradita

tradita sunt, dicendum videtur solam oblationem sortis cum reliquis non impedire cursum redditus, sed necessariam esse consignationem, & depositionem, ex quibus perfecte impeditur usurarum cursus. Placuit enim magis professoribus nostris, quod quando usurae ex conventionione debentur iure actionis, & incipiunt currere ab initio sortis numeratae, simplex oblatio extrajudicialis, etiam realis, non impedit cursum usurarum, nec ipso iure, nec ope exceptionis, donec consignatio, & depositio facta sit. l. si creditrice. l. acceptam. C. de usuris, ubi Bartol. Bald. Saly. & Pal. l. qui Romae. §. Seia. & ibi Cuman. Imola, Aretin. Alexand. Socin. Iaf. Alciat. Cuiacius. ff. de verbor. obligat. l. tutor pro pupillo. ff. de administratio. tutor. & hanc profitentur esse receptissimam sententiam Antoni. Negusan, in tract. de pignor. membro. 3. quintae partis, Boeri. decis. 124. numer. 25. Menoch. de arbitra. iudicium causis, libro. 2. casu. 220. numer. 36. & casu. 232. Iosephus Ludouicus decisio. Perusina. 105. numer. 2. 3. & 4. & in hanc partem inclinat Tiraquel. referens plures autores pro contraria parte de retract. conventional. §. 5. glos. 6. numer. 3. & 4. Petrus Foller. in pragmat. de censib. verbo instrum. gratiae pro consimili pretio, numer. 46. Praeterea ubi agitur de resolutione contractus, non sufficit sola oblatio etiam realis, sed requiritur consignatio, & depositio. l. si a te, & ibi omnes. C. de pactis inter emptor. & vendi. sed in proposito oblatio tendit ad redemptionem, & sic ad resolutionem contractus: igitur non sufficit simplex oblatio, sed necessaria est consignatio, & depositio. Reliquum est ergo creditore recusante accipere sortem cum usuris, debitorem satisfacere consignando, & deponendo, sicque impediri cursum redditus ipsius. Quae vero necessaria sunt, ut rite, & legitime fiat consignatio, & depositio, nouissime recenset Menochi. dicto casu 232. & Iosephus Ludouicus

dicta decisio. 105. Quam resolutionem arbitror procedere, non solum quando debitor offert totam sortem, illamque consignat, & deponit, verum etiam quando partem, quia debitori liberum est redimere pro parte etiam stante pactione contraria, ut resolui lib. 1. cap. octauo.

Non tamen satisfaciet debitor consignando, & deponendo sortem, aut partem sortis. Quoniam tenetur consignare, & deponere, simul cum sorte, aut parte illius, redditus decursos pro rata temporis. Nam redemptio census non admittitur, nisi pro rata temporis debitor soluat redditus decursos, ex his, quae notat Couarruu. lib. 1. variarum cap. 15. numer. 9. & 10. Tiraquel. de retract. conventio. §. 4. glos. 4. Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter emptor. & vendi. num. 77. Foller. ubi proxime num. 59. quibus adde Rolandum consil. 17. num. 18. lib. 2. & ita quotidiana praxi recipitur. Vnde non placet contraria sententia Petri Barbosa in l. diuortio in princip. num. 74. ff. soluto matrimo. disputabis.

Secundo loco dubitat, an debitor liberetur soluendo. l. offerendo, & consignando tutori, vel curatori sortem, & redditus decursos. Cuius dubitationis resolutio pendere videtur ex altera quaestione, an debitor pupilli soluendo tutori consequatur plenam liberationem, & securitatem. In qua materia celeberrima distinctio est, quandoque plenam, quandoque plenioram, quandoque plenissimam soluti liberationem parari, glos. in l. ait praetor. §. permittitur verbo imputandum. ff. de minorib. glos. in l. 1. verbo potest. C. si aduersus solutio. & ibi Doctores. Plenam debitor consequitur liberationem, quando pupillo soluit absque autoritate tutoris, & pecunia extat: quoniam tunc debitori exceptio de dolo dat aduersus minorem. §. at ex contrario inst. quibus alienare licet, vel non pupillo, & C. in pupillo. ff. de solut. l. vlt. C. de usucap. pro empt. l. 3. ff. comodati, Bar. in l. verum. §. vlt. ff. de minori.

Liber Quartus

iori. Antonius Gomez. 2. tom. cap. 14. numer. 4. Caldas Pereira in l. si curatorem habens. C. de in integrum restit. minor. verbo læsis, numer. 57. Pleniorum autem liberationem tunc dicitur consecutus, quando soluit minori cum auctoritate tutoris. Tunc enim profus liberatur, nisi deperdita, aut perempta pecunia minor utatur in integrum restitutione contra solutionem ipsam. l. Lucius. §. tutelæ iudicio. ff. de administrat. tutor. l. 1. C. si aduersus solutionem, de cuius intellectu late disputant Antonius Gomez dict. cap. 14. numer. 4. Menchac. quæst. forensi capit. 66. numer. 4. & cap. 67. colam. 2. Caldas Pereira dicto verbo legis, nu. 60. & sequentibus. Plenissimam denique liberationem consequitur, & restitutioni minime obnoxiam, quando ex iudicis præcepto, & auctoritate soluit leg. ait prætor. §. permittitur. ff. de minori. §. nunc admonendi, & §. at ex contrario instit. quibus aliena licet. l. 4. titul. 13. part. 5. ubi Gregorius Lopez, ex qua distinctione videtur in superiori dubitatione dicendum solutione facta tutori debitorem consequi securitatem, & liberationem à sorte, & redditibus, si pecunia extat, aut minor factus est locupletior, quod si pecunia sit deperdita, perempta, vel cõsumpta, licere minori, iterum agere aduersus debitorem, & ab eo pensiones annuas exigere in integrum restitutionis beneficio, iuxta text. in dict. Lucius. §. tutelæ iud. c. o. ff. de administrat. tutor. & in dicta. l. 1. cap. si aduer. solutio. cum alijs. Cuius rei argumento affirmandum est deposita pecunia, & consignata sorte principali congruo loco, & tẽpore, adhibitisque necessarijs solẽnitatibus impediri cursum redditus annui, quia cũ pecunia, & fors deposita, & consignata maneat, & extet, nihilque possit imputari debitori, & deponenti, & consignati, plane ex depositione, & consignatione cessare, impediri que cursum redditus ipsius dicendum est, argumento textus in §. at ex contrario, institut. quibus aliena licet, & in l. pupillo. ff. de soluti.

quod insinuasse videtur Perrus Folle-rius in pragmatic. de censib. verb. instrument. gratiæ pro consimili pretio, numer. 34. ad finem, facit tex. in l. tutor pro pupillo. ff. de administratio. tutor. & in l. si reus paratus. ff. de procurato. & in l. ait prætor. §. sed si pecunia. ff. de minori. & in l. vltima. C. de vltimis pupillari. Quibus in locis constitutum est in his quæ minoribus debentur, depositionem, & consignationem factam legitime impedire cursum vsurarum.

Si vero debitor sortem, & reliqua tutori persoluerit ex iussu, & licentia iudicis, plenissimam consequetur liberationem, & à restitutionis beneficio liberam, & immunem, nulla que via, nec pro redditibus, nec pro sorte poterit ulterius conueniri, dicto §. permittitur, & dicto §. nunc admonend. & §. at ex contrario, text. in l. 4. titul. 13. part. 5. Hæc tamen resolutio, tamen si videatur ex receptis traditionibus profecta, & deducta, non tamen implet annum meam. Et ideo vt separemus certa ab incertis, statuo primum redeptionem census factam à minore, absque tutoris vel curatoris auctoritate, aut iudicis præcepto, inutilem esse, ac proinde illa non obstante debitore pro redditibus semper conueniri posse; quia soli minori facta solutio vitiosa, & inutilis est. l. pupillo. ff. de solutio. l. Stichum. §. usufructum. ff. eodem titul. quem text. ibi reputat singularem Alberic. l. ait prætor. §. sed si pecunia. ff. de minor. Qua ratione inanis erit oblatio sortis facta minori absque tutore, vel curatore. l. sed si ex stipulatu. ff. de verborum obligation. nam & oblatio debet fieri ei, qui potest solutionem recipere, & non alteri secundum Bald. in l. acceptam. 3. quæstione. C. de vltimis: solutio autem non potest fieri minori absque tutore, vel curatore; ergo minime potest fieri oblatio. Quod etiam locum habet in furioso, & prodigo, cui bonis interdictum est: quoniam hi iure, & privilegio minoris funguntur Alexand. & Ia-

& Iacob. in. l. si curatorem habens, cap. de in integrum restit. mino. vbi Caldas Pereira verbo cum non absimilis. Hoc autem sic accipiendum est, nisi pecunia extet, minorve sit factus locupletior: quia tunc exceptione de dolo minor submouebitur. d. l. pupillo, & d. l. in pupillo, cum alijs superius adductis, & obseruat in specie Folleri. d. verbo instrum. gratie pro consimili precio numero 34. ad finem.

Secundo constituo redemptionem factam ex iudicis precepto validam, & securam esse, & in hoc nullam prorsus esse difficultatem, ex dict. §. permittit cum alijs.

Tertio constituo debitorem soluentem redditum annum tutori, tantum liberari, Areti. & Riminald. in d. §. at ex contrario facit tex. in. l. sancimus, & in. l. vltim. C. de administ. tuto. Hæc igitur certa, & explorata sunt. Illud vero reputo difficile, an redemptio a tutore, vel curatore facta sine iudicis precepto viribus subsistat, & procliuior sum in eam partem, vt redemptio facta a solo tutore, vel curatore robore careat firmitatis. Quocirca illa non obstante minor poterit semper debitorem conuenire pro redditibus decursis. In qua re illam pondero rationem, quod solutio ex parte eius, cui fit alienatio, sit vt docuit Paul. l. C. in d. l. pupill. ibi. Quia nec cui soluitur alienare ullam rem potest, & in eo text. notat Paul. Castren. text. in. §. at ex contrario instit. quibus alienare licet, vbi Areti, Baldui, Riminald. & Vuesem. recipiendo enim quis solutionem, abdicat a se actionem, quæ erga debitorem habebat, ac proinde merito dici potest illam alienare. Sed quando tutor, vel curator accipit solutionem fortis, ab eoque debitor redimit redditum annum, alienat in ipsum debitorem ius illud percipiendi annuas pensiones. Quod inter bona immobilia recenseri palam est, & sæpenumero repetitum stat. igitur ea redemptio inutilis est. Consecutio ista probatur quia tutori,

vel curatori fas non est distrahere res immobiles minoris absque iudicis decreto. l. si prædium capite de prædijs mino. l. lex, quæ tutores C. de administ. tuto. l. prima, & per totum ff. de rebus eorum. l. si curatorem habens, capite de in integ. resti. mino. & ibi Bal. numero quarto, & Salycetus. 6. Iacobi. secundo. l. 18. ti. 16. part. sexta, & aliter facta alienatio inualida est. Pro qua sententia facit, quod egregie notat Alexã. consi. 27. numero sexto volum. 3. executorem, qui rem immobilẽ hæredibus pupilli vendiderat cum pacto redimendi, non posse huic pacto renuntiare absque iudicis decreto, pulchra ratione: quia illud iudicamus de actione competente ad rem immobilem, quod iudicamus de ipsa re immobili ad quam cõpetit, adeo quod illa solennitas, quæ requiritur in alienatione rei immobilis, requiretur etiam in alienatione talis actionis, gloss. & Doctores in lege prima. C. si aduer. transactio. Dion. & Barto. in l. potest amplius ff. de auctori tuto. & in l. mouentium. ff. de verbo. significatiua. Igitur si redemptio cõsus est alienatio, non solum iuris competentis ad rem immobilem, sed etiam rei immobilis, plane fit consequens nulla debere interuenire omnia solennia, quæ desiderantur a iure in distrahendis bonis immobilibus minoris.

4 Ex qua resolutione infero generaliter ab eo, cui alienare prohibitum est, factam redemptionem esse innanẽ, & inutilem: redemptio enim alienatio est: vt proxime animaduerti igitur cui alienatio interdicta est, & redemptio prohibita erit, quia species alienationis est, argum. text. in. l. vlt. C. de rebus alien. non alien. Ex quo subinfero primum redemptionem annui redditus factam a prælato. l. quolibet administratore absque solennitate in alienatione a iure præscripta vitiosam esse, neque ex illa impediri cursum redditus annui: quoniam redemptio alienatio est iuris ad percipiendos redditus competentis;

Liber Quartus

rentis, quod inter in mobilia censetur, & p̄zato orphanotrophi, similibusq; administratoribus non est p̄missum alienare libere rem immobilem, sed adhibita solennitate certa capite sine exceptione 12. q. 2. cap. nulli de rebus Eccl. l. iubemus. C. de Sacrosanct. Eccl. c. hoc ius porrectum 10. q. 2. igitur in tali redemptione debent interuenire omnes solennitates a iure cōstitutæ ad res immobiles distrahēdas, alienandasque:

5 Præterea subinfertur ab hærede grauo fideicommissio non posse redimi redditum annuum, quia hæres fideicommissio grauatus alienare non potest. athen. res. quæ. l. communiā de lega. vbi Padilla. Andre. Gaill. obseruat. li. 2. obserua. 237. num. 1. Menchaca de successio. progressu §. 26. numero 2. versic. 4. Cepha. consil. 136. num. 15. inter consil. vltima. voluntā. 2. tomo Michael Graf. recepta. sententia. §. fideicommissum. q. 56. quod ad possessorem primogenij extendendum erit, quia is non potest primogenij bona distrahere. Molinali. 4. de Hispano. primoge. cap. 1. Quocirca vt valida redemptio sit facta per hæredem grauatum fideicommissio, aut maioratus possessorem, necessum erit iudicis autoritate, & p̄missu fieri.

Rursus colligitur annuo redditu in dotem constituto debitorem non liberari soluta sorte principali marito, quia rem immobilem in dotem datam marito fas nō est v̄dere, & alienare in prim. inst. quibus aliena. licet, vel nō, & ideo vxoris consensus iure iurando roboratus necessarius erit iuxta decisionem Pontificiam in capite cum contingat de iure iurand. & in capite licet mulieres eodem titulo libro sexto.

Denique animaduerto neque a solo usufructuario, neque a solo proprietario redemptionem fieri posse, sed ab vtroque simul, prout escripsere Hieronym. Cagnolus in lege secunda C. de pactis inter emptorem & venditorem. 329. Andreas Tiraquelus numero de retract. conuentio. §. 1. glos. sexta nu-

mero 29. Petrus Follerius d. verbo instrumentum gratiæ pro consimili pretio, numero 35. qui omnes p̄ text. in lege vxori meæ ff. de usufructu legato, & pernotata per Alexan. in l. diuorcio. §. si fundum, columna penultim. ff. soluto matrimonio, tradidere pretium redempti census debere manere apud usufructuarium, quod plane verum est, nisi proprietarius facultatibus idoneus vellet usufructuario redditum annuatim persolvere, vt recte notat Follerius vbi proxime numero 36. prope finem.

8 Superiorem autē resolutionem temperandam arbitror, vbi cūque pretium redempti census cōuersum, & insumptum est in emptionem redditus annui securi, & tati quoniam tunc minor Ecclēsia fideicommissarius, primogenij possessor vxor, usufructuarius, vel p̄prietarius conqueri non possunt. Summouerique debent exceptione doli iuxta sententiam I. C. in l. pupillo, ff. de solutio, & imperato. in §. at ex cōtrario inst. quibus aliena licet.

9 Tertio dubitatur an valida sit redemptio census facta per debitorem ab vno ex pluribus creditoris hæredibus & ex sententia Bartholo. Socini consil. 253. libro secundo videbatur respondendum affirmatiue. Sed contrarium esse verius resoluit Petrus Follerius d. verbo instrumentum gratiæ pro consimili pretio, numer. 24. quem vide.

Quarto dubitatur an si vnus ex pluribus debitoris hæredibus redimat partem, liber maneat a reliqua parte quæ redempta nō est, & afferendum est nō liberari, quia licet actio personalis ex lege duodecim tabularum diuidatur inter hæredes, ita vt & si defunctus esset obligatus insolidum, hæredes tamen non conueniantur nisi pro hæreditarijs portionibus, lege ea que C. familiæ Ericiscundæ lege pro hæreditarijs C. de hæredita. actio. tamen actio hypothecaria indiuidua est, & insolidum comprehendit & complectitur quemlibet ex he-

ex hæredibus. Bart. Baldus, Salycetus, & reliqui in l. 3. C. de negot. gestis. l. rem hæreditariam. ff. de euctio. l. pignoris. ff. de pigno. & ideo licet vnus ex hæredibus soluat, & redimat partem, non est sublata actio hypothecaria in bonis, quæ sibi obuenerunt ex hæreditate, quo ad aliam partem census testantem, quod etiam locum habet in pluribus reis debendi. Nam si vnus redimat partem, sibi contingentem non liberatur, quoad reliquam partem census, quæ redempta non est: veruntamen est hæredem, qui partem census redimit agere posse aduersus cohæredes, vt cogantur suas partes redimere, argumento textus in l. his consequenter. §. Celsus. ff. familiae erciscundæ. l. hæredes. §. idem iuris. ff. eodem titulo. l. cum fructuarius. ff. de usufruct. l. is cum quo in fine. ff. de aqua, plura notat Petrus Folterius dicto verbo instrum. gratiæ pro consimili pretio, numer. 38. qui numer. 39. vt rem certam, & exploratam constitui posse, vnum solum offerendo totum pretium, totum censum redimere post Paulum de Castro, Socinum, Iaso: Boerium, & Andream Tiraquel. à se referatos.

Quinto dubitatur, an alius pro debitore possit offerre, & redimere censum? Quam quæstionem habui de facto pro xiiiiis diebus, & prima facie videbatur rem esse claram, & perspicuam, quod quilibet etiam inuito, & repugnante debitore possit offerre, & redimere censum, argumento text. in l. soluendo. ff. de nego. gest. & l. si pro me. ff. de solutio. C. qui decem. §. sed quid si ignorante. ff. eodem titul. & in l. eum, & post l. minij, cap. de capti. & post l. reuer. l. acceptam C. de vsuris. l. obligatione. C. de solutio. tex. in princ. institut. quibus mod. tollitur obligatio. l. 3. titul. 14. parte quinta, & ibi Gregorius Lopez glos. *magner*, & glossa contradixisse. Sed nihilominus difficultatem facit, quod celebre illud placitum iuris vnumquæque pro debitore, etiam inuito posse

creatori soluere, non conueniat huic proposito, habet enim locum quotiescunque creditori offertur, vel soluitur dumtaxat, quod sibi debetur. Cum vero principalis sors offertur creditori, non offertur, neque soluitur illi, quod sibi debetur, quia debitor non est obligatus ad redimendum, neque ad sortem ipsam, quinimo creditor ipse videtur hac in re debitoris vice, & munere fungi. Quippe obligatus sit pati redemptionem reuendere, & ideo non solum versamur in terminis illorum iurium, sed in terminis oppositis, quod extraneus petit solui, vel fieri, quod nõ sibi, sed alij debetur, in quo ex diametro opposita regula est peti non posse. l. inuito. C. de solutio.

Verum dubitationem distinctione complector; quod si extraneus offerendo sortem, & reliqua solum desiderat suppressionem, & redemptionem census, valet oblatio, & statim ac ipso vere census extinctus est, & debitor in totum liberatus, quandiu consignans, vel offerens non reuocauerit oblationem, & consignationem, cum enim non sit acceptata à creditore, reuocari potest à consignante, iuxta resoluta per omnes in lege acceptam. C. de vsuris. Si vero extraneus offerens sortem, & reliqua contendat, sibi cedi à creditore iura, & actiones sibi competentes repelli debet, nec creditor cogi poterit illi cedere, & ratio differentiae est, quia in primo casu oblatio resoluitur in veram solutionem, & meram liberationem, ac proinde ad propositum debet adaptari iura superius producta, & eadem naturalis æquitas dicat, vt quilibet etiam debitorem census soluendo pro eo liberare possit: in secundo vero casu oblatio, aut consignatio, non tendit ad liberandum debitorem, sed ad comparandum debitorem, & ad comparandum sibi ius redditus, quod inuito debitore fieri, nequit argumentum textus in l. inuitum. C. de contrahend. emptio. & in l. nec emere. C. de iure

Liber Quartus

iure deliberan. facti text. in l. id quod nostrum est. ff. de regulis iuris. 3. quod etiam posthac obseruatum inueni, à Guillelmo Onciaco lib. 2. quæstionum Academicarum. quæst. 1. numer. 2. post Bald. consil. 190. volum. 5.

An autem cõpensatio impediatur cursum redditus annui, vide quæ scribit Ti raquel. de retractu linagier. §. 3. glos. 3. Quibus his de censibus Commentarijs exoptatum finem imponimus, ad lau-

dem, & gloriam Omnipotentis Dei, & intemeratæ Deiparæ Virginis Mariæ, & honorem Diuorum Hieronymi, & Feliciani, quos elegi patronos ab ineunte ætate: non enim multis implicati sollicitudinibus, ultra progredi potuimus. Pollicemur tamen expolituros, & amplificaturos decursu temporis. Compluti die Diui Lucæ, Anno millesimo quingentesimo nonagesimo.

LAVS DEO,

COMPLUTI:

Ex Officina Ioannis Gratiani, apud Viduam. Anno 1607,



INDEX GENERALIS OM- nium Capitulorum, quæ in quatuor Libris hu- ius primi voluminis de Censibus con- tinentur.

LIBER PRIMVS.



CAPVT Primum, an
census sit contractus
iuris gentium. fol.
12.

Caput secundum, an
census sit contractus
nominatus, vel in-

nominatus, fol. 20.

Caput tertium, an census sit contractus bonæ
fidei, vel stricti iuris, fol. 25.

Caput quartum, quid sit census, fol. 31.

Caput quintum, de usura, fol. 38.

Caput sextum, de pacto de retrovendendo,
eiusque iustitia, fol. 46.

Caput septimum, an contractus census sit li-
citus, fol. 51.

Caput octauum, de conditionibus necessarijs
ad iustitiam census, fol. 59.

Caput nonum, de proprio motu Pij Quinti,
& conditionibus in eo requisitis ad iusti-
tiam census, fol. 67.

Caput decimum, de quibusdam pactionibus,
quæ solent adijci contractui censuali, an
sit iustitia, fol. 75.

LIBER SECVNDVS
continens quæ necessaria sunt
in Censu creatione.

CAPVT Primum de precio census,
fol. 88.

Caput secundum, quæ persone valeant ad
censum obligari, fol. 102.

Caput tertium, in quibus rebus census con-
stitui valeat, fol. 108.

Caput quartum, de usufructuario, superficia-
rio, emphyteuta, vassallo, & alijs id ge-
nus, an valeant imponere censum, fol.
117.

Caput quintum, quo titulo possit census crea-
ri, fol. 122.

Caput sextum, & vltimum, an ex censu de-
beatur gabella, & in quo loco sit soluen-
da, fol. 133.

LIBER TERTIVS, de Censu progressu.

CAPVT Primum, qua actione census
petatur, fol. 137.

Caput secundum, de duobus reis debendi
in censu constitutis, fol. 143.

Caput tertium, de fideiussore in censu, fol.
149.

Caput quartum, de hypotheca in censu, fol.
152.

Caput quintum, qui potiores in pignore ha-
beantur, fol. 157.

Caput sextum, de recognitione, fol. 161.

LIBER QVARTVS.

CAPVT Vnicum, de redemptione cen-
sus, fol. 163.

INDEX



I N D E X S P E C I A L I S
 rerum omnium, quæ in hoc primo volumine
 commentariorum de Censibus continen-
 tur, ordine Alphabetico dis-
 positus.

A.



ACTIO Exterior supra
 interiorē non addit
 bonitatem, nec malitiā
 specie distinctam, lib.
 1. cap. 5. num. 12. ad fi-
 nem, fol. 42 col. 2.
 Actiones bonæ fidei, &
 stricti iuris quæ, lib. 1. cap. 3. num. 2. f. 25.
 col. 3.
 Actiones bonæ fidei quare sic dictæ. d. c. 3.
 n. 4 fol. 26. col. 1.
 Actionis nomen non est necesse exprimere
 in libello, lib. 1. c. 2 fol. 22. col. 1.
 Actionum formula olim dabantur à præto-
 re, lib. 1. c. 3. n. 3. fol. 25. col. 3.
 Amore capti an possint contractus celebra-
 re, lib. 2. cap. 2. n. 15. fol. 104. col. 1. & 2.
 Antinomias adhuc vigere in libris digesto-
 rum ostenditur in præmio, n. 14. fol. 5.
 col. 4. ad finem.
 Appellare an liceat à sententia lata in posses-
 sorio, lib. 3. c. 1. n. 11. fol. 242. col. 2.

B.

BALDVS conf. 177. vol. 3. communi-
 ter refertur in præmio, n. 17. f. 6. co. 4.

Bart. laudibus extollitur, lib. 1. ca. 1. n. 1. fol.
 12. col. 4.
 Beneficiorum fructus an possint censui sup-
 poni lib. 2. c. 3. n. 10. fol. 100. col. 3.
 Bona alia præter rem, in qua census consti-
 tuitur, nec specialiter, nec generaliter pos-
 sunt in censu obligari ex quorundam sen-
 tentia, sed contrarium verius esse defendi-
 tur, lib. 1. c. 8. n. 10. f. 63. col. 1. & 2.
 Bona monasteriorum, hospitalium, & con-
 fraternitatum, an possint censui subijci,
 lib. 2. c. 3. n. 11. f. 110. col. 4.
 Bona subiecta fideicommissi restitutioni &
 maioratui, an possint censui supponi, d. c.
 3. n. 15. 16. 17. & 18. fol. 111. col. 4 &
 fol. 112. col. 1. & 2.
 Bonæ fidei variæ acceptiones referuntur, lib.
 1. c. 3. f. 25. col. 2 & 3.
 Bonæ fidei actiones quæ sint, & quare dicantur
 bonæ fidei, d. c. 3. a n. 2. f. 25. col. 3. &
 4. & fol. 26. col. 1.
 Bonæ fidei contractus dolo facti sunt nulli
 ipso iure, secus autem contractus stricti
 iuris, lib. 1. c. 3. n. 8. f. 27. col. 2.
 Bonæ fidei actionum, & stricti iuris differē-
 tia locum habet etiam de iure canonico,
 lib. 1. c. 3. f. 30. col. 2.
 Bonis primogenij obligatis ex licentia Prin-
 cipis, ad illa distrahenda non est opus no-
 ua licentia, d. c. 3. n. 20. f. 112. co. 3.
 Bonis moribus quod dicatur esse contrarium
 lib. 1

I N D E X.

lib. 1. fol. 62. col. 4. numer. 9.

C.

CAPITE censiti vocabantur, qui nullo, aut perquam paruo are censebantur, in prooemio, n. 7. f. 2. ad finem, & f. 3. col. 1.

Caroli Molinei sententia improbat in prooemio, n. 7. fol. 2.

Casuum fortuitorum renunciatio generalis valet, lib. 1. c. 9. n. 13. f. 73. col. 4.

Censere verbum, significat esse in precio, & admiratione, lib. 1. cap. 1. num. 8. fol. 15. col. 3.

Censu i qui dicantur, & an differant ab his, quos Hispanie dicimus, Solariegos in dicto prooemio, n. 7. f. 3. pag. 1. col. 1 & 2.

Censiti serui, & ad scriptitij, idem prope modum sunt, vbi proxime.

Censualem rem vendens vt liberam, tenetur emptori, ad interessse, & puniri potest extraordinarie, in prooemio, num. 29. fol. 11. col. 4.

Censualis res potest alienari sine consensu veteris domini, dicto prooemio: n. 29. f. 11. col. 2.

Censualis contractus est de iure ciuili, lib. 1. c. 1. f. 19. col. 1.

Censuarius, quantannus per mille annos non soluerit, non cadit a iure suo, dicto prooemio, n. 17. f. 6. col. 3.

Censuarius reservatiuus dominium rei plenu habet, solumque tenetur personaliter ad soluendas pensiones annuas; dicto prooemio, n. 17. f. 7. col. 1.

Censui subijci potest res accepta in censum, lib. 2. c. 3. n. 35. f. 115. col. 3.

Census variae significatioes referuntur in prooemio, n. 3. f. 2. p. 1. 2. & 3.

Census nomen derivatur a verbo, Censeo, quod significat facultates aestimare, & in censum redigere. & ideo census significare solet descriptionem; & aestimationem patrimonij, vt tributum per solvatur, Hispanie, el padron, d encabeçamiento: in dicto prooemio, num. 4. fol. 2. pag. 1. vers.

primum ergo.

Census accipitur etiam pro libro, quo descriptio, & aestimatio patrimonij cuiuslibet continetur, vulgo appellato libro aestimi, eodem loco.

Census pro personarum descriptione solet usurpari, & propterea Magistratus, cui incumbat personas, & bonae singulorum describere, censor apud Romanos dicebatur, dicto prooemio, n. 5. f. 2. col. 3.

Census usurpatur pro tributo, & censitar appellatur magistratus, qui praeponebatur exigendis publicis tributis, dicto prooemio, n. 6. f. 2. pag. 2. col. 1. & 2.

Census, tributum, publica pensitatio, functio collatio, idem sunt, vbi proxime.

Census sumitur quandoque pro eo quod annuatim praestatur alicui, etiam inferiori a principe, quandoque in recognitionem subiectionis, quandoque ratione fundationis, seu ex alijs iustis causis; dicto prooemio, n. 8. f. 3. col. 2.

Census accipitur pro quodam contractu, quo res alicui conceditur, reservata veteri domino aliqua pensione annuatim per solvenda in recognitionem pristini dominij, dicto prooemio n. 9. f. 3. col. 3. & 4.

Census reservatiuus transfert vtrumque dominium, & utile, & directum, & in eo differt ab emphyteusi, dicto prooemio, n. 11. f. 3. col. 4.

Census accipitur pro contractu ita celebrari solito, vt accepto precio super re propria, vel persona, constituat quis alteri pensionem annuam perpetuam cum pacto de re trovendendo, vel sine d. prooemio, n. 30. f. 11. col. 4.

Census pecuniarij usus apud Hispanos non est multum antiquus, lib. 1. c. 1. f. 19. col. 1. & 2.

Census pecuniarius fuit incognitus iure ciuili Romanorum, f. 19. col. 3.

Census an sit contractus nominatus, vel innominatus, late differtur, lib. 1. c. 2. per totum a fol. 20.

Census contractus est. & in eo reperiuntur substantialia contractus, & nominatus quidem, f. 21. col. 4.

2 2 Census;

I N D E X.

- Census quia innominatus contractus est, ante implementum producit obligationem civilem, & naturalem, d. c. 2. f. 22. col. 2.
- Census, an sit ex contractibus, qui consensu fiunt, an ex contractibus, qui re contrahuntur, d. f. 22. col. 2. 3. & 4.
- Census, an sit contractus bonae fidei, vel stricti iuris, lib. 1. c. 3. n. 6. fol. 26. c. 4. & fol. 27. col. 1. & 2.
- Census dolo factus validus est, rescinditur tamen proposita actione, vel exceptione de dolo. d. f. 27. n. 8. col. 2.
- Census quid sit, late differitur, lib. 1. c. 4. per totum, f. 31.
- Census redimibilis nihil habet commune cum emphyteusi, lib. 1. cap. 4. n. 2. fol. 31. col. 2. & 3.
- C**ensus causat ius quoddam reale, quo perpetuo praedium tenetur ad praestationem pensionis annuae, lib. 1. c. 4. f. 32. col. 2.
- Census est contractus realis, & actio, qua oritur ex illo, est realis, & non personalis d. col. 2.
- Census perit re perempta, d. f. 32. col. 2. & 3. sed an sit verum, late disputatur.
- Census est contractus personalis, & realis, & in eo non solum res obligatur, sed & persona, d. f. 32. col. 3. & 4.
- Census non perit hypotheca perempta, dicto col. 4.
- Census vera diffinitio proponitur, d. c. 4. f. 35 col. 2. n. 8.
- Census vere contractus est, & vere emptio, & venditio, d. n. 8. & sequentibus.
- Census non contrahitur, ubi datur triticum, vel quodlibet aliud granum, oleum, merces, massa auri, vel argenti, d. c. 4. n. 10. f. 35. col. 4. ibique ostenditur, tunc redditus esse imputandos in sortem principalem.
- Census non perit re euiecta, d. c. 4. n. 13. f. 37. contra Sarmiento.
- Census qualiter differat a mutuo, d. f. 37. n. 14.
- Census variae species referuntur, dicto cap. 4. fol. 37. num. 15. col. 4. & fol. 38. col. 1. & 2.
- Census, contractum esse licitum multis ostenditur, lib. 1. c. 7. per totum fol. 51.
- Census celebratus sub hac conditione, quod nisi redimatur intra decennium, maneat irredimibilis, an sit iustus, d. c. 7. n. 5. fol. 54. col. 3. & 4. & 9. 10. 11. 12. & 13.
- Census adiecto pacto, quod venditor teneatur non redimere censum intra decem annos, & illis transactis possit redimere, an sit iustus, fol. 55. col. 1. vers. secunda est, & col. 3. & 4.
- Census iustus non est, ubi actum est, ut maiori precio redemptio fiat, fol. 56. col. 1.
- Census temporarius, an sit licitus, fol. 56. col. 4. n. 18. & f. 57. & 58.
- Census ad vitam, an sit iustus, d. f. 58. col. 1. 2. 3. & 4.
- Census, an possit in sola persona consistere, c. 8. n. 3. 4. & f. 59. col. 4. & f. 60. col. 1. & sequentibus.
- Census non potest creari ex quantitate antea debita, lib. 1. d. c. 8. n. 13. f. 63. col. 4.
- Census creatus pecunia non praesenti, est nullus in conscientia, & redditus sunt imputandi in sortem principalem, d. c. 8. n. 14. f. 64.
- Census instrumentum, in quo tabellio non praebet fidem de actuali precij numeratione, nullum est, d. c. 8. n. 15.
- Census an possit in partes redimi, non obstante pacto contraria, d. c. 8. n. 16. & seq. f. 65.
- Census an pereat pereuntibus praedijs, d. c. 8. n. 19. f. 69.
- Census constitutus minus iusto precio, an sit validus, vel nullus, late differitur, lib. 1. c. 9. a. n. 12. f. 72.
- Census non est, ubi res datur certo precio in censum redimibilem emphyteuticum, sed emptio, & venditio rei cum pacto legis curabit. C. de actio. empti. lib. 1. c. 10. n. 16. f. 82.
- Census redimibilis constitutus minori precio, quam ad rationem unius pro quatuor decim, nullus est omnino, & redditus percepti sunt imputandi in sortem principalem, lib. 2. e. 1. n. 23. f. 93.
- Census redimibilis iniusto precio creati reductioni nulla potest obstare praescriptio,

I N D E X

rio, nec sententia, d. c. 1. n. 24 & sequentibus.
 fol. 91. col. 4.
 Censuræ emphyteuticæ redimibilis an possit
 constitui minori precio, quam ad rationem
 unius pro quatuordecim. d. c. 1. n. 35. &
 sequentibus, ubi agitur, an is contractus
 sit census. fol. 96.
 Censuræ iam creatus an possit emi minori pre-
 tio, quam ad rationem unius pro quatuor
 decim, d. c. 1. n. 43. & sequentibus. f. 99.
 Censuræ constitui non potest in rebus, quæ in
 nullius bonis sunt, lib. 2. c. 3. n. 1. fol. 108.
 col. 2.
 Censuræ non potest constitui in his, quæ iure
 naturali omnium sunt communia, neque
 in his, quæ publica sunt. ibid.
 Censuræ an sit servitus, vel hypotheca, d. li. 2.
 c. 3. n. 21. fol. 112.
 Censuræ an possit super censibus constitui, d. c.
 1. n. 32. fol. 115.
 Censuræ an referatur inter bona immobilia, d.
 c. 3. n. 33. & 34.
 Censuræ imponi potest in annonis publicis,
 alijsq; iuribus similibus, d. c. 3. n. 36.
 Censuræ an valeat imponi super molendinis,
 d. c. 3. n. 37. fol. 116.
 Censuræ imponi potest super arboribus solo af-
 fixis, & an super navibus, d. c. 2. n. 38. & 40.
 Censuræ an possit creari titulo legati, lib. 2. c.
 5. n. 2. fo. 122. col. 4. ad finem.
 Censuræ in dubio potius iudicatur redimibi-
 lis, quam irredimibilis, d. c. 5. n. 25.
 Clausula de non alienando apposta in instru-
 mento operatur, ut executio locum habeat
 adversus tertium possessorem hypothecæ,
 lib. 3. c. 4. n. 6. & 7. f. 152. col. 4.
 Clausula autem de non alienando debet esse
 generalis, & non limitata ad certas perso-
 nas, ibidem n. 8.
 Commissi pœna an valeat in censu, lib. 1. c.
 10. a n. 1. usque ad n. 17. f. 82. col. 4.
 Commissi pœna si non sit appositum in ins-
 trumento, debet intelligi omissum, d. c. 10.
 n. 17.
 Commissi pœna non habet locum, nisi domi-
 no volente, declarante, & petente, in proce-
 mio, n. 22. fol. 8. col. 4.
 Commissi pœna cessat domino petente pensio

nes, ibidem.
 Commissi pœna an locum habeat in censu re-
 servatiuo ex partium conventionem expres-
 sa, d. procmio n. 23. fo. 9. col. 1. & 2. usq;
 ad n. 26.
 Commissi pœna propter iuramentum locum
 habet in censu reservatiuo, d. procmio. n.
 26. fol. 9. col. 4. Et idem in emphyteusi an-
 te lapsum biennij, vel triennij, ubi proxi-
 mè, quod an sit verum, latè ibi discutitur
 usq; ad n. 28.
 Communis rerum possessio qualiter dicatur
 esse de iure naturali, lib. 1. c. 1. fol. 14. col.
 4. & fo. 15. col. 1. & 2.
 Condiciones necessariae ad iustitiam census,
 referuntur, li. 1. c. 8. per totum. fo. 59.
 Conductor loci publici habet utilem in rem
 actionem in procmio, n. 13. f. 4. col. 3.
 Confessio, quod quis animo & corde deli-
 quit, an præiudicet in foro exteriori, lib.
 1. c. 5. n. 6. fo. 40. col. 2. & 3.
 Constituens se soluturum pro alio, fideiusso-
 ris loco est, li. 3. c. 3. n. 7. f. 150. col. 3.
 Contractus stipulationis, acceptilationis, &
 ditionis dotis, sunt de iure civili, lib. 1. c.
 1. fol. 18. col. 3.
 Contractus an sint de iure gentium, latè dis-
 feritur, lib. 1. c. 1. a n. 10. f. 16. col. 3.
 Contractus certi, ut sponsalitia, largitas, em-
 phyteusis, & literarum obligatio, sunt de
 iure civili, ibid. & fo. 17. col. 1.
 Contractus in dubio an iudicandus sit cen-
 sualis, an emphyteuticus, remissive in
 procmio, n. 11. ad finem. fo. 3. col. 4.
 Contractus nominatus quis sit, & quis in-
 nominatus, lib. 1. c. 2. fo. 20. col. 2.
 Contractus inter nominatos, & innomina-
 tos, nulla est differentia inspecto iure na-
 turæ, & gentium, & quod nominati no-
 men habeant, & innominati illo careant,
 procedere de iure civili, d. fol. 20. col. 3. n.
 2. quod an sit verum, resolvitur ibidem, n.
 4. & 5. fol. 21. col. 2. & 3.
 Contractus diffinitio proponitur, & declara-
 tur, d. fol. 21. col. 4.
 Contractus nominati ante implementum pro-
 ducunt obligationem naturalem, & civil-
 lem, innominati verò non utique, d. c. 2.
 fol. 22.

I N D E X.

- fol. 22. col. 1.
- Contractus innominati an ante implementum producant obligationem naturalem, ibidem, & col. 2.
- Contractus innominati iure Regio Hispano ante implementum non producant aliquam obligationem, fol. 22. col. 1.
- Contractus innominati differunt etiã in eo à nominatis, quod in innominatis est locus pœnitentia ante implementum, secus vero in contractibus nominatis, idque iure civili, canonico, & regio, fol. 23. col. 1. & 2.
- Contractus innominatos ante implementum admittere pœnitentiam, nominatos vero minime, an sit solum de iure humano, an etiam de iure naturali, lib. 1. c. 2. f. 23. col. 3. & 4. & f. 24. col. 1. & 2.
- Contractus & pacta sunt actus humani, & propterea subsunt, & subijciuntur humane legis potestati, d. c. 2. f. 24. col. 1.
- Contractus innominati metu celebrati ipso iure non valent, c. 2. f. 25. col. 1.
- Contractuum quædam sunt substantialia, quædam naturalia, & quædam accidentalia, li. 1. c. 10. n. 22. f. 84. col. 4.
- Contractuum accidentalia pacto tolli possunt, substantialia non utique: naturalia vero si origini contractus coniunguntur, etiã non possunt pacto tolli, d. c. 10. n. 23.
- Conuentio desolueda certa quantitate annua, quandiu non soluitur dos, iniri potest ad rationem vnius pro quatuor decim, duodecim, vel undecim, lib. 2. c. 5. n. 19. 21. & 22. f. 119. col. 3.
- Creditor pignoris quasi dominium habet, & ideo utilem rei vendicationem, in proœmio, n. 25. f. 6. col. 1.
- Creditor in censu non potest percipere redditum annuum, ex re ipsa, vel eius redditus alium redditum ad rationem vnius pro quatuor decim, lib. 1. c. 3. n. 10. f. 27. col. 3.
- Creditor, qui rei executata possessionem accepit, ex recepta praxi rem cum fructibus restituit, soluta sibi sorte principali cum usuris ad rationem vnius pro quatuor decim, lib. 1. c. 3. n. 10. f. 28. col. 1.
- Creditor, qui in exigendis reuocatis fecit impensas, illas solum repetere potest, lib. 1. c. 9. n. 16. f. 74. col. 4.
- Creditor, qui via ordinaria conuenit vnam ex pluribus reis debendi, eundem libere poterit conuenire via executiua, licet coram alio iudice, lib. 3. cap. 2. num. 9. fol. 145. col. 1.
- Creditoris sola confessio de recepto, an sufficiat, ut fideiussor conuenire possit debitorem principalem, lib. 3. c. 3. num. 8. f. 150. col. 4.
- Creditor potest omisso fundi tertio possessore agere aduersus debitorem principalem, vel eius heredes, etiam si nihil possideant, lib. 3. c. 4. n. 8. f. 153. col. 1. vers. Quinto inferitur.
- Creditores plures si concurrant, quorum vnus habet solam actionem personalem, & alter habet hypothecam, præferri debet habens hypothecam, licet alter sit prior tẽpore, & privilegiatam actionem habeat, lib. 3. c. 5. n. 4. f. 157. col. 2.
- Creditor prior habens tacitam hypothecam præfertur habenti expressam posteriorem d. c. 5. n. 8. & ibi, n. 9. differitur, an id procedat, vbi tacita hypotheca solum probatur testibus.
- Creditor prior præfertur fisco, & reipublice posteriori, quinimo Imperatori, & Regi, d. c. 5. n. 12.
- Creditor prior præfertur posteriori, etiam si secundus creditor conuenit de vendenda hypotheca, vel pignore, & prior non, d. c. 5. n. 14. f. 159.
- Creditor prior præfertur posteriori, etiam si res hypothecata tradita fuerit posteriori, d. c. 5. n. 15.
- Creditor vt præferatur, sufficit solius hore prioritas, d. c. 5. n. 16.
- Creditor prior reuocare, & condicere potest pecuniam solutam creditori posteriori, etiam bona fide consumptam, d. c. 5. num. 17.
- Creditor prior præfertur non solum pro debito principali, sed etiam pro omnibus accessionibus, d. c. 5. n. 18.
- Creditor prior indiem, vel sub conditione, potior

I N D E X

tior est creditore posteriore, cui ante dici, vel conditionis euentum fuit constituta hypotheca pro debito puro, d. c. 5. n. 19. & n. 21. f. 16.

Creditor prior praefertur in mercibus postea venditis a mercatore habita fide de precio, d. c. 5. n. 22.

Creditor posterior habens instrumentum de actuali numeratione, an praefertur creditori priori fundanti suum creditum in sola confessione, d. c. 5. n. 23.

Creditor prior ex titulo lucratiuo praefertur posteriori ex titulo oneroso, d. c. 5. n. 24.

D.

Datione in solutum an possit census constitui latissime agitur, lib. 2. c. 5. n. 17. f. 127. col. 2. Vbi agitur, an precij praesentia contemporanea formationi contractus requiratur ad iustitiam census.

Debitor in casu nullomodo cogi potest ad redimendum & contraria conditio iniusta est, lib. 1. c. 8. n. 18. f. 66. col. 1.

Debitor, si nominauerit sibi creditores, & vnus creditor, qui habet alios obligatos in solidum, instrumentum debiti praesentauerit, & sententia quartum, vel quintum locum obtinuerit, nihilominus poterit agere contra alios coereos, quousque sibi solvatur, lib. 3. c. 2. f. 145. col. 1.

Debitum personale an possit praescribi cum mala fide & an valeant leges Regiae permitrentes eam praescriptionem, lib. 2. cap. 1. n. 31. f. 94. col. 4.

Depositarius, si utatur re deposita, tenetur ad usuras, etiam iure canonico, lib. 1. c. 3. n. 13. f. 28. col. 4.

Descriptio Romae solebat fieri ciuium, & personarum, ad distinguendos status, secundum quam munera belli, & pacis, eiues ipsi, equites, & pedites subirent, in proemio, n. 5. f. 2. pag. 2. col. 1.

Didaci de Couarr. opinio improbat, lib. 1. c. 3. f. 29. col. 1. & 2.

Docteur Sabugum Auctoris praceptor refertur, & commendatur in proemio, num.

10. fol. 3. col. 3.

Docteur Didacus de Vera autor illustris, & primarius professor iuris canonici in florentissima Academia Salmanticensi, refertur, & laudatur, lib. 1. c. 2. n. 4. fol. 21. col. 1.

Dolus dans causam contractui bonae fidei, illud omnino vitiat, lib. 1. c. 3. n. 8. f. 27. col. 2. secus vero in contractibus stricti iuris, ibidem.

Dominium an sit vnicum, vel duplex, late differitur in proemio, n. 12. f. 4. col. 1. 2. & 3. ibique defenditur communis partitio dominij in vtile, & directum.

Dominium vtile, & vtilis actio conuertitur, ibid.

Dominium in terminis iuris naturalis an transeat ex solo consensu, & nuda conuentione, f. 23. col. 3. & f. 24. col. 3. & 4.

Dominium rei supposita censui non transit in creditorem, sed manet penes debitorem, lib. 1. c. 4. f. 31. col. 4. & f. 33. col. 1.

Dominus Ferdinandus de Mendoza ab Auctore refertur, & commendatur, lib. 1. c. 1. f. 13. col. 2.

Domini Ferdinandi de Mendoza sententia rejicitur, lib. 1. c. 2. f. 23. col. 3. & 4. & f. 24. col. etiam 2. 3. & 4.

Donatione an possit census constitui, lib. 2. c. 5. n. 10. fol. 124. col. 4.

Donatio olim rei traditione, hodie vero solo consensu perficitur, lib. 2. c. 2.

Dotis titulo an valeat census creari, d. cap. 5. num. 18. fol. 127.

E.

Ebrj actus an valeant, lib. 2. c. 2. n. 16. f. 104. col. 2.

Ecclesia an restituatur aduersus lucrum, lib. 1. c. 3. f. 30. col. 2.

Ecclesia non soluens pensionem, non cadit a iure suo in proemio, n. 22. f. 8. col. 3. sed an sit verum, ibi disputatur, col. 4.

Ecclesia non tenetur ex contractu censuali, nisi creditor probet pecuniam fuisse versam in vtilitatem Ecclesiae, idque etiam

obtinere in republica & ciuitate, c. 2. c. 3. n. 9. f. 110.

Ecclesia potest irritare matrimonium, quia matrimonium est actus humanus, lib. 1. c. 24. col. 1.

Ecclesiarum bona an possint censui supponi, lib. 2. c. 3. n. 7.

Ecclesia prauidicium fit ex delicto praelati, quod consistit in omittendo, in proemio, f. 8. col. 4.

Emphyteusis in eo differt a censu reservatiuo, quod in emphyteusi solum transferitur uile dominium, in censu uero utrumque, & uile, & directum, in proemio, n. 11. f. 3. col. 4.

Emphyteusis est contractus de iure civili, lib. 1. c. 1. fol. 18. col. 3.

Emphyteusis est contractus stricti iuris, lib. 1. c. 3. n. 6. f. 26. col. 4.

Emphyteuta non soluens triennio pensionem domino directo, cadit a iure suo in proemio, n. 17. f. 6. col. 3.

Emphyteuta cessans a solutione canonis facienda Ecclesiae biennio, cadit a iure suo d. n. 17.

Emphyteuta an possit in emphyteusi censum constituere, & an feudatarius in feudo, lib. 2. c. 4. n. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.

Emphyteutica res an sit hypothecata pro solutione canonis, disputatur, & resoluitur affirmatiue, d. proemio, n. 19. f. 7. col. 1. 2. 3. & 4.

Emphyteutica res non potest alienari irrequisito domino directo, d. proemio, n. 27. fol. 11. col. 2.

Executio competit pro redditibus decursis in re Regio, si debeantur ex publico instrumento gaurentigio, lib. 1. c. 1. n. 3. f. 138. col. 1.

Executionem paratam an habeant iure Regio instrumenta publica, quae non habent clausulam gaurentigiam, d. c. 1. n. 4.

Executionem an habeat paratam testamentum pro legatis, ibid. n. 6.

Executiva via iure communi redditus ex censu non possunt exigi, etiamsi debeantur ex publico instrumento, d. c. 1. n. 2.

Extravagantes varia de censibus referuntur,

lib. 1. c. 1. f. 19. col. 2.

Extravagantes insertae in corpore iuris communis habentur, legis generatis, d. f. 19.

F.

FEVDA M Est contractus de iure civili, c. 1. f. 29. col. 1.

Fideiussor obligatione prior licet solutione posterior, praesertim creditoribus reliquis post contractam fideiussionem, lib. 3. c. 5. n. 20. f. 160.

Fideiussor an possit interuenire in contractu censuali, ut perpetuo conueniri possit pro redditibus de cursis, lib. 1. c. 4. f. 32. col. 2. & sequentibus.

Fideiussor non potest accedere, nisi actioni personali, d. col. 2.

Fideiussor accedere potest omni contractui, & omni obligationi, d. f. 32. col. 3.

Fideiussor in censu manet obligatus pro ipsis redditibus, d. f. 32. col. 2. & 3.

Fideiussor in censu etiam re perempta manet obligatus, f. 35. col. 2.

Fideiussor non conuenitur non excusso debitore principali, qui praesens, & soluendo est, lib. 3. c. 3. n. 1. f. 149. col. 3.

Fideiussor, qui renunciavit beneficio excussus, conuenitur non excusso debitore principali, d. c. 3. n. 2.

Fideiussor si se obliget ut principalis, y haziendo de deuda agena, suya propria, conueniri potest non excusso debitore principali, d. c. 3. n. 3.

Fideiussor qua actione repetat solutum a debitore principali, d. c. 3. n. 4.

Fideiussor, cui creditor cessit actiones, gaudet iure, & privilegio creditoris, d. c. 3. n. 5. & 6.

Fideiussor, qui ex contractu censuali dia fuit in obligatione, an debitorem urgere possit ut eum eximat ab obligatione, dicto. cap. 3. n. 9.

Fidus de precio non potest haberi in censu, & ideo in censu est necessaria actualis praesentia, & numeratio praecij, lib. 1. cap. 8. num. 12.

I N D E X.

Filius sanctus an obligetur ex contractu censuali, lib. 2. c. 2. n. 21.
 Fiscus an in bonis post hypothecam quaesitis preferatur priori creditori, lib. 3. c. 5. n. 13. f. 158.
 Francisci Sarmienti opinio improbat in proemio, n. 18. f. 7. col. 1.
 Franciscus Hotomanus rejicitur, lib. 1. c. 2. n. 3. f. 21. col. 1.
 Fructus in censu non vendi ostenditur, in li. 1. c. 4. f. 34. col. 2. & seq. & ideo non esse necesse ut pensio correspondeat fructibus.
 Fructus pendentes computantur inter bona immobilia, lib. 2. c. 39.
 Furiosus, an possit censum celebrare, lib. 2. c. 2. n. 12. ubi tractatur etiam, an mente captus, sub stupidus, vel fatuus, possint in censu obligari, n. 13. & 14.
 Furtum est prohibitum lege naturali, lib. 1. c. 1. f. 14. col. 4.
 Furtum quid sit, ibidem.

G.

GABELLA Debetur ex censu, lib. 2. c. 6. n. 1. f. 133. col. 3.
 Gabella non debetur ex redemptione census, d. c. 6. n. 3.
 Gabella an debeat ex cessione census, ibid. num. 4.
 Gabella non debetur ex cessione census, quae fit loco precij alterius rei, d. c. 6. n. 6. & 7.
 Gabella odiosa est, & ideo restringenda, ibidem. n. 8.
 Gabella non debetur ex venditione praedij cum onere census respectu ipsius oneris, d. c. 6. n. 11.
 Gabella ex censu quo in loco debeat, d. c. 6. n. 12.
 Gabellam non soluit Clericus in sacris, vel habens beneficium Ecclesiasticum, vel deputatus alicui scholae, aut seminario Clericorum, d. c. 6. n. 13. & 14.
 Gabellam non debet Ecclesia, Monasterium, Hospitale, & similia, d. c. 6. n. 16.
 Gabellam an debeant scholastici, Licentiati, aut Doctores, ibid. n. 18.

Gabellam debet Clericus negotiator, ibidem. n. 19. & 20.
 Gabella onus iure Regio spectat ad emptorem, d. c. 6. n. 2.
 Gener percipiens fructus ex fundo sibi dato in pignus, quousque sibi dos solvatur, lucrificat illos ultra sortem principalem. & ibi de interpretatione text. in c. salubriter de Usuris, lib. 2. cap. 5. num. 20. f. 129. col. 3.
 Gener in ea specie cedere potest in suum alteri, d. cap. 5. numer. 23.

H.

HAERES Bona fidei an possit prescribere debitum personale, lib. 2. c. 1. n. 32. f. 95.
 Hypotheca contrahitur, ubicunque ex praedio solvenda pensio annua est in proemio, n. 18. f. 7. col. 2.
 Hypotheca tacita locum habere non potest, nisi inducatur a lege, d. proemio, n. 18. f. 7. col. 4.
 Hypotheca contrahitur, cum ratione rei certa annuum aliquod persolvitur, d. proemio, n. 21. f. 8. col. 2.
 Hypotheca in inducenda non respicitur verborum conceptio, d. col. 2.
 Hypotheca solo consensu contrahitur, lib. 1. c. 2. f. 22. col. 3.
 Hypotheca a principio non potest constitui, nisi praecedat obligatio personalis, lib. 3. c. 4. n. 3. f. 152. col. 2.
 Hypotheca ex post facto vivere, & conservari potest absque actione personali, idque etiam procedit in censu, d. c. 4. n. 4.
 Hypotheca censualis in aliquibus differt ab alijs hypothecis, d. c. 4. n. 9. f. 153.
 Hypothecaria agere potest mulier prodote aduersus tertios possessores bonorum mariti, non excusso marito, quod etiam obtinet in fisco, d. c. 4. n. 10.
 Hypothecarum plures possessores an possint conveniri in solidum, d. c. 4. n. 11.
 Hypothecariae actioni qualiter praescribatur per tertium possessorem, & a quo tempore
a 5 incipiat

I N D E X.

- incipit ea prescripti, d. c. 4. n. 12. f. 154.
 Hypothecata vna, & eadem re pluribus simul, concurrunt omnes in hypotheca, lib. 3. c. 5. n. 5. f. 157.
 In hypotheca, & pignore, prior, est potior, in iure, non solum agendo, sed excipiendo, vel replicando, d. c. 5. n. 6. & 7.
 Hypotheca prior presertur posteriori, etiam in pretorijs pignoribus, & etiã si prima sit generalis, & secunda specialis, d. c. 5. n. 11. f. 158.
 Hypothecæ, vel seruitutis rationem ansubeant res censui suppositæ, lib. 3. c. 4. n. 1. & 2. f. 152.
 Hypothecæ censualiscum alijs hypothecis aliq̃ similitudines referuntur, d. cap. 4. a principio vsque ad n. 16.

I.

- I** NSTRUMENTVM Censuale an possit executioni mandari pendente lite super reductione, vel moderatione census, lib. 2. c. 1. n. 34. f. 96. col. 1.
 Ioannis Corrafi interpretatio reijcitur in proœmio, n. 14. f. 5. col. 2.
 Iuramentum habet paratam executionem in proœmio, n. 26. f. 9. col. 4.
 Iuramentũ actus nullos facit validos, & reuocabiles irreuocabiles d. n. 26. f. 10. col. 1.
 Iuramentum sequitur naturam actus, cui apponitur, d. proœmio n. 27. & 28. f. 10. col. 2. 3. & 4. & fol. 11. col. 1. vbi qualiter intelligatur, late differitur.
 Iuramentum sequitur omnes conditiones, & proprietates actui conuenientes intrinsece, & de natura sua, d. n. 27. f. 10. col. 3.
 Iuramentum substãciam, seu naturam actus non alterat, nec immutat, nõ ampliat, nec extendit, ibidem.
 Iuramentum facit valere actum meliori modo, quo potest, & operatur, ne sit necessaria denunciatio litis motæ scienti illam, & habet vim clausulæ, rato manente pacto, & impedit tacitam renunciationem interesse, quæ consurgit ex receptione sortis, ibidem.

- Iuramentum operatur exclusionem compensationis, d. n. 27. f. 10. col. 4.
 Iuramentum adiectam sponsalibus de futuro, sponsa turpiter viuente non obligat, d. n. 28.
 Iuramentum de soluenda pecunia non excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ, ibidem.
 Iuramentum non confirmat matrimonium mutuum factum, d. n. 28. f. 11. col. 1.
 Iuramentum non facit testamentum irrenouabile, ibidem.
 Iuramentum meticulousum ante absolutionem obligat in conscientia, lib. 1. cap. 1. fol. 17. col. 4.
 Iuris gentium vt aliquid esse dicatur, approbatione requiritur vsus eius ab omnibus gentibus recipi & vnanimiter approbari, lib. 1. c. 1. f. 19. col. 1.
 Ius gentium an sit duplex, vel vnicum, late differitur, lib. 1. c. 1. n. 1. & sequentibus, fol. 12.
 Ius gentium vnum est primæum, quodque naturale dicitur, quia illud constituit naturalis ratio inter homines, alterum secundarium, quod a gentibus, & proprijs constitutionibus factum est, lib. 1. c. 1. n. 1. & 2. f. 12. col. 4.
 Ius gentium primæum dicitur etiam ius naturale rationale, quia proprium est rationalis creature, imo & ius diuinum dicitur, vbi proxime, & f. 13. col. 1.
 Ius gentium secundarium est positium, & humanum, d. f. 13. col. 2.
 Ius gentium non omne deriuatur a iure naturali per necessariam consequentiam, lib. 1. c. 1. f. 16. col. 2.
 Ius naturale est duplex, vnum positium, & alterum negatiuum, positium per legem humanam non derogatur, negatiuum autem sic, lib. 1. f. 15. col. 2.

L.

- L** AURENTII Valle mordacitas refertur lib. 1. c. 1. n. 8. d. f. 15. col. 3.
 Legato reddito annuo super certo fundo, an ille

I N D E X.

- ille fundus sit hypothecatus pro illo, lib. 2. c. 5. n. 7. f. 123. col. 4.
- Legatum annua quantitatis an valeat, quando principale exigi non potest, & an valeat, quando fors, & redditus semper exigipotest, d. c. 5. n. 3. 4. & 5. f. 123. col. 1.
- Legem humanam non receptam transgrediens non peccat, lib. 1. c. 9. n. 3. f. 70. col. 1.
- Leges a Deo datae hominibus dupliciter fuerunt, aut mediante lumine naturali, & dicuntur diuinae naturales, aut per mediae reuelationem, & haec sunt diuinae positivae lib. 1. c. 1. n. 3. f. 13. col. 1.
- Leges diuinae positivae sunt in duplici differentia, quandam enim Deus populo Israelitico constituit, & quandam Christus postea condidit, quae lex gratiae, & Evangelica dicitur, ubi proxime.
- Leges humanae non obligant in conscientia, nisi fuerint moribus receptae, lib. 1. c. 9. n. 2. f. 67.
- Legis naturalis prohibitioni, aut praeccepto per legem inferiorem non potest derogari permissio autem potest, lib. 1. c. 1. f. 14.
- Legis naturalis mutatio quotiescunque contingit, fit per modum subtraehentis, ut scilicet aliquid desinat esse de lege naturali, quod prius fuerat secundum legem naturalem f. 23. col. 4.
- Lex diuina & naturalis quaedam dicitur ut debita, quaedam ut utilia, quaedam ut expedientia, lib. 1. c. 1. f. 14. col. 2.
- Lex humana an ex causa possit distinguere, & limitare legem diuinam, & naturalem, ibid. & ibi resoluitur contra communem non posse.
- Lex humana in his, quae naturalis dicitur ut debita, non potest facere de licito illicitum, & e converso, ibidem.
- Lex humana in his, quae naturalis dicitur ut utilia, aut expedientia, statuere potest aduersus legem diuinam, & naturalem, ibid.
- Lex humana efficere potest ut haec pacte, illius contractus non seruentur, lib. 1. c. 2. f. 24. col. 1.
- Lex humana potest contractui a principio resistere, & sic impediri nasci ex illo obligationem naturalem, ibidem.
- Lex omnis iusta a lege naturae derivatur, lib. 1. c. 2. f. 23. col. 3.
- Lex naturalis non potest mutari, nedum quantum ad prima, & generalissima principia, & conclusiones ex illis immediate procedentes, sed etiam quatenus ad conclusiones collectas per mediatam consequentiam, d. f. 23. col. 4.
- Lex naturalis cessare potest ob aliquam circumstantiam, sed id non est proprie lege naturalem mutari, d. f. 23. col. 4.
- Lex nulla aduersus legem naturalem vim, & auctoritatem habere potest, lib. 1. c. 1. f. 14. col. 1.
- Lex, vel statutum disponens, ut debitore existente moroso bona ipsius distrahantur, & ex eorum precio creditori fors cum redditibus decursis integre restituatur, valet, lib. 1. c. 10. n. 18. f. 83. col. 1.
- Licentia concessa a principe ad constituendos redditus annuos super bonis maioratus, & eorum suppositio ita demum locum habet, si bona libera deficient, lib. 2. c. 3. n. 19. f. 112. col. 2.
- Libellarius potest in libello censum constituere, lib. 2. c. 4. n. 24. f. 122. col. 1.
- Libellus est contractus de iure civili, lib. 1. c. 1. f. 19. col. 1.
- Libellus quid sit, lib. 2. c. 3. n. 23. & an differat ab emphyteusi, n. 25.
- Liber homo an possit dari in pignus, f. 60. col. 2. & f. 62. col. 2. n. 8.
- Liber homo an possit suas operas locare in perpetuum, f. 61. col. 2. n. 5.
- Libertate priuari est contra legem naturalem, fol. 60. col. 2. & seq. quod an sit verum, declaratur inferius, fol. 62. col. 3. & 4.
- Lucrum cessans non est, nec iudicari debet quod creditor potuerit dare pecuniam ad censum, lib. 2. capit. 5. num. 14. fol. 125. col. 3.
- Lumine naturali illustrata mens humana, cognoscit bonum esse amplectendum, & malum fugiendum, lib. 1. cap. 1. num. 3. fol. 13. column. 1.

I N D E X.

M.

- M**ANDATARIUS, Qui pecunijs exactis usus est, tenetur ad usuras, etiam iure canonico, lib. 1. c. 3. n. 13. f. 28. col. 4.
- Maritus an in bonis dotalibus possit censum constituere, lib. 2. cap. 3. n. 12. 13. & 14. fol. 111.
- Matrimonium ex natura rei dirimit sponsalia de futuro antea contracta, lib. 1. c. 2. f. 24. col. 4. & f. 25. col. 1.
- Metum inferens non habet in foro conscientie iustam retentionem, lib. 1. c. 1. f. 18. col. 1. ad finem.
- Minor an possit obligari in censu, lib. 2. c. 2. n. 2. & sequentibus, ubi minoris aetatis varia tempora referuntur, f. 102.
- Minor in contractu censuali non tenetur probare pecuniam fuisse conversam in eius utilitatem, d. c. 2. n. 6.
- Minor restituitur aduersus censum redimibilem comparatum ad rationem unius pro quindecim viginti, vel triginta, ut reducatur ad precium ordinarium, lib. 1. c. 3. f. 30. col. 1.
- Minor restituitur ad lucrum, d. f. 30. col. 2.
- Minor restituitur, si post licitationem in publica subhastatione alius plus offerat, d. f. 30. col. 2.
- Minor non restituitur aduersus censum redimibilem a praedecessore comparatum ad rationem unius pro quindecim, viginti quinque, vel triginta, d. f. 30. col. 3.
- Mulier luxuriosa an interdicti possit administratio bonorum, lib. 2. c. 2. n. 19. f. 105. col. 1.
- Mulier coniugata an sine licentia mariti obligari possit ad censum, lib. 2. c. 2. n. 23. f. 106. col. 1.
- Mutus an possit contrahere, d. c. 2. n. 20.

N.

- N**ATURALITER Obligari promittentem, & recipientem non habe-

re iustam retentionem, compatibile est, lib. 1. c. 1. f. 18. col. 2.

Nomen a contrahentibus inditum contractui quando attendatur, lib. 1. c. 4. n. 10. f. 35. col. 4. & f. 36. col. 1.

Novitates omnes sunt suspectae, & nouedades dichas quasi non veritates, lib. 1. c. 2. num. 4. fol. 21. col. 1.

O.

- O**BLATIO Sortis, & reddituum facta creditori congruo loco, & tempore, vim habet redemptionis, lib. 4. c. unico n. 1. f. 163. col. 4.
- Oblatio, & consignatio debet fieri simul cum redditibus decursis pro rata temporis, d. c. unico n. 2.
- Oblatio an possit fieri tutori, vel curatori, ibi dem. n. 3.
- Obligatio civilis non potest esse absque naturali, lib. 1. c. 1. f. 17. col. 2.
- Obligatio naturalis nascitur ex contractu meticulouso, in eo est civilis, d. fol. 17. col. 2. num. 12.
- Obligatio naturalis nascitur ex promissione ob turpem causam, d. f. 17. col. 3.
- Obligatio naturalis & conscientia eadem est, d. f. 17. col. 4.
- Obligatio procedens tollitur pacto de non petendo, aut acceptilatione metu celebratis d. col. 4.
- Obligatis pluribus rebus in solidum creditor potest aduersus quemlibet ex pluribus earundem rerum possessoribus in solidum agere, lib. 3. c. 2. n. 3. f. 113. col. 3.
- Officia publica an possint censui supponi, lib. 2. c. 3. n. 23. f. 114. & n. 31. f. 115.
- Officia publica non habentia iustitiae administrationem, vendi possunt per Marchiones, Duces, Comites, vel alios dominos inferiores a Principe, d. c. 3. n. 26.
- Officia publica non habentia administrationem iustitiae, vendi possunt a privata persona privata personae, d. c. 3. n. 27.
- Officia publica non habentia administrationem iustitiae imputatur in legitimam, & adquisita

I N D E X.

adquisita matrimonio constante diuidun-
tur inter maritum & uxorem, & possunt
specialiter hypothecari, & incluuntur
in generali hypotheca bonorum, d. c. 3. n.
27. 28. 29. & 30.

P.

PACTA, quæ vitiant censum, & quæ
non, referuntur, lib. 1. c. 10. n. 28. & 29.
fol. 86.

Pactio an sit iniusta, illicita, an usuria, mul-
tum interest, lib. 1. c. 7. f. 54. col. 4. n. 6.

Pactio legis commissorie, vel additionis in
diem, de iudicio rei venditæ retrans-
fertur in venditorem absque noua traditio-
ne, lib. 1. c. 6. n. 3. f. 46. col. 3. & 4. & fol.
47. col. 1.

Pactio de retinendo apposito ad dominij retran-
slationem est necessaria traditio, lib. 1. c. 6.
n. 3. f. 47. col. 2.

Pactio de retrovendendo concepto verbis di-
rectis agi potest aduersus tertios possesso-
res, f. 49. col. 3. & 4. secus si obliquis,
ibidem.

Pactum legis commissorie, vel additionis
indiem, operatur dominij retranslationem
absque noua traditione, ubi conceptum est
verbis directis secus si obliquis, f. 47. col.
4. & f. 48. col. 1. & 2.

Pactum legis commissorie, vel additionis
indiem, operatur, ut resolutio contractus,
nedum ex dicto contractu, sed nec ex contractu
gabella debeat, & fructus restituatur
venditori, f. 47. col. 2. & 3.

Pactum autem de retrovendendo diuersum
operatur, quia resolutio contractus ex pacto
de retrovendendo debetur gabella ex con-
tractu, licet non ex distractu, & fructus
non restituantur venditori, d. f. 47. col.
3. & 4.

Pactum de retrovendendo conceptum verbis
directis an operetur dominij retranslatio-
nem absque noua traditione, f. 48. col. 4.

Pactum de retrovendendo an ex sola precij
modicitate fiat iniustum, lib. 1. c. 4. f. 32.
col. 1. & 2.

Pactum de retrovendendo licitum est, f. 49.
col. 4. n. 12.

Pactum de retrovendendo, & modicitas pre-
cij non efficiunt contractum usurarium,
f. 15. n. 13. & seq.

Pactum de retrovendendo, ut non nisi post
certum tempus liceat redimere, valet, d. c.
7. f. 55. col. 1. & 2.

Pactum de retrovendendo, ut non liceat, nisi
post certum tempus redimere, & interim
fructus lucretur, usurarium est, d. fol. 55.
col. 2. n. 8.

Pactum, ut de rei interitu quis teneatur, va-
let in censu, lib. 1. c. 4. f. 33. col. 3. ubi etiã
ostenditur, id esse generale in omni contra-
ctu.

Pactum per quod res ipsa redit in suam pri-
stinam naturam, iure defenditur in proce-
mio, n. 23. f. 9. col. 1.

Pactum contra substantiam actus non valet,
d. pro cemo, n. 24. f. 9. col. 2.

Pactum contra naturam actus non valet, ubi
proxime.

Pactum, quo in emptorem confertur libertas
census redimendi non valet, fol. 56. col. 1.
2. & sequent.

Pactum inter debitorem, & fideiussorem, aut
alium tertium, ut debitor intra certum
tempus teneatur redimere censum, an va-
leat, f. 56. col. 4. n. 17.

Pactum de anticipatis solutionibus in censu
continet usuram, lib. 1. c. 9. n. 11. fol. 72.
col. 3.

Pactum de percipiendo lucro cessanti non es-
se improbatum a Pio Quinto in motu pro-
prio de forma creandi census ostenditur,
d. c. 9. n. 14. f. 74. col. 2.

Pactum de non alienando an instrum. to cen-
suale tribuat executionem aduersus ter-
tium possessorem, differitur, d. c. 10. n. 3. f.
76. col. 4.

Pactum, ut emptori census liceat retrahere re-
censualem venditã, an valeat, d. c. 10. n. 5.
& sequentibus. Usq; ad n. 10. f. 77. & 78.

Pactum commissi in censu redimibili, an va-
leat, d. c. 10. n. 11. 12. & 13. f. 93. & 80.

Pactum commissi inter debitorem, & fideiussore-
m in censu an valeat, d. c. 10. n. 24. f. 80. co. 4.

Pactum

I N D E X.

- Pactum commissi an valeat, ubi res datur in censum redimibilem emphyteuticum, d. c. 10. n. 15. f. 81. col. 4.**
- Pactum anticresis in censu an valeat, d. c. 10. n. 13.**
- Pactum, ut redditu non soluto ad certum tempus possit repeti capitale, d. c. 10. n. 18. fol. 83. col. 1.**
- Pactum, ut redditum emptor possit redimere intra certum tempus, & interim creditori tradat fructus certi fundi percipiendos loco reddituum, ita ut si intra id tempus non redemerit, id prædium ad creditorem spectet, an valeat, d. c. 10. n. 21. f. 84. col. 4 ad finem.**
- Pactum de non petendo factum vni ex pluribus reis debendi an prosit alijs, lib. 3. c. 2. n. 10. f. 145. col. 2.**
- Permutatio an sic contractus nominatus, vel innominatus, l. 1. cap. 2. n. 2. fol. 20. col. 3. & 4.**
- Pij Quinti de censibus extrauagans constitutio non est in Hispania recepta, lib. 1. c. 2. fol. 22. col. 4. & cap. 9. in principio, f. 67. col. 3.**
- Pij Quinti prædicta extrauagans an potuerit apud Hispanos non recipi, late disputatur. d. c. 9.**
- Plures promittentes certam quantitatem simpliciter iure antiquo erant obligati solum pro virili, ubi vero in solidum promittent, vel actum erat, quod essent duo rei debendi, in solidum tenebantur, lib. 3. c. 2. n. 1. f. 143.**
- Plures rei debendi iure nouissimo authenticorum, etiamsi fuerint obligati in solidum non possunt in solidum conueniri, nisi alter sit absens, vel inops, idque etiam procedit iure Regio septem partitarum, d. c. 2. n. 2. eodem fol.**
- Pluribus reis debendi obligatis in solidum, creditor liberam electionem habet, ut quæ liber possit in solidum conuenire, quod conuenito vno, post illum ad alium reuerti possit, d. c. 2. n. 5. f. 144. col. 1.**
- Pœnitentia licita est ante implementum in eo contractu, quo agitur, ut tradat quis alteri prædia sua ex colenda, & ipse quot annis soluat tres, aut quatuor modios tritici, lib. 1. c. 2. f. 23. col. 2.**
- Pœnitentia in contractibus innominatis an sit contra, vel secundum ius naturale, d. c. 2. f. 23. col. 3. & 4.**
- Pœnitentia in contractibus innominatis ante implementum licita est in foro conscientie, d. c. 2. f. 24. col. 2.**
- Precaria est contractus de iure civili, lib. 1. c. 1. f. 19. col. 1.**
- Precarium & precaria an differant, quid sint, & an in illis possit consistere census constitui, lib. 2. c. 4. n. 26. & 27. f. 122. col. 2.**
- Precij rationem non habet in censu datio speciei æstimatæ, lib. 1. c. 4. f. 36. n. 11. col. 1. & 2.**
- Precij excessus, aut descensus ultra, vel infra latitudinem iusti precij, si consistat inmodica, vel exigua quantitate, emptio, & venditio licita est, lib. 2. c. 1. n. 5. fol. 89. column. 1.**
- Precij excessus, vel descensus ultra, vel infra latitudinem iusti precij, an efficiat illicitam, & iniustam emptionem, & venditionem, d. c. 1. n. 6. 7. 8. 10. & 11. fol. 89. & 90.**
- Precium census non est definitum iure diuino, & naturali, & ideo in eo consuetudines, aut statuta locorum debent attendi, lib. 2. c. 1. n. 15. f. 91. col. 3.**
- Precium census redimibilis statutum lege Regia potest minui consuetudine, d. c. 1. n. 45. f. 100. col. 3.**
- Precium census redimibilis lege Regia prescriptum obligat Clericos, & Ecclesias, d. c. 46. f. 101. col. 1. ad finem.**
- Precium est duplex, vnum naturale seu arbitrarium, & legitimum, lib. 2. c. 1. n. 2. f. 88. col. 3.**
- Precium iustum est necessarium ad iustitiam census, lib. 1. c. 8. n. 1. f. 63. col. 3.**
- Precium iustum census perpetui irredimibilis quod nã sit, lib. 2. c. 1. n. 16. f. 91. col. 4.**
- Precium iustum census redimibilis quod nã sit, d. c. 1. n. 17. 18. 19. & 20. f. 92. col. 1. 2. 3. & 4.**
- Precium iustum census vitalitij quod nã sit, d. c. 1. n. 21. f. 93. col. 1.**
- Precium iustum census temporarij quod nã sit, d. c. 1. n. 22. f. 93. col. 2.**

Precium

I N D E X.

*Precium naturale non consistit in puncto in-
divisibili, sed latitudinem habet infimi,
medij, & supremi, intra quam potest ven-
di diuersis precijs absque peccato, lib. 2. c.
1. n. 3. f. 88. col. 3.*

*Precium naturale varium est, nec potest cer-
tio defini, legitimum vero consistit in pun-
cto indivisibili, d. c. 1. n. 12. f. 91. col. 1.*

*Predia apud Romanos quaedam erant manci-
pi, quaedam nec mancipi, & quae sint, in
proemio, n. 28. f. 8. col. 1.*

*Prescriptione an valeat census constitui, lib.
2. c. 5. n. 24. f. 132. col. 2.*

*Privilegia quaedam sunt personalia, quaedam
realia, & personalium quaedam concessa
personae tantum, & quaedam concessa qui-
busdam actionibus personalibus, ratione
contractus, vel quasi, lib. 3. c. 5. n. 2. f. 157
col. 1.*

*Privilegia realia sunt in duplici differentia,
quaedam concessa rebus, quibus coherent,
& quaedam concessa iuribus, quae habentur
in re, ibidem, n. 3.*

*Probatio semiplena sufficit in causis possesso-
rijs, lib. 3. c. 1. n. 10. f. 142. col. 1.*

*Prodigus quis sit, & an obligari possit ad cen-
sum, lib. 2. c. 2. n. 17. & 18. fol. 104. col. 3.
& 4.*

*Professio Religionis facta sub conditione, ut
proficiens valeat proprium retinere, an va-
leat, lib. 1. c. 10. n. 26. f. 85. col. 4.*

*Proprietarius inuito usufructuario potest in
propriate censum imponere, lib. 2. c. 4. n.
10. f. 119. col. 3.*

*Pupillus restitutus aduersus repudiatam he-
reditatem per restitutionem solum conse-
quitur dominium utile manente directo
penes substitutum, qui adierat heredita-
tem, in proemio, n. 16. f. 6. col. 2.*

*Pupillus nulla bona potest obligare ad censum
lib. 2. c. 2. n. 8. f. 103. col. 1.*

R.

Recognitio debet in libello peti contra ter-
tium possessorem alternatiue, ut recognos-
cat, vel dimittat, lib. 3. c. 6. n. 2. f. 161. col. 3.

Recognitio an praedictet, cum non apparet de

primordiali census constitutione, ibid. n. 4.

*Recognitio non praedictet tertio possessori
non habenti causam a recognoscente, d. c.
6. n. 5. f. 162.*

*Recognitio virtualis an praedictet, d. cap. 6.
n. 6.*

*Recognitione facta tertius possessor cogi po-
test, ut soluat pensiones praeteritas, d. c. 6.
n. 3. f. 161.*

*Recognoscens ut tertius possessor, an re alie-
nata conueniri possit, d. c. 6. n. 7. f. 162.*

*Recognoscere an teneatur tertius possessor,
ibid. n. 8.*

*Recognoscere dominum census cogitur ter-
tius possessor, d. c. 6. n. 1. f. 161.*

*Redemptio census non potest fieri ei, cui est
prohibitum alienare, lib. 4. c. unico, n. 4. f.
165. col. 2.*

*Redemptio census non potest fieri soli usufru-
ctuario, nec soli proprietario, sed utriusque
simul, d. c. unico, n. 7. eodem f. col. 3. vers.
denique animaduerto.*

*Redemptio facta vni ex pluribus heredibus
creditoris, an valeat, ibidem, n. 9.*

*Redemptione suae partis facta ab vno ex he-
redibus debitoris, an liber maneat a reli-
qua parte, d. c. unico, n. 10. f. 165. col. 4. ad
finem.*

*Redimere censum an alius possit pro alio, d.
c. unico, n. 11. f. 166. col. 1. vers. Quinto dis-
bitatur.*

*Redimi census non potest possessori maiora-
tus, d. c. unico, n. 5. f. 165. col. 2.*

*Redimi census non potest heredi grauato fi-
dei commissio, ibidem.*

*Redimi census in dotem datus non potest ma-
rito, ibid. n. 6.*

*Redditus annuus testamento relictus an sit
census, li. 2. c. 5. n. 8. & 9. f. 124. col. 1. & 2.*

*Religiosus an obligari possit in censu, lib. 2.
c. 2. n. 22. f. 106. col. 1.*

*Remedia possessoria an locum habeant pro reddi-
tibus decursis, lib. 3. c. 1. n. 8. f. 139. col. 3.*

*Remedium legis 2. C. de rescind. vendit. locum
habet tam in contractibus bonae fidei, quam
stricti iuris, lib. 1. c. 3. fol. 29. n. 14. col. 8.*

*Remedium legis 2. C. de rescind. vendit. non habet
locum in censu, ibid. col. 4. & fol. 30. col. 1.*

Remedium

I N D E X.

- Remedium l. 2. C. de rescind. vend. locum habet in precio arbitrario, et naturali, non vero in precio legitimo. d. fol. 30. col. 1.*
- Rei debendi, si tres sunt, et unus totum soluat ex iure cesso, poterit quemlibet ex alijs convenire ad soluendum, excepta sua parte. lib. 3. c. 2. n. 16. fol. 146. col. 4.*
- Reus debendi ex causa lucrativa, si totum solvit, nihil repetit a correo. d. c. 2. n. 13. fol. 145. col. 4.*
- Reus debendi, qui nullam ex contractu sensit utilitatem, excipere potest, ut ille, qui totam habuit, suis expensis excutatur, etiam si debitor sit ex instrumento guarantee. ibidem. n. 12.*
- Reus debendi, fideiussor, vel tertius possessor, offerendo sortem cum suris, an possint cogere creditorem, ut illis cedat ius redditus annui. d. c. 2. n. 17. fol. 147. col. 1.*
- Reus debendi, qui emit a creditore ius redditus annui, an possit a correo debendi exigere redditus in solium. d. c. 2. n. 18. fol. 148. col. 1.*
- Reus debendi si redemptionem, et non cessionem iuris obtinuerit, a creditore non potest redditus exigere. d. c. 2. n. 19. fol. 148. col. 3.*
- Reus debendi, qui nullam ex contractu sensit utilitatem, cuiq; alter indemnitatem promisit, an possit censum comparare, et alterum ad redimendum cogere, et interim redditus percipere. ibidem. n. 20.*
- Ronhegalli sententia reprehenditur. d. c. 2. n. 15. fol. 146. col. 3.*
- S.**
- Scriptura in censu non est necessaria, lib. 1. c. 9. n. 9. fol. 71. col. 4.*
- Sententia an possit census constitui, li. 2. c. 5. n. 11. 12. & 13. fol. 124. col. 4. ad finem, & fol. 125. col. 1. & 2.*
- Servitus qualiter esse dicatur. contraria iuri naturali. lib. 1. c. 1. fol. 15. col. 2.*
- Servitutes an possint in censu supponi, lib. 2. c. 4. n. 8. fol. 118. col. 3.*
- Servus an possit obligari in censu, li. 2. c. 2. n. 22. fol. 106. col. 1.*
- Socius an possit in re communi censum imponere, lib. 2. c. 3. n. 21. & 22. fol. 112. col. 4. et fol. 113. col. 4.*
- Solvens totum, si debitum processit ex causa onerosa, & nullam sensit utilitatem ex contractu, totum repetit a correis: si vero totam sensit utilitatem, nihil; si vero partem, pro parte, lib. 3. c. 2. n. 11. fol. 145. col. 3.*
- Solutum ex contractu meticulouso non repetitur, lib. 1. c. 1. fol. 18. col. 1.*
- Specie quae differunt, etiam differunt essentia, li. 1. c. 4. fol. 31. col. 3.*
- Specie diversa non predicatur, nec dicuntur de se inuicem. ibidem.*
- Speciei ad positionem sequitur positio generis, d. col. 3.*
- Species continetur sub genere comprehensivè, & contentivè. ibidem.*
- Species continet genus illativè, & consecutivè. ibid.*
- Substantialia, & naturalia actus idem sunt. in prooimio. n. 24. fol. 9. col. 2.*
- Superficiarius in superficie habet utile dominium, & ideo potest illam pignori dare, vel hypotheca subicere, & in ea servitutem, & censum imponere, li. 2. c. 4. n. 13. fol. 120. col. 2.*
- Superficies quid sit. ibidem. n. 12.*
- T.**
- Tabelliones apponentes clausulas illicitas, sed solitas, excusantur a poena, non tamen si clausulae sint insolitae, li. 1. 10. n. 30. fol. 86. col. 4.*
- Transactione an possit census constitui, lib. 2. c. 5. n. 16. fol. 126. col. 3.*
- Tutor & curator, si utantur pecunijs minoris, tenentur ad usuras, seu ad interesse, etiam iure canonico, lib. 1. c. 3. n. 11. fol. 28. col. 1. & n. 13. fol. 29. col. 1.*
- Tutor, vel curator tenentur ad usuras pupillares, etiam si minoris non intersit, ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, d. fol. 26. col. 1. & 2.*
- Tutor, vel curator, non tenentur ad usuram pecuniae non exactae a debitoribus, si nihil minoris intersit, d. col. 2.*
- Tutor si contrahat ex voto consanguineorum absque*

I N D E X.

absque licentia iudicis, excusatur, lib. 2.
 c. 2. n. 4. f. 112. col. 4.
 Tutor obligare potest mobilia, quæ seruando
 seruari non possunt absque decreto, non
 vero quæ seruando seruari possunt, aut im-
 mobilia, d. c. 2. n. 8. f. 113. col. 1.
 Tutor ex iure Hispano obligare potest om-
 nia mobilia absque decreto, ibidem, n. 9.

V.


V E C T I G A L I A Prædia non distin-
 guuntur ab emphyteuticis in præce-
 mio, n. 20. f. 7. & 8.
 Vendicatio non datur nisi domino, d. præce-
 mio, n. 14. f. 3. col. 3.
 Verborum proprietates sumenda, & æstimanda
 est, ex communi, & vulgari loquendi
 usu, d. præcemio, n. 30. f. 12. col. 1.
 Via executiua non agitur aduersus tertium
 possessorem hypothecæ, lib. 3. c. 4. n. 6. fol.
 152. col. 4.
 Vniuersitas, siue ciuitas, si la datur in aliena-
 tione rei propriæ solemniter facta, potest
 petere restitutionem in integrum, lib. 2.
 c. 3. n. 5. f. 109. col. 1.
 Vniuersitatis bona sunt in duplici differen-
 tia, d. l. 2. c. 3. n. 2. f. 108. col. 3.
 Vniuersitatis bona, quæ sunt publica usu, &
 proprietate, non possunt alienari absque
 principis licentia, quæ vero sunt in priua-
 to, & proprio reipublicæ patrimonio, sine
 principis licentia possunt distrahi, & cen-
 sui subijci, ibid. n. 3.
 Vniuersitatis bona, quæ sunt in priuato patri-
 monio reipublicæ, licet alienari valeant,
 non tamen libere, sed quibusdam adhibi-
 tis solemnitatibus, d. cap. 3. n. 4. fol. 109.
 col. 1.
 Vniuersitatis bona, quæ publica sunt usu, &
 proprietate, non possunt censui supponi si-
 ne principis licentia, reliqua vero possunt,
 d. c. 3. n. 6. fol. 109.
 Vnius ex duobus reis debendi electione, peti-
 tione, vel condemnatione, reliqui non li-
 berantur, lib. 3. n. 7. f. 144. col. 4.
 Vusufructuarius ansit dominus rei, & usufru-


ctus pars dominij, remissiue in præcemio,
 n. 14. f. 4. col. 4.
 Vusufructuarius habet velle dominium rei, d.
 n. 14.
 Vusufructuarius vendicandarum seruicium
 nec vtile actionem habet, d. n. 14. fol. 5. co. 3.
 Vusufructuarius inuito proprietario non po-
 test in proprietate censum imponere, lib.
 2. c. 4. n. 9. f. 119. col. 2. ad finem.
 Vusufructuarius in usufructu potest consti-
 tuere censum duraturum quandiu vita
 usufructuarij, d. c. 4. n. 5. f. 118. col. 3.
 Vusufructus ius an vendi, vel cedi possit, late
 differitur, d. c. 4. n. 2. 3. & 4. f. 117. col. 3.
 & 4. & fol. 118. col. 1.
 Usura mentalis non est, vbi creditor quomo-
 docunque debitori manifestauit suam in-
 tentionem, lib. 1. c. 5. f. 39. col. 4.
 Usura mentalis, siue intentionalis est vere,
 & proprie usura, d. f. 39. col. 4. & f. 38.
 Usura vere, & proprie contrahitur, quando
 aliquid venditur carius ad creditum, quàm
 ad numeratum, d. c. 5. n. 5. f. 40. col. 1. & 2.
 Usura longe differt à peccato usure, d. c. 5. n.
 7. f. 41. col. 1.
 Usura est lucrum pecunia estimabile suapte
 natura vi metus veri, vel palliati que si-
 tum, vel speratum, d. c. 5. n. 11. f. 42. col. 1.
 Usura non est sperare lucrum ex amicitia, et
 gratitudine, vbi proxime.
 Usura est essentialiter iniustitia, ac furtum,
 et ideo non potest committi usura in eo quod
 a debitore libenter dante accipitur, ibi dē.
 Usura in solo contractu mutui reperitur, d. c.
 5. n. 14. f. 43. col. 2. et ibi de ratione.
 Usura non contrahitur in emptione, et vendi-
 tione, mandato, deposito, pignore, com-
 modato, locatione, et conductione, et simi-
 libus, d. c. 5. n. 15. f. 43. c. 3. et 4.
 Usura tamen aliquando in his contractibus
 committitur, videlicet quando presumitur
 in illis esse mutuum quoddam palliatum,
 et absolutum, ibidem.
 Usura improbata est omni iure, diuino, natu-
 rali, et positio, d. f. 43. col. 4. et f. 44. col.
 1. 2. 3. et 4. et sequetib.
 Usurarius metatis liber est à restitutione, vbi
 debitor libere, et sponte donauit, peccat tã
 morta-


I N D E X.


- mortaliter, d. c. 5. n. 13. f. 42. col. 2.
Vsurarum vsuras non licet exigere, lib. 1. c. 3. n. 10. f. 27. col. 4.
Vsuræ in contractibus bonæ fidei debentur à tempore mortis, d. cap. 3. n. 8. fol. 27. col. 3. & 9.
Vsuræ in censu non debentur etiam post mortem, d. n. 9.
Vsuræ aliæ sunt lucratiuæ, aliæ damni restauratiuæ, aliæ commodi percepti recompensatiuæ, f. 28. col. 3. n. 19. & col. 4.
Vsuræ lucratiuæ sunt improbatæ omni iure, d. col. 4.
Vsuræ damni restauratiuæ sunt licitæ omni iure, ibidem.
Vsuræ commodi percepti recompensatiuæ sunt etiam licitæ omni iure, ibidem, & ideo vsuræ in contractibus bonæ fidei etiã hodie debentur iure canonico, & n. 10. eiusdem capituli.
Vsuræ acceptiones variæ referuntur, lib. 1. c. 5. f. 38. col. 4. & fol. 39. col. 1. & 2.
Vsuræ variæ diffinitiones proponuntur, d. c. 5. à n. 2. per plures numeros.


F I N I S.











SOLIS

Centibus

RA-157

SOL